OPERA D. BASILIJ MAGNI CAESARIAE CAPPADOCIAE EPISCOPI...

Basilius : Magnus santo (santo)

Digitized by Google

8
1 L
6

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

12.6.8.
14
A
9
14
D
9

Digitized by Google

SECVNDVS TOMVS
OPERVM

D. BASILII MAGNI

CAESARIAE CAPPADOCIAE EPI-
SCOPI [redacted]

Quorum Catalogus uerſa pagina continetur.



VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

IESV · BIBL · SEC
IHS

[redacted]

Basileae ex Officina Hervaciana.
1540.

POSTERIORIS TOMI OPERVM D. BASILIJ Magni Catalogus.

Epiſtolæ D. Baſilij Magni & Gregorij Theologi CLXXX. pagina 3.
De paradiſo ſermo. 401.
De uirginitate uera liber unus. 451.
De renuntiatione huius uitæ & ſpiritalis perfectione, Aſceticus ſermo. 147.
Quemadmodum Monachus amari debeat. 204.
De fide & uita Chriſtiana Epiſtola aſcetica ad quandam canonicam, 206.
De diſpoſitione religionis exercendæ. 208
De iudicio dei procemium. 209.
De fide ſermo. 217.
Ethica, ſiue moralia, continent definitiones orthodoxas LXXX. uarijs ſcripturę locis explicatas. 223.
De homine quòd ſit imago dei, quæ peccato deformetur, ſermo Aſceticus. 275.
Vitę religioſę ſcopum eſſe animę ſalutem, alter ſermo Aſceticus. 279.
De dilectione dei & proximi, & pleriſq; alijs communibus ſcripturæ locis, ut de conſuetudine habita cum impijs, de renũtiatione omnium bonorum, & quibus ea relinquenda, atq; multis alijs, aſcetica propoſita primum per quæſtionem, deinde per ſcripturam explicata. 281.
Definitiones ſiue regulæ cõtractiores, de operibus ambiguis, de ratione uitę in cœtu timentium deum, de emendando peccatore. &c. 332.
Conſtitutiones quibus utendum cœnobitis, aut ſolitariam alioqui uitam degentibus. 399.
De uitæ perfectione Epiſtola ad Chilonem. 433.
Ad Monachum prævaricatorem Epiſtola. 437.
Admonitio ad Iuniores. 438.

A EPISTOLA MAGNI BASILII AD SANCTVM GREGORIVM THEOLOGVM.

AGNOVI Epiſtolam tuã, quemadmodum uſuuenit ijs qui amicorũ liberos, ex apparente ſimilitudine, qua parẽtes ſuos referunt, agnoſcunt. Quod enim dicis nõ magnũ habere momentũ loci iſtius diſpoſitionẽ ad hoc, ut animũ tuũ impellat, quò mecũ hic uiuas, antequã de moribus & cõuerſatione uitę noſtrę quicquã cognoſcas, hoc uere demũ mentẽ tuã repræſentabat, & animũ, quęcunq; in hac uita gerũtur, nullo loco habentẽ, reſpectu felicitatis eius quę nobis in promiſſis diuinis eſt repoſita. Ego uero quæ quidẽ ipſe noctes atq; dies in iſta ſolitudine facio, ſcribere præ pudore nõ auſim. Etenim reliqui quidẽ conuerſationẽ urbanã, tanquã innumerorũ malorũ cauſſã: meipſum uero nondũ relinquere potui: ſed idẽ patior, quod, qui in maris fluctibus, propterea quòd nauigãdi nullã habẽt experientiã, pereũt, & nauſea uexãtur, quos male habet nauigij magnitudo, ut quæ multũ excitat fluctuũ, quiq; mox atq; in lembũ aut actuariã aliquã nauiculã deſcenderint, nuſquã nõ nauſeã patiũtur & periclitãtur. Cõcomitatur eñ illos mœſtitia pariter & bilis. Tale quid habet & noſtrũ inſtitutũ. Domeſticas quippe paſſiones ſimul cũ alijs circũferentes, ſimilibus ubiq; perturbationibus coniungimur. Itaq; nihil magni momenti EPIST. I.

B nobis iſta ſolitudo attulit. Quæ quidem facere oportebat: & unde nobis conſtitit, ut inſectemur ueſtigia eius, qui ad ſalutem nos inſtituit. (Si quis enim, inquit, uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum, tollatq; crucem ſuam, & ſequatur me) ſunt iſta. Conuenit ut mentem tacita quiete immotam ſeruare conemur. Vt enim impoſſibile eſt oculum indeſinenter circumactum, & nunc quidem ad obliqua tranſuerſum, nunc uero ad ſuperiora & inferiora crebris uicibus correptum clarè ac dilucidè res obiectas contueri: ſed opus eſt ipſam aciem ei quod uidetur diligenter intendere: ſiquidem euidenter illud ſis conſpicaturus: ita fieri non poteſt, ut mens hominis, innumeris huius mundi curis ad uaria correpta ueritatem conſpicuè intueri queat. Sed hunc quidem nondum nuptiarum uinculis coniugatum rabida concupiſcentia, impetus effrenes, & † amores quidam infelices exturbant: illum uero iam cõiugio occupatum alia curarũ tumultuatio excipit: nempe ſi deſunt liberi, uotũ acquirendi liberos, uxoris cuſtodia, cura domus, regenda familia, † cõmerciorum damna, contentiones cum uicinis, iudiciarij congreſſus, negotiationis pericula, agriculturæ labores. Quælibet dies peculiarem ſecum adfert animæ obtenebrationem. Et ipſæ quoque noctes aſſumptis ad ſe diurnis curis, mentem ſuis imaginationibus decipiunt. Horum autem unica fuga eſt, ſi ab uniuerſo iſto mundo ſepareris. Seceſſus uero à mundo non eſt, extra illum corporaliter conſtitui: ſed animam à paſſionum quæ corpus tangunt, communicatione abrumpere fieriq; extorrem, ſine domo, nihil habentem proprij, liberum ab amicorum cõmercio, inopem, uitæ uere huius negligentẽ, otioſum, cui nihil ſit commercij cũ uita ciuili, rudem doctrinarum humanarũ, paratum ad ſuſcipiendum corde quæ ex diuina doctrina fiunt informationes. Cordis uero præparatio eſt, ſi doctrinas eas

ἔρωτες δυσέρωτες.

αἱ κατὰ τὰ συμβόλαια βλάβαι.

quibus ex mala conſuetudine prǫoccupatum erat dediſcat. Necꝗ enim ceræ quicquã C
inſcribi poteſt, niſi deletis notis, quas in ſeſe iam antea receperat: necꝗ animæ diuina
dogmata commendari, niſi eximantur primũ quæ ex conſuetudine infixa ſunt prǫiu
dicia. Ad hoc ſanè maximo nobis adiumento eſt ſolitudo conſopiens in nobis ani-
mi affectiones, copiamꝗ faciens rationi illas ex anima prorſus excindendi. Quemad
modum enim beſtiæ frigore preſſæ facile uincũtur: ita & cõcupiſcentia, ira, timor, mœ
ſticia peſtifera animæ mala, ſi quiete & ſilentio quaſi ſopita fuerint, & nõ continua iri
tatione exaſperata, ſuperabiliora rationis potentia redduntur. Sit igitur locus talis,
qualis hic noſter eſt, ab hominũ cõmertio liber, ita ut à nemine exterorũ continuatio
cœpti ſtudij intercidatur. Studiũ uero pietatis diuinis cogitationibus animam paſcit.
Quid itaꝗ beatius eſſe poterit, quã in terra tripudiũ angelorũ imitari, mox orto die
ad precationes properantẽ hymnis & odis uenerari creatorẽ, deinde inclareſcente iã
Sole ad opera manuũ cõuerſum, precatione nuſꝗ nõ concomitante & hymnis qua-
ſi ſale quodam cõdire operas? Hilarem nanꝗ & iucundum animi habitũ hymnorũ
ſolatia largiuntur. Itaꝗ purgandæ animæ principiũ habet ſilentiũ & quies, dum ne-
que lingua rerũ humanarũ quicquã loquitur: neꝗ oculi corporũ uenuſtatem & com
menſurationẽ ſpeculantur: neꝗ aures mentis uigorẽ per auditum cõcentus ad uolu-
ptatẽ inſtituti, aut hauſtis hominũ facetorũ riſumꝗ mouentiũ uerbis peruertũt: quæ
res potiſſimũ tenorẽ ac uigorẽ mentis diſſoluere conſueuit. Mens etenim, ſi nõ ſit ad
exteriora diſperſa, neꝗ per ea membra, quę ſentiendi uim habent: in hunc mundum
diffuſa, ad ſeipſam redit, perꝗ ſeipſam ad cognitionẽ Dei aſcẽdit, ac pulchritudine il
lius circumfuſa & illuſtrata, ipſius etiã naturæ obliuionẽ accipit: neꝗ ad alimoniæ cu-
ram nec ad indumentorũ ſolicitudinẽ animum deprimens, ſed à terrenis curis otium D
ducẽs uniuerſum ſtudiũ ad ęternorũ bonorum acquiſitionẽ transfert. Illi partim qui-
dem opitulatur tẽperantia, & animi fortitudo: partim iuſtitia & prudentia. Et reliquę
quoꝗ uirtutes, quotquot ſub generalibus iſtis cõprehenduntur, quæcunꝗ ad uitã
pertinent ſingula decenter perficiendi uires ſedulò ac ſeriò conanti ſubminiſtrant. Po
tiſſima uero ad recti inuentionẽ uia eſt meditatio diuinarũ ſcripturarũ. In illis nanꝗ
& agendorũ prę cepta inueniũtur, & uita beatorũ uirorũ clarè depicta inſtar animata
rũ quarundam imaginũ quæ ſecundum Deũ eſt cõuerſationis, ad bonorũ operum
imitationẽ tradita proponitur. Et quidẽ quacunꝗ re indigere ſe quiſquã ſenſerit: ſi il-
las uerſauerit: quaſi ex cõmuni quadam rerũ medicarũ officina cõmodum infirmitati
ſuæ pharmacũ inueniet. Et amator quidem tẽperantiæ hiſtoriã de Ioſeph cõtinuè re
uoluet: & ab illo tẽperantię officia perdiſcet: inueniens ipſum nõ ſolum aduerſus uolu
ptatẽ continentem, ſed & erga uirtutẽ habitudine quadam probè affectũ: fortitudinẽ
uero animi docebitur ex hiſtoria Iob. Qui nõ ſolum cum aduerſis cõmutaretur uita
præterita, inops ex diuite factus: & tot amiſſis liberis omni prole uno tẽporis momẽ-
to deſtitutus, idem qui fuerat antea permanſit: ſublimem ubiꝗ animæ mentẽ confer
uans: ſed neꝗ amicis qui ad cõſolandum uenerant, inſultantibus & triſtia pariter in-
tẽdentibus exacerbatus eſt. Rurſus ſi quis cogitauerit quomodo ſimul & manſuetus
& magnanimus eſſe queat, ita ut ira quidem contra peccatũ, manſuetudine uero erga
homines utatur, inueniet Dauidem dextrũ quidẽ ac generoſè fortẽ in ijs quæ aduer-
ſus hoſtes uiriliter geſſit: manſuetũ uero & quietũ ad reddendam uicẽ inimicis. Talis
erat & Moſes, qui magno quidẽ animo aduerſum eos qui cõtra Deũ peccauerant, in-
ſurgebat:

frigore preſſæ κατα-ψυχθέντα. Budæus uertit, blandà manu demulſæ. uidetur q; ideo legiſſe καταψυχθέντα.

A ſurgebat: manſueto uero calumnias quibus impetebatur ferebat. Et ubiq; queãdmo
dum pictores, quando imaginẽ ex propoſita imagine pingunt, crebro ad exemplar
reſpicientes figurã illius ad artis ſuæ induſtriã trãsferre ſatagunt: ita oportet eum, qui
omnibus uirtutũ partibus abſolutũ ſeſe præſtare conatur: ad uitas ſanctorũ tanquã
ad uiuas quaſdam & agiles ſtatuas aſpicere, & quod illi bene geſſerunt peculiare ſibi
per imitationẽ facere. Rurſus ſi lectionẽ ſequantur precationes animum deſiderio in
Deũ redaccenſo renouatũ & uegetiorem factũ accipiũt. Bona uero precatio eſt, quæ
cognitionẽ Dei in animo dilucidam reddit. Atq; ea demũ eſt inhabitatio Dei ſi per
memoriã inhabitantẽ habeas Deũ. Hoc pacto reddimur tẽplum Dei quãdo neq;
terrenis curis huius memoriæ cõtinuatio interrumpitur: neq; inexpectatis animi affe
ctionibus mens obturbatur: ſed fuga declinatis omnibus, ad Deũ ſeſe amans Dei,
quaſi in ſeceſſum quendã recipit: & expulſis quæcunq; ad incontinentiã nos prouo/
cant animi affectionibus, ijs exercitijs immoratur, quæ ad uirtutẽ ducunt. Primũ au/
tem omniũ circa uſum ſermonis hoc ſtudioſè curare cõuenit: ut ad inſtruendũ ignaui
nõ ſimus: ſed interrogemus quidẽ preter cõtẽdendi libidinẽ: reſpõdeamus uero abſ/
que omni inanis gloriæ ſtudio, nõ interrumpẽtes eũ qui ad nos diſſerit, ſi utilia dicat:
neq; cupiẽtes ſermonẽ noſtrũ importunè oſtẽtãdi gratia interijcere: ſed ſpatiũ & mẽ
ſurã dãtes & ſermoni & auditui, diſcamus ſine pudore, doceamusq; cãdidè abſq; in/
uidentia. Et ſi quid ſit, quod ab alio quopiã antea traditũ eſt, nõ abſcondamus, more
uiliũ muliercularũ, quę falſò ſpuria pignora ſubdunt: ſed grati autorẽ ſermonis prędi
cemus: uocis tenor ſit certa mediocritate gratus, ut neq; auditũ exilior fugiat: neq; in/
tentionis uehementia moleſtus ſit. Decet autẽ quæ dicenda ſunt antea explorata ha/
B bere, atq; ita demũ proferre ſermonẽ, iucunda appellatione & ſalutatione erga occur
rentes prędita: dulcem in colloquijs, nõ ineptis facetijs ſuauitatẽ uenantẽ, ſed benigna
† cõſolatione placiditatẽ habentẽ: ita ut ubiq; etiã ſi ſit correptione utendum, auſteri
tate careat. Nam ſi per animi modeſtiã & humilitatẽ teipſum primũ deieceris, eris ei,
qui curatione opus habet, tolerabilis & acceptus: fit autẽ ſæpenumero, ut uſui nobis
ſit modus etiã ille corripiendi quo uſus eſt Propheta, qui aduerſus peccantẽ Dauidẽ
nõ ex ſeipſo condemnationis ſententiã intulit: ſed perſonæ fictione uſus proprij deli
cti ipſum cõſtituit iudicẽ, ut cũ aduerſus ſeipſum primus ipſe ſententiam tuliſſet: nihil
haberet quod de reprehenſore quereretur. Adhæret autẽ animo humili & deiecto
oculus triſtis, & in terrã demiſſus, habitus neglectus, coma ſqualida, ac ueſtis ſordida
Itaq; quod faciunt lugentes ex inſtituto, id ultro ac ſponte ſua in nobis cõpareat. Tu
nica ſit zonæ uinculo corpori adſtricta. Cinctura ſanè neq; ſuperior ſit lumbis: eſt
enim muliebre: neq; laxior, ne tunica diffluat: ignauũ eñ eſt & molle. Et inceſſus nec
piger ſit, animũ diſſolutũ arguens: nec uehemens & impulſus, impetus ſtultitiæ pro/
dens. Scopus ueſtitus unus eſt, ut tegmẽ ſit carnis quod aduerſus hyemẽ & ęſtũ ſuffi
ciat. Neq; uero colorẽ illius floridũ perſequitor: neq; in illius apparatu teneritudinẽ
& mollitiẽ. In ueſtitu eñ ſpectare colorũ uenuſtatẽ nihil differt à mũdo muliebri, cui
illę ſtudent genas & capillos alieno colore tingẽtes. At uero ea ſit craſſitudine tunica,
ut ad fouendũ eũ à quo eſt induta nõ habeat opus alterius adiunctione. Calceamẽtũ
autẽ uile quidẽ ſit, quod ad ſumptũ attinet: ſufficiens tamẽ ad neceſſariũ uſum. Et ut
ſemel omnia in ſumma dicam, quemadmodũ in amictu cõſiderare cõuenit uſum ne/
ceſſariũ, ita & in nutrimento. Neceſſitatẽ expleat panis, & ſitim ei qui ſanus eſt aqua
reſtinguat: Et quicquid obſoniorum ex ſeminibus eſt ortum uires corporis ad neceſ/

κινούμενα ἐμπρακτα ἀγάλματα.

ἀπροσδοκήτοις.

† Vel obſecratione aut adhortatione.

ſarios uſus conſeruare poteſt. Veſcendum autem ita, ut non rabidam ingluuiem pro C
das, ſed ubiq; corporis firmitudinē, morigeram manſuetudinem, & contra uolupta-
tes, continentiā cuſtodias: & ne inter edendum quidem diuinis cogitationibus uacu-
us exiſtas: ſed ipſam ciborū naturam & ſuſcipientis illos corporis ſtructurā, materiā
facias glorificandi Dei, uidelicet, quàm uaria ſint eduliorū genera corporibus alendis
propriè conuenientia ab omniū moderatore Deo excogitata. Antequā cibus ſuma-
tur preces fiant dignæ largitionibus Dei, tam eorum quæ in præſentiarū offert, quā
quæ ad futurum repoſuit. Cibum quoq; ſequantur preces, quibus & gratiarū actio
perſoluatur: & promiſſa diuina petantur. Refectioni hora una ſit adordinata, quę ea
dem ſuo recurſu certa ſeruetur: ita ut ex uigintiquatuor diurnis ac nocturnis horis
uix liceat iſtam ad corporis alimoniam impendere: reliquis uero mentis exercitio ua
cetur. Somni ſint leues, & tales unde excitari ſit facillimum, naturaliter uictus cōmen
ſurationi reſpondentes: deniq; & qui ad modum exercitij magnarum rerū curis inter
rumpantur. Profunda ſiquidem crapula occupatum eſſe, & membris diſſolutis, ita ut
abſurdis phantaſijs detur locus, eſt quotidianæ morti ad eum modum dormientes
immergere. Quod alijs eſt diluculum, hoc ſit pietatis ſtudio deditis nox intempeſta:
quandoquidem nocturno potiſſimum ſilentio otium & cōmoditas animo exercen-
do datur, cum uidelicet nec oculi nec aures mali quicquā uel uiſus uel auditus cordi-
bus ingerunt. Sed mens ſibi reſtituta: cum Deo tātum colloquitur, ſeipſam quidem
delictorum recordatione corrigens: ſimul uero ſibijpſi ad declinandam malitiam ter
minos conſtituens: & ad eorum quæ ſectatur perfectionem, cooperationem Dei ſtu
dioſe implorans.

AD EVNDEM.

II. NVNQVAM, quandocunq; prudentiæ tuæ ſcripſi: clam me fuit, quam- D
cunq; thologicam uocem talem eſſe, ut impar ſit ad exprimendam men
tem dicentis, & minor quā quæ deſiderio quęrentis ſatisfacere queat. un-
de fit, quòd ſermo imbecillior admodum eſſe ſolet, quā qui cogitationi-
bus exprimendis ſufficiat. Si ergo mens noſtra infirma eſt: & mentem æquare nequit
lingua, quid tandem nobis magnifica in dicendo pollicemur: & nō magis dicendi te-
nuitatem incuſamus? Verum licet hoc ita habeat, nō tamen potui quod quæritur ſi-
lentio præterire. Proditionis enim periculum & notā habet, ſi non promptū dederis
de Deo reſponſum ijs qui Dominū diligunt. Itaq; quod ad ea quę rogantur attinet,
an ſufficienter inſtituta ſint, uel exactiore aliqua additione opus habeant: neceſſariū
fuerit ad illorum inſtitutionem & correctionē certum quoddam tempus decernere.
Quòd uero in præſentiarum admonendus es: obſecramus quod & iam aliquoties
fecimus: ut omnibus modis ipſe ueritatis patrocinio & qui menti tuæ diuinitus inditi
ſunt, motibus ad cōmendationem & conſtitutionē boni utare: ijsq; contentus nihil à
nobis amplius quæras, qui quoniam multo minores ſumus nominis opinione, ueri-
tatis ſermonē noſtra imbecillitate magis lędimus quā aliquid roboris ueritati noſtro
patrocinio adijcimus.

EIDEM

III. VENERVNT mihi iam pauloantè abs te literæ, omnino tuæ, non tantū
propter manus characterē, quantum propter ipſius Epiſtolę idioma. uer
borū enim habent modicū, ſententiæ plurimū. Ad quas quidem nō ſta-
tim reſpondimus: propterea quòd peregrè abfuimus, & grammatopho
rus, cū uni familiariū epiſtolam reddidiſſet, properè migrauit. Sed nunc tandem per
Petrū te alloquimur: ſimul & ſalutationis debitū reddentes & denuò ſcribendi occa-
ſionem &

A ſionem & materiam exhibentes. Nullus autem planè labor eſt Epiſtolæ Laconicæ, quales ferè ſunt omnes tuæ quotquot ad nos perueniunt.

EIDEM

Quis dabit mihi alas inſtar columbæ? Aut quo pacto renouabitur mihi ſenectus iſtà, ut ad dilectionẽ ueſtram pertingere, & deſiderium hoc quo erga uos afficior recreare, mœroréq; animi mei narrare, atq; aliquã adflictionũ conſolationẽ inuenire queam? Nã ſuper dormitione beati Euſebij Epiſcopi, metus nos haud mediocris corripuit: ne forte, qui aliquãdo Eccleſiæ metropolis noſtræ inſidias ſtruxerunt: quorũ uotum eſt hæreticorũ zizanijs illam adimplere, occaſionẽ nacti multo labore inſitam mortaliũ animis pietatẽ peruerſis doctrinis ſuis eradicent, atq; unitatẽ ipſius abſcindant: id quod in multis iam Eccleſijs fecerunt. Poſteaquã uero literæ cleri ad nos uenerunt, quibus orant, ne in iſta rerũ tempeſtatẽ negligãtur, circũſpectis circũquaq; omnibus, dilectionis ueſtræ uenit in mentẽ, ſimul & rectæ fidei & zeli quo nunquã non erga Eccleſias Dei præditi eſtis, & huius gratia Euſtathiũ dilectum Syndiaconũ obſecraturũ ueſtrã grauitatẽ amandaui: ut permoueat illam ad cõſulendum omnibus iſtis Eccleſiarũ laboribus, & ut præſentẽ hunc cõmodè dirigatis, ſimulq; ſeniũ meũ ueſtro conuentu recreetis, atq; rectæ iſti Eccleſiæ illuſtrẽ pietatẽ moderemini, dantes illi nobiſcum (ſi tamẽ meremur uobis in opere hoc bono cooperatores eſſe) paſtorẽ ſecundum uoluntatẽ Domini, qui populum ipſius regere & moderari queat. Cogitamus quidem de uiro quodam huic Eccleſiæ præficiendo qui & uobis notus eſt: quo ſi potiri merebimur, ſcio nos & magnã erga Deũ parrheſiam adepturos, & populo † qui noſtram opẽ implorat maximũ beneficium impenſuros: uerum iterum atq; iterũ obſecro, ut omni reiecta cunctatione ſuccurramus imminentiſq; † tẽpeſtatis moleſtias præueniamus. IIII.

† uel, qui nos ad ſe uocauit. † χειμῶνος, uel hyemis.

B

EVSEBIO EPISCOPO SAMOSATENO

Quonam pacto ad prçſentem calamitatẽ conticeſceremus? Et quoniã tacere nõ poſſumus, quẽ inueniemus ſermonẽ quo illam dignè exprimamus: ne ſuſpirijs uox noſtra ſimilis eſſe uideatur: ſed magis threnis grauitatem mali ſignificantibus? Reliquit nos ipſa quoq; cõfidentia. At nõ iſtud duntaxat mali nos occupat, quanquã ſatis intolerabile ſit. Nã eſt præterea aliud quoddã iſto peius. Tantã uidelicet ciuitatẽ ea potitã rerũ proſperitate, ut Iſauros, Cilicas, Cappadocas & Syros per ſeipſam cõiungat, unius aut duorũ hominũ demẽtię ad perniciẽ fieri adminiſtrã, dũ nos cũctamur, cõſultamus, & alius ad aliũ reſpicimus. Optimũ itaq; fuerit, iuxta medicorũ prudentiã. (Eſt autẽ omnino mihi plurima taliũ exemplorũ, propter familiarẽ ægrotationẽ copia) qui cõtra excellentẽ doloris magnitudinẽ arte ſua ſentiendi uim ęgroto auferũt: & noſtris ipſorũ mẽtibus ne intolerabilibus doloribus occupenť, hoc optare & precari, ut ad malorũ iſtorũ ſenſum ſtupidę reddantur. Attamẽ licèt reuera miſerè habeamus, unico iſto mali ſolatio uſi ſumus, ut ad tuã mãſuetudinẽ reſpiceremus, & recordatione tui iſtã animi mœſtitiã mitigaremus. Quẽadmodũ eñ uſuuenit oculis, ſi quãdo cõtinẽter ad ſplendida acies ſuas direxerint: ut ad cõtuẽda poſtea quę in coloribus obſcura ſunt, & uiridia facultatẽ quandã accipiãt: ita & mẽtibus noſtris quaſi placidũ quendã cõtactũ, qui doloris ſenſum eximat: mãſuetudinis ac diligẽtiæ tuę recordatio adfert. Et maximè, quãdo cogitamus, quã nihil eorũ quę officij ac uiriũ tuarũ ſunt hactenus omiſeris: unde etiã nobis, ſiquidẽ rectè cauſã hanc iudicauerimus, ſatis conſpicuũ feciſti: nihil eorũ quæ perierũt, tuo uitio perijſſe, & coram Deo plurimam tibi ipſi alacritatẽ, ad ea quę bona ſunt mercedem acquiſiuiſti. Dec V.

uiſti. Det uero Dominus, ut & nobis & Eccleſijs ipſius cum ad uitæ commoditatem, C
tum ad animarum noſtrarum moderationem proſis, dignosq́ denuò reddat utiliſſi-
mo conuictu tuo.

EIDEM

VI. CVM iã gratia & bonitate Dei, ac precũ tuarũ ſubſidio, paululũ ex morbo cõualuiſſe uiresq́ collegiſſe uiſus ſim: in foribus adeſt hyemis inclemẽtia domi nos cohibẽs, & ne loco quidẽ moueri permittẽs. Nã etiãſi illa ſolito cõtigerit tolerabilior, mihi tñ ſatis impedimẽti attulit: ut nõ ſolum per me ipſũ iter ingredi: ſed ex ipſo quoq́ domicilio proſpicere nequeã. Eſt autẽ neq́ hoc mihi modici momẽti, quòd datur per literas cũ pietate tua colloqui, & ſpe reſponſionũ iam nõnihil recreationis percipere. Si uero & occaſio fuerit, & uitæ nos tẽpus nõ deſecerit: nec peſtis moleſtũ iter reddiderit, potiemur forſan uotorũ tuorũ deſiderio, teq́ ſub ęſtatẽ cõplexi quicquid otij dabitur huc cõuertemus, ut eius quæ in te eſt ſapientiæ præclaris theſauris abundè ſaturemur.

Per literas. Exemplar habet, ſed ut arbitror, mendoſè, pro διὰ γραμμάτων διὰ ὀμμάτων.

EIDEM

VII. SI quomodo ad hũc uſq́ diẽ, licet inuiſendæ pietatis tuæ appetẽtiſſimus, ne proficiſci poſſem prohibitus ſim, ſingulas ex ordine cauſas recenſere uellem: quaſi quædam hiſtoria mihi prolixa, imò infinita, cõplenda eſſet. Viciſſitudinẽ quidem morborũ, hyemis moleſtiã, & negotiorũ turbã, cõmemorare ceſſo: utpote manifeſta & iam antea pietati tuæ cognita: nũc uero & matre ipſa, quã unicũ habebã uitę huius ſolatiũ, promerentibus hoc peccatis meis, priuatus ſum. At ne, quæſo, tibi ridiculus uidear, qui in iſta ętate orphaniã deplorem: ſed ignoſce quòd eius animæ ſeparationẽ moleſtè fero, cui in ijs, quæ relicta ſunt, nihil æquale ac cõferendũ uideo. Itaq; denuo redierunt ægritudines, iterũq́ in lecto decumbo, ac modica omnino uirtute præditus fluctuo, & tantũ non qualibet hora neceſſariũ uitę D terminũ expecto. Eccleſijs uero idẽ propè accidit quod corpori meo, dũ nulla planè rerũ meliorũ ſpes affulget, ſed & omnia perpetuò in peiorẽ ſtatũ decurrunt. Interea Neocæſaria & Ancyra uiſæ ſunt in locũ eorũ qui receſſerunt, accepiſſe ſucceſſores. Et hactenus cõquieſcunt. Sed ne in nos quidẽ, qui inſidiabantur, furore & amarulentia dignũ quid hactenus deſignare permiſſi ſunt. Cauſam aũt huius legationibus tuis quas pro Eccleſijs obiuiſti, abſq́ omni hæſitatione acceptã referimus. Itaq; pro Eccleſijs orando Dominũq́ flectẽdo ne deficias. Eos qui digni habẽtur ut ſanctitatis tuæ ſint miniſtri plurimũ ſaluta.

Mors matris Baſilij.

EIDEM

VIII. QVO me fuiſſe putas animo, cũ Epiſtolã pietatis tuæ acciperẽ? Nam ſi ad ipſam literarũ diſpoſitionẽ oculos uertebã, mox cupiebã recto ad te tractu quaſi ſumptis pẽnis auolare. Si uero corporis imbecillitatẽ intuebar, qua ueluti cõpedibus irretitus iacebã, nõ ſolũ imbecillior erã quã qui uolare poſſem, ſed & opus habebã miniſterio eorũ qui lecto decumbentẽ loco mouerẽt ac ſubleuarent. Quinquageſimũ nanq; hunc diem ægrotũ ago, in quo nobis præſto fuit dilectus ac ſtudioſiſſimus frater & Syndiaconus noſter Elpidius. Ardore febrili plurimũ exhauſtus ſum. Is deficiente materia, unde alebatur exiccatã hanc carnem & quaſi foco quodã torrefactã circumquaq; cõplexus tabidã ac diuturnã ægrotationẽ induxit. Quæ uero ſubſequuntur: iſta ſunt. Principalis plaga mea (quod præterea acceſſit) omnẽ edendi appetitũ interclufit, ſomnũ ab oculis aufugauit, inq́ ipſis uitæ ac mortis cõfinijs detinet: tantã uiuendi facultatẽ permittens, quantã ipſe moleſtiarum quas infert, ſenſus expoſcit. Itaque & aquis ſuapte natura calidis uſus ſum. Adhæc & quaſdam medicorũ curationes admiſi. Sed hæc omnia ferox hoc malum cõtempſit,

quod quimde

A quod quidem ſi adſit illius conſuetudo, & alius forſan tulerit: ſi uero per negligentiā inopinatò irruerit, nō puto quiſquā ita adamantinus eſt qui ſufficere poſſit: à quo quum multū iam tēporis ſim uexatus nunquā tamen ita diſcruciatus ſum atq; nunc: cuius improbitate fit, ut ad ueræ dilectionis tuæ præſentiā peruenire nequeam. Noui enim qua ſim animi iucunditate priuatus, licet ueluti ſummo digito dulciſſimi ueſtræ Eccleſiæ mellis guſtū anno ſuperiore perceperim. Ego uero & aliorū negotiorū gratia opus habebam: pietatis tuę pręſentia, ut & de multis cōferrem: & multa diſcerem. Nam hic nihil horū, ne uerā quidem dilectionē, inuenire eſt. Quòd ſi etiā inuenias, qui admodum diligat: nemo tamen eſt, qui præditus pari cū pietate tua prudentia & rerū gerendarum experientia, quā ex multis Eccleſiarū laboribus contraxiſti, de propoſitis mihi poſſit cōmodam dare ſententiā. Alia quidem nunc nō licet ſcribere: quæ uero tutò ad te perferri poſſunt iſta ſunt. Senior Euagrius filius Cāpiani Antiocheni, qui aliquando ad Occidentales unà cū beato Euſebio profectus eſt, iam Roma rediit: exigens à nobis Epiſtolam qua quæ illi ſcripſerunt, ipſorum lingua, continentur. Retulit uero nobis ac reddidit quæ nos ſcripſimus, tanquā quæ uehementioribus illic non placuerint. Et urſit uehementer mittendam eſſe iam legationē aliquā, uiros uidelicet fide dignos: propterea quòd uniformitas literarū illis fictionis noſtræ quaſi argumentū dare uiſa ſit. Qui Sebaſtiam incolunt, nobiſcum facientes, Euſtathij q; male ſentientis ſupputridum ulcus denudantes: petunt à nobis aliquam Eccleſiæ ipſorū curam. Iconium (ciuitas eſt Piſidiæ, olim poſt maximā prima, nunc uero & ipſa ei parti præſidet, quæ ex multis eſt in unū coacta) prouinciæ propriæ moderamē accepit. Illa & nos ad ſe uocat, ut noſtra conſideratione mereatur Epiſcopum accipere. Deceſſit

Occidentales remiſerunt Bafilio literas quas ſcripſerat.

Iconium.

B enim ex hac uita Fauſtinus. Itaq; an non oporteat, extorres electiones negligere & *χειροτονίας.* quid reſpondendum ſit Sebaſtenis, & quid ſentiendum de conſilijs Euagrij, opus habeo perdoceri, ipſe coram dignitate tua præſens conſtitutus: à quibus tamē omnibus per hanc infirmitatē priuatus ſum. Igitur ſi dabitur quiſquā qui properè ad nos proficiſcatur: dignare de his omnibus ſcripto ad me reſpondere. Si minus, ora ut in mentem mihi ueniat, quòd acceptū ſit coram Domino. In Synodo uero memoriā noſtri fieri iube. Et tu ipſe pro nobis precare, atq; ad id populi quoq; preces adiunge: ut reliquas incolatus noſtri dies & horas Domino miniſtrare mereamur, iuxta quod illi gratum fuerit.

AD EVNDEM. IX.

Et in nobis quoq; declarauit Dominus quā nō deſerat ſanctos ſuos, dū magna & potenti manu ſua ſanctitatis tuæ uitā undiq; protexit. Nā propè ſimile hoc arbitramur: ei, quòd ſanctus ille in uentre cœti illęſus permanſit: & quòd in igne adeò uehementi ſine aliquo nocumēto timentes Dei uiuere potuerunt: quòd & pietatē tuā nobis undiq;, ut audio, bellico tumultu circumfuſam, incolumē conſeruauit, & in poſterū conſeruabit: qui hoc poteſt præſtare Deus: nobis, ſi uixerimus, peroptabilem iſtam faciē: aut alijs ſaltem, qui reditū tuum nō ſecus expectant quā propriā ipſorū ſalutē. Perſuaſus nanq; ſum: quòd propter lacrymas Eccleſiarū & gemitus illos quibus poſt te ingemiſcunt omnes in uita te philanthropos Deus cōſeruaturus ſit, donec gratiā ſuā impertiat ijs qui noctes atq; dies opē ipſius implorāt. Quæ quidē uſq; ad dilecti fratris noſtri Libanij Syndiaconi aduentū aduerſum nos acta ſunt: per ipſum in trāſitu ſufficiēter edocti ſumus, quæ uero ab illo tempore geſta ſunt opus habemus cognoſcere. Interea nanq; & maiores

& grauiores illis locis adflictiones inferri audimus, de quibus ſiquidem poſſibile eſt uelociter: ſin minus, per religioſiſſimum fratrem Paulum Sympreſbyterum ad nos reuertentem,ut petimus, edoceamur, quòd illæſa & incolumis uita ueſtra cuſtodiatur. Quoniam uero audimus uniuerſum iter plenum eſſe latronibus & excurſoribus: metuimus ne ſi in illorum manus incidat frater, illi nos cauſa mortis ſimus. Quòd ſi mediocrem tranquillitatem dederit Dominus, quemadmodum de exercitus tranſitu audimus, curabimus & noſtrarum aliquem mitti qui uos inuiſat, & ſingula quæ iſthic geruntur annunciet. C

AD EVNDEM.

x. DEDIT nobis Dominus etiamnum ut per deſideratiſſimũ ac religioſiſſimum fratrẽ noſtrum Anthiochum Sympreſbyterum tuũ ſanctitatẽ tuã alloquar,& adhorter quidem, ut quod aſſoles facias,hoc eſt pro nobis ores:iuxtà uero ut & nobis ipſis diuturnæ iſtius imbecillitatis ac defectionis aliquid ſolatij ex literarum colloquio inueniam. Hoc uero cum primis & omnium potiſſimum orauerim & obſecrauerim ut preceris Dominum, quatenus nos eripiat ab ineptis & malis hominibus, qui uſq; adeò iuualuerunt in populis, ut iã nihil nobis aliud quã quæ iudaicã referant captiuitatem, uelut quandam imaginem ob oculos exponant. Quanto enim imbecilliores redduntur Eccleſię,tanto magis emergit & robuſtior fit iſtorum hominũ dominandi libido. Et fit ut ad flagitioſos homines ex uernis uernas,Epiſcopatus nomen iã transferatur:dum nemo eſt qui ſeipſum in locum ſeruorũ Dei conſtituere cupiat: præter deploratos quoſdã,quales ſunt,qui ab Anyſio illo Euippij alumno & Ecdicio Parnaſſeno mittuntur, quod malum ſibi ipſi futuræ uitæ uiaticũ Eccleſijs immiſit,qui ita inſtituit. Illi iam Nyſa expulerunt fratrem meũ & in illius locum induxerunt uirũ, imo magis paucorum obolorũ mancipium,fidei corruptionem,haud abſimilem ijs à quibus illò conſtitutus eſt: Vico Doaris exitioſum hominẽ, orphanorum ſeruũ: qui quidem poteſtati dominorum ſuorũ fuga ſe exemerat: per adulationẽ uero impiæ muliérculæ (quæ antea Georgio pro libidine abuſa,nunc iſtum habet)ſucceſſorẽ miſerunt, miſerabile Epiſcopatus nomen probro afficiẽtes.Statũ uero Nicopolitanũ quis ſatis deplorauerit? quòd miſer Phortanus,qui primũ quaſi patrocinium ueritatis ſimulabat, tandem & fidem & ſeipſum turpè prodiderit,ac proditionis huius prẹmiũ ignominię notam acceperit? Adeptus eſt quidem ab ipſis Epiſcopatus dignitatẽ,ut putat:factus uero eſt gratiæ Dei cõmunis quædam abominatio in uniuerſa Armenia. Veruntamen nihil eſt quod illi per ſe non auſint:neq; deſtituuntur cooperarijs ſe dignis.Reliqua Syriæ melius quàm nos & nouit & recenſebit frater noſter Antiochus.Res uero Occidentales ipſe iam antea cognouiſti,omnia referente fratre Dorotheo,cui qualeſcũq; literæ dandæ ſunt abeunti. Itineris enim comes forte futurus eſt optimo Sactesimo homini diligentiſſimo, qui orientẽ ipſum circũeũdo à ſingulis præcipui nominis uiris ſubſcriptiones ac literas colligit. Quid igitur per iſtos ſcribendum ſit, aut quomodo reliquis ſcribentibus aſſentiendũ,ipſe hæſito.Si dabuntur qui uelociter ad nos proficiſcantur:dignare nos inſtruere.Mihi quidem illud Diomedis occurrit. Non prodeſſet ſupplicẽ agere. Propterea,inquit,quòd uir ille cõtumax eſt. Nam certe hoc uſuuenit:ut ſi ſuperbos iſtos mores demiſſione aliqua curare tentes:illi in maiorem plerunque contemptum degenerent. Quòd ſi propitiabitur nobis Dominus, quo alio ſubſidiario additamento opus habe-

Gregoriũ ſcilicet Nyſenũ. D

ἀνδρα. μαλλομῦ ἀνδράποδον.

opus habemus? Si uero perdurauerit ira dei, quid auxilij conferet nobis occidentalium faſtus? Qui quid in cauſa ueri ſit, neq; ſciunt, neq; diſcere ſuſtinent: falſis uero ſuſpicionibus præoccupati, eadẽ nũc quoq; faciũt, quæ antea in cauſa Marcelli cũ illis qui ueritatẽ annuntiarent, cõtentioſè egerunt, & hæreſim interea per ſeipſos corroborârunt. Ego quidẽ ipſe priuatim, nõ publica formula, uolebã ipſorũ ſcribere Coryphæo, de Eccleſiaſticis rebus quidẽ nihil, niſi tantũ admonere, quod neq; rerum noſtrarum ueritatẽ ſciunt, neq; uiam, per quã inſtruerentur, admittunt: in ſumma uero, quòd non oporteat irruere in eos ac premere, qui per tentatationes humiliati ſunt & adflicti, neq; dignitatis loco habere ſuperbiæ ſplendorẽ, cum id peccati uel ſolum ad conſtituendam aduerſus deum inimicitiam ſufficiat.

EVSEBIO SODALI

EPIST. XI.

CVM ſtatim poſt diſceſſum tuũ ad ciuitatẽ ueniſſem quantũ deſperatione tui animo deiectus fuerim, quid attinet dicere, ad uirũ, qui nõ habet opus uerbis inſtrui, ſed per experientiã ſimilia perpeti nouit? Quanti enim mihi putas momẽti erat omniũ optimũ uidere circũplectiq; Euſebiũ, & memoriæ beneficio iterũ ad iuuentutẽ redire, atq; in mentẽ reuocare dies illos, quibus & domiciliũ nobis unũ, & focus unus, pædagogus quoq; idẽ, ſimul & recreatio, & ſtudiũ, & deliciæ, & indigentia, & omnia inter nos ex æquo cõmunia erãt. Quanti me putas æſtimaturũ fuiſſe, ſi per tuã præſentiã licuiſſet his omnibus rememorãdo potiri, grauiq; hoc ſenio excuſſo iterũ ex ſene iuuenẽ factũ eſſe uideri? At horũ me copia quidem fugit: per literas uero prudentiã tuã uidere, ac quantũ datur uel hoc modo me ipſum ſolari, non eſt ademptũ, propter præſentiã uenerandiſſimi Cyriaci ſympreſbyteri, quẽ pudoris gratia uereor cõmendare, ꝓpriumq; tibi facere per meipſum, ne forſan ſuperfluũ ac curioſum aliquid erga te cõmittam, ſi tibi quæ ſunt propria & peculiaria recõciliẽ. Verũ id facio quoniã me ueritatis eſſe teſtẽ oportet, & ijs qui ſpiritaliter iuncti ſunt, quàm maximè pro uiribus gratificari. Quã inoffenſe uir iſte, quod ad ſacerdotiũ attinet, uerſatus ſit, arbitror & tibi manifeſtũ eſſe. Confirmo & ego cũ nullã prorſus illius in ſacerdotiũ offenſionẽ inter eos cognoſcã, qui nemini non manus inijciũt, dominũ nõ formidantes. Quanq; etiã ſi quid ab ipſis deſignatũ eſt, neq; ſic tamen reijciendus erat hic uir. Inimici uero dei gradus eorũ quos impugnant magis confirmant, tam abeſt ut de gratia ſpiritus quã habent, quicquam illis detrahant. Veruntamen, ut dixi, neq; excogitari quicquã de hoc uiro potuit. Itaq; ut presbyterũ innoxiũ, nobiſq; cõiunctum, ac nulla non reuerentia dignum, tuo cõſpectu dignare. Quòd ſi teipſum curaueris, nobis ſimul gratificaberis.

mallem, apud eos.

GREGORII THEOLOGI AD NICOBVLVM.

EPIST. XII.

ET ſemper honoris gratia mihi Magnũ Baſiliũ præpoſui, licet illi cõtrarium uideatur, & nunc quoq; præpono, non minus ueritatis quam amicitiæ gratia. Qua propter præmiſſis illius Epiſtolis, meás ſubijcio. Cupio enim nos ubiq; alterum alteri coniungi, ut ſimul typum quoq; alijs modeſtiæ ac ſubmiſſionis exhibeam.

Hinc apparet hunc Epiſtolarum librum editum eſſe à Gregorio Nazianzeno, poſt mortẽ Baſilij.

THEOLOGI AD EVNDEM

LAconice ſcribere non hoc eſt quod putas, paucas uidelicet ſyllabas ſcribere, ſed de plurimis rebus paucas. Ita ego Homerum quoq; breuiloquum dico, & multiloquum Antimachum. Quomodo? Ex rebus ſcilicet non literis prolixitatem iudicans.

CELEVSIO PRINCIPI.

EPIST. XIIII. QVoniã taciturnitatẽ mihi & agreſtẽ inertiã uitio uertis & opprobras, ô eleḡas & urbane, agè fabulã tibi nõ amuſam narrabo, ſi quo pacto queã te ab iſta nugacitate cohibere. Cignis olim chelidones uitio dabãt & obijciebãt, quòd nec cũ hominibus cõuerſari, nec muſicã ſuã publicè ꝓfiteri uellẽt, ſed circa prata & fluuios agerẽt, ac ſolitudinẽ amarent, deinde pauca quidẽ canerẽt: quę uero canerent, canerẽt inter ſeipſos, tanquã quos muſicæ ſuę puderet. Noſtræ uero ſunt, dicebãt, urbes, homines ac thalami, garrimus cũ hominibus, & res noſtras illis narramus. Illę uero ſunt illæ, inquam, antiquæ & atticæ, utpote, Pantidon, Athenæ, Tereus, Thrace, peregrinatio, luctus, illata iniuria, exciſio linguę, literę, & maximè Itys & quomodo ex hominibus mutatæ ſimus in aues. Cigni uero uiciſſim illas uix reſponſione dignabantur, odio uidelicet nugacitatis. Poſtq̃ uero dignabantur: Sed nos aiebant, quorũ gratia quiſquã uel in ſolitudinẽ conceſſerit, ut muſicã audiat, ſi quando Zephyro ſpiranti alas noſtras permiſerimus iucundũ quid & concinnum modulamur: ita, ut etiam ſi non multũ nec in multis canimus, hoc ipſum tamẽ pulcherrimũ eſt, quod iuxta menſurã in concentu philoſophamur, & muſicã noſtram nulla tumultuatione confundimus. Vos uero, licet domeſticas, ægrè tolerant homines, & canentes auerſantur, & ualde meritò. Neq; enim ſilere poteſtis etiã ſi linguæ excidãtur, ſed ipſam uocis priuationẽ morbumq́; ueſtrũ lamentaremini, quoniam garrulæ quædã eſtis, nec eloquentes, nec concinnæ. Intellige, inquit Pindarus, quod dico. Et ſi inueneris taciturnitatem meam loquacitati tuæ præſtare, ceſſa ſilentium meum nugis tuis obtundere, uel certè paroemiã tibi dicã, maximè quidẽ breuẽ, ſed maximè quoq; uerã, uidelicet tum cantaturos Cygnos, cum obmutuerint graculi. C

THEOLOGI AD NECTARIVM D

EPIST. XV. RES noſtræ utcunq; ſuo more habent. Sine bello & negotijs quieti ſumus, ſecurã per ſilentiũ ſenectutẽ prę omnibus cõplexi. Quanq̃ & miſericordia dei per imbecillitatẽ quam ſatis magnam perferimus, quiete hanc lucrifacimus. Tu uero proſperare ac regna, quẽadmodũ diuinus Dauid dicit. Et ſacerdotiũ tuũ ſimul dirigat, qui te iſto honore decorauit deus, ſacerdotiũ iſtud quãuis calumniã ſuperãs largitus. Vt uero declaremus qua ſumus mutua præditi fiducia, neq; humanũ quid patiamur corã deo agentes, ego quidẽ iſta apud te ago & expeto: tu uero mihi alacriter annue. Pancratij, qui ueſter ſumme germanus filius eſt, curã agimus, multis de cauſis hoc neceſſariò facientes. Hunc & admittere uelis benignè, & cõmendare amicis, quos ſui ſtudioſiores habet, ut ad deſtinatum ſcopum pertingere queat. Is aũt eſt, ut expeditionẽ aliquã ad quietẽ inducat, quãdoquidẽ, ut & ipſe nôſti, nullũ uitæ genus malis hominibus inoffenſum eſt. Vel, concertationem.

THEOLOGI AD EVNDEM.

EPIST. XVI. QVID nam faceres, ſi mihi ipſi corã obeundũ eſſet negotiũ? An non manifeſtũ, quod omnẽ diligentiã impẽderes, quo moleſtia liberarer? Si quidẽ quid opus eſt indicijs inſtrui, illis, qui cognitione ſua quę diſcẽda ſunt pręuertũt? Hoc itaq; beneficij nobis & nũc largire per honeſtiſſimã cõſobrinã noſtrã, quæ tibi per nos ſuppliciter aduoluit, ueneratus ætatẽ ſupplicãtis, ueneratus mores & pietatẽ, quã nõ apud multas mulieres inuenies, ueneratꝰ ꝑterea & tranquillã illã mulieris innocentiã, & quod illi nũc cũ domeſticis eſt negotiũ, ante om̃ia uero ueneratꝰ & noſtrã obſecrationẽ. Augmentũ erit gratię, ſi petitum beneficiũ cito pręſtes, τῶν ἀπραγμοσύνην.

uiduæ

A uiduæ nanq; humanitatẽ iniuſtus etiam ille in euangelio iudex exhibuit: at poſt diu-tinam ſupplicationẽ & aſſiduitatem. Verum. Sed apud nos ſit celeritas, ne diu curis, & moleſtijs, quæ ut extraneæ accidere poſſunt adfligatur. Quanquã ſatis ſcio, quod illi pietas tua peregrinationẽ iſtam ſit in domeſticam quaſi familiaritatẽ cõmutatura.

THEOLOGI AD HELLADIVM.

DELECTATVS ſum literis tuis. Quomodo uero nihil, præ ſe tulerunt, me-moriam tibi eſſe mortuorum? Præſentium uero & ad feſtiuitatem confe-rentium potior eſt gratia. Sed tu adhæreto illis quibus des quæ ipſe pe-tas. Precare uero pro nobis. Siquidem prodeſt iterum nos admoneri pa-riter & admonere feſtiuitatis. Si uero minus transferri ad ea quæ futuræ ſunt uitæ, & ueram feſtiuitatem apprehendere uel contueri, ubi omnium lætantium eſt habitatio. Strophis enim huius uitæ exaturati ſumus. XVII. τῶν συμβό-λων θαλίας τῆς.

THEOLOGI AD EVNDEM

E LONGINQVO aſpicere ad ea quę ſperãtur edocti. (Vt ar enim tuo proœ-mio) & de ijs quę iam adſunt lætamur. Sacrũ enim Paſchatis diẽ, quẽ ap-prehendimus, cœleſtium bonorũ myſtagogiã eſſe noui: eò quòd ſit feſti-uitas tranſitoria. Recte autem feciſti quod & ipſe nos per ea quæ ſcripta miſiſti, horum admonuiſti. Ego uero iam pluries iſtam feſtiuitatẽ paſchatis pertran-ſiui, & uel hoc ex prolixiore hac uita lucrifeci. Nunc uero purius paſcha deſidero, ut Aegyptum iſtam præſentis uitæ moleſtam ac tenebricoſam egreſſus, & à luto late-ritioq; labore cui obſtricti ſumus, liberatus ad promiſſionis terram tranſmigrem. Hanc nobis precator, ſi tibi curæ eſt quàm maximo nos afficere beneficio. Tibi uero B ſpe longioris uitæ prædito, contingat cum eccleſia communia feſta celebrare. Si uero mihi conceſſeritis ſenectutem iſtam cum honeſtate abſoluere, & huic eccleſiæ epiſco-pum dederitis, quem deſignabit ſpiritus ſanctus, opus bonũ feceritis &, ut ita dicam, paternis benedictionibus dignum. XVIII.

BASILII MAGNI ARCHIEPICOPI CAESA-reæ Cappadociæ, ad Sanctum Gregorium Theologum Epiſtola.

EGO, ſcribente mihi fratre Gregorio quod iam olim cupiat te nobiſcum agere, imo addente, id tibi iam ipſi quoque certum eſſe, illud quidem ægrè credo, propterea quod toties decipior: iſtud uero & negotijs diſtra-ctus expectare non potui. Cogor enim nunc redire in Pontum, ubi for-ſan aliquando uolente deo errorem finiemus. Vix nanq; deſperatis ſpebus hiſce ua-nis, quas de te mihi olim cõceperam, imò magis ſomnij, ſi uerius quid dicendum eſt, (laudo enim eum qui ſpes uigilantium eſſe ſomnia dixit) ut uitæ conſulerem, in Pon-tum abiui, ubi locum mihi deus moribus meis apprimè conuenientem oſtendit, ita ut qualem ſępenumero per otium & iocum animo fingere ſolebamus, talem iam re-ipſa uidere liceat. Mons enim eſt ſublimis, grandi ac tenebricoſa ſylua tectus, gelidis ac pellucidis undis ſeptentrionẽ uerſus irriguus. Huius gradibus ubi aſcenditur plani-cies reſupina ſubſtrata eſt, quę mõtanis humoribus iugiter fœcundatur. Iſtã uero ſyl-ua ſponte ſua diſtinctis & omnifarijs arboribus circũquaq; cõplexa propè ualli ac ſe-pti loco, cingit, ita ut illi collata etiã inſula Calypſus quã præ omnibus pulchritudinis gratia Homerus celebrãſſe uidetur, modica ſit. Etenim non multũ illi deeſt ad hoc, ut XIX. κατὰ βίου ζήτησιν. βαθεῖα ὕλη.

 inſula ſit,

inſula ſit, propterea quod undiq; ueluti munitionibus quibuſdam elaborata & orna C.
ta eſt. Profundæ ſiquidem ualles duabus illam partibus circunſcindunt. Ex lateris ue
ro præcipitio fluuius decurrens, & ipſe cōtinui & haud facile ſuperabilis muri uice eſt.
Ex altero uero latere mons apertus & expaſſus, per cubitos ad Lunæ formam incur/
uatos, uallibus imminens, eam partem lateris qua aſcenditur ueluti muro quodam
concludit. Eſt autem ingreſſus illuc unus quem in noſtra poteſtate habemus. Ipſam
habitationem alia quædam ceruix ſublime quoddam extrema ſui parte collum ex/
tendens recipit, ita ut ipſa planicies conſpectui ſit aperta & expoſita, & è ſublimi cir/
cumlabentē fluuium deſpicere liceat, qui mihi uidetur non minus delectationis exhi/
bere, quā Amphipolitanis Strymonis cognitus amnis. Nam is quidem trāquilliore
tractu circūſtagnans, parū deeſt quin propter ſilentiū & tranquillitatē fluuij nomen
amiſerit, hic uero fluuiorum, qui mihi noti ſunt, uelociſſimus, ad uicinam petram pa/
rumper aſperior eſt, ab illa refuſus in uorticem quendam profundum aufertur, o/
mniumq; iucundiſſimum mihi ſpectaculum ipſo conſpectu, & ſufficientiſſimum in/
colis uſum exhibet: ſimul etiam ineffabilem piſcium multitudinem in uorticibus a/
lens. Quid dicam de telluris exhalationibus? aut ex ipſo fluuio aſcendente aura? flo/
rum copiam, aut etiam canentium auicularū alius quiſquam forſan admiraretur. Mi
hi uero animum iſtis aduertere non uacat. Quod autem potiſſimum de hoc loco re/
ferre poſſumus, hoc eſt, quod cum ad omne genus fructuum ſit, propter ſitus com/
moditatem appoſitus: omnium mihi iucundiſſimum fructum quietem ac tranquilli/
tatem alit: non ſolum propterea quod ab urbanis perturbationibus alienus eſt: ſed
quòd ne uiatorem quidem aliquem admittit, præter eos qui uenationis gratia nobis
ſubinde iunguntur. Nam præter ea quæ recenſuimus, feras etiam, non urſos, aut lu/ D
pos quales apud uos ſunt, abſit, ſed ceruorum & capræorum agreſtium greges ac le/
pores, & ſi quæ aliæ ſunt eiuſmodi nutrit. Num igitur cogitas quantum periculi de/
mens accerſere uoluerim, qui talem locum cum Tiberina quæ barathrum eſt orbis,
commutare contenderim? Ad hunc iam properanti ignoſces. Nam prorſus neque
Alcmæon, poſteaquàm echinades reperit, errorem amplius ferre ſuſtinuit.

GREGORII THEOLOGI AD BA/ ſilium magnum.

XX. VT iuſſui tuo obtemperetur, partim quidem in nobis, partim uero, &, ut puto, plus aliquanto in pietate tua ſitum eſt. In nobis eſt, quod ad animi uotum & alacritatem attinet. Neq; enim unquam conuictum tuum fugimus, ſed ſemper perſequuti ſumus & nunc amplius deſideramus. In ſanctitate uero tua eſt, ut quæ nos impediunt dirigas ac diſponas. Aſſidemus enim dominę matri multum iam temporis ex infirmitate laboranti: & niſi cunctaremur illam in ambiguo deſerere, præſentiæ tuæ fructum, quod probè ſcias, non negligeremus. Precibus tantum, matri ad ſanitatem, nobis ad iter obeundum, ſuccurre.

EIDEM.

XXI. PROMISSIONI quidem, fateor, haud ſteti, ut tecum eſſem unaq; philoſopharer, conſtanter adhuc amicitiam illam, & cognationem cum Athenis cœptam, tum illic quoq; ſeruatā profeſſus: Non enim habeo quod iſtis familiarius dici poſſet. Feſelli autem non liberè, ſed lege per legem deuicta lege amicitiæ & mutuæ conſuetudinis ſuperata, per legem quæ præcipit ut paren

tes hono

A tes honoremus. Non tamen omnino fallam ſi hoc ipſum promiſſum receperis. Partim quidem nos tecum futuri ſumus: partim uero ipſe nobiſcum eſſe uoles, ut ſint omnia communia, & amicitiam pari utrinq; honore præditam habeamus. Ita enim futurum eſt, ut & parentes mœſtitia non afficiam, & copiam tui obtineam.

E I D E M.

NON fero mihi Tiberinam opprobrari, & quæ hic ſunt rupes ac tempeſtates, ô admodũ expers luti, ſublimis incedens, & tabulata pedibus calcans pennate, excelſe, & cum Abaridis iaculo aëra penetrans, ut cum cappadox ſis Cappadociã fugias. An iniuriam inferimus, quod uos quidem palleſcitis atq; ægrè reſpiratis ipſumq; ſolem tranſcenditis: nos uero ſaginamur ac ſaturamur, & circunſcripti non ſumus? Sed iſta uobis ſunt. Delitiamini uero & diteſcitis ac in foro uerſamini. Hoc nõ laudo. Aut igitur ceſſa lutea nobis exprobrare (neq; enim tu ciuitatem condidiſti, neq; nos tempeſtatem) aut & nos tibi obiĳciemus pro luteis cauponas, & quæcunq; reliqua ciuitates incommoda ferunt. XXII. παγὸς ϗ χι- μῶνας.

A D E V N D E M.

TV quidem quæ noſtra ſunt ſalibus impetito & conuellito. Siue ioco id facias ſiue ſtudio, nihil iſtud retulerit. Riſu duntaxat & ad ſatietatem uſque carpe, & amicitia noſtra fruere. Omnia tua nobis ſunt iucunda, qualiacunq; ſint & quomodocunq; habeant. Etenim & quæ hic ſunt mihi cauillari uideris, non ut cauilleris, ſed ut ad teipſum trahas (niſi ego tuorum nihil intelligo) quemadmodum ſolent qui fluenta obturant ut aliò transferant. Talia ſunt perpetuò quæ tua ſunt. Ego uero Pontum tuum, & Ponticam iſtam caliginis procreationem, B ac ſolam fuga tua dignam, & qui capiti imminẽt tumulos pariter & feras, fidem noſtram probantes, ſubiectamq; ſolitudinem celebrabo. Murium cateruã honeſtis nominibus phrontiſterĳ, monaſterĳ, ac ſcholę ornabo. Syluas illas agreſtium plantarum montiumq; profundè præcipitum coronam qua tamen non coronamini, ſed concludimini: aërem quoq; temperatum, ac ſolem deſideratum laudabo quem tanquam per fumum aſpicitis, ô Pontici Cimmerĳ Soleq; priuati, & non ſemeſtri tantum nocte, quod quidam dicunt, damnati. Sed ne aliquam quidem uitæ partem non umbratilem: unam uero noctem diutinam per omnem uitam ac uere mortis umbram, ut ex ſcriptura aliquid proferam, habentes. Laudabo etiam arctam illam ac ſtrictam uitam, neſcio an ad regnum uel ad infernum ducentem: tui uero gratia ad regnum ducat. Ipſam in medio planiciem quid uis uocẽ? An mentiendo uocabo eam ędem, ac fontem in quatuor principia diuiſum: unde & ipſe orbis irrigatur? An uocabo eam aridam ac ſiticuloſam ſolitudinem, quam Moſes quiſquam ex petra per baculum excuſſo fonte mitiorem habitabilemq; fecerit? Nam ubi petras quidem declinaui, tibi mox hiatus: ubi hiatus ibi ſpineta: ſupra ſpinas uero præcipitium: ſupra præcipitium uia præceps & utrinq; prærupta, uiatorum mentem cogens & ad ſolicitam cautionem exercens: Fluuius uero infernè reſonat. Is tibi pro Amphipolitano Strymone eſt, ac placidus, & non magis piſcibus quàm lapidibus fœcundus, neq; in ſtagnum aliquod refuſus, ſed in profundum uorticẽ præcipitatus, O ſublime loquẽs nouorũq; nominũ fictor. Eſt enim magnus iſte fluuius & terribilis, & ſupernè pſalmodias reſonãs. Hic nullius æſtimantur cataractæ inferniq; ſtrepitus, tantũ uidelicet ſonitus noctes atq; dies auribus ueſtris ſuggerit. Aſper quidem eſt, ſed tranſitũ negans: XXIII.

turbidus quoque, ſed quem potare nequeas cui hoc tantum humanitatis eſt quod C
manſiunculam ueſtram hiatibus ac procellis iritatus non ad ima ſecum deturbat. Iſta igitur nos beatorum inſulis conferimus. Hæc ueſtra ſunt qui adeò felices eſtis. Tu uero admirari noli cubitos illos lunares qui gradus hypotiæ ueſtræ in arctum magis conſtringunt atq; intercludunt quàm communiunt, neq; collum illud, quod ſupra uerticem oritur, quod Tantali uobis uitam efficit, neq; delicatam ac mollem auram, tellurisq; exhalationes quæ uos animo deficientes recreant, ſed neq; canentes uolucres, quæ quidem canunt, ſed famem: & circumuolitant, ſed ſolitudinem. Accedit uos nemo, inquis, niſi qui uenationis gratia accedunt. Adde, & ut mortuos uos inuiſant. Iſta modum forſan excedunt epiſtolæ, uerum ad comœdiam haud ſufficiunt. Tu ſi modeſtè pædiam iſtam tuleris, rectè feceris ſin minus, plura addemus.

THEOLOGI AD BASILIVM MAGNVM

XXII. QVONIAM pædiam modeſtè fert, addemus & ſequẽtia. Sit autem ex Homero procœmium. Sed agè progredere, & internum quoq; ornatum cane, habitationem tecto carentem & foribus, focum frigidum & ſine fumo, parietes igne ſiccatos ne luti ſtillulis cõſpergamur, intus tantalici quidam & condemnati, in medijs undis ſitientes, & ad menſam illam miſeram unde nemo cibatur, licet omnium ciborum genere inſtructa ſit, anhelantes: ad quam ex Cappadocia, non tanquam ad lotophagorum, ſed uelut ad Alcinoi menſam, recens naufragi & calamitoſi uocati ſumus. Recordor enim panum illorum ac iuſculorum (nam ita nominabantur) quin & ipſi dentes in memoriam redeunt quomodo morſibus illapſi ſtatim emergebant, ſurſumq; ueluti ex cœno quodam retrahebãtur. Hæc ipſe
ἐκ τῶν οἰκείων παθῶν. ſublimius declamabis, cui ex cognatis affectibus datur magnificè loqui: ex quibus ni D
ſi nos uere magna ac pauperum altrix (matrem tuam dico) tanquam portus quidam tẽpeſtate iactatis opportunè cõparens, liberâſſet, iam olim mortui eſſemus, Ponticæ fidei non tam laudi quàm miſerationi futuri. Quomodo tranſeo hortos illos incultos ad holera minus idoneos, deinde & augeri fimum, domo expurgatam, quo illos re-
βοτρύων. plebamus, quando luto uehendo deputatũ plauſtrum, ego inſtar botriunculi, tu audacter iſtis ceruicibus & manibus, quæ laborum adhuc ueſtigia retinent (ô terra, &
ὧν πολλῶν ἀπελαύσαμεν vel quorum multos lucrifecimus. ſol, uir ac uirtus declamabo enim parumper) non ut Helleſpontum iungeremus, ſed ut præcipitium complanaremus. Iſtis ſi nihil grauaris cum dicuntur, omnino neq; nos: ſi uero grauaris, quantum, quæſo, cum fiunt? Nos etiam plura tranſimus, alios reueriti, † quorum multos ab inſtituto forſan repelleremus.

THEOLOGI AD BASILIVM MAGNVM

QVAE hactenus de Pontica conuerſatione ſcripſimus, ludicra fuere nõ ſeria. Quę uero iam ſcribo uehemẽter ſeria ſunt. Quis mihi dabit, ut priſtinorũ dierũ adflictionẽ in quibus tecũ iucundiſſimè uixi, uel mẽſem unũ ferre liceat? Quoniã res triſtes, quæ ſponte ferũtur, coactis delitijs potiores habẽtur. Quis dabit mihi pſalmodias illas, & uigilias, & ad precãdum ſeceſſus, uitamq; iſtam quaſi ſpiritualem & incorporalem? Quis fratrũ, qui abs te in pietate inſtituuntur & in ſublime eriguntur, unanimitatem & concordiam? Quis uirtutis certamen & acumen quod præſcriptis modis ac canonibus ſtabiliebamus? Quis diuinorum oraculorum exercitium, inq; illis cum ſpiritus moderamine inuentam lucem? Aut, ut minora & leuiora dicam, quis dabit quotidianas illas ac manuarias operas?

Quis li-

A Quis lignorum findendorum ac componendorum laborem? Quis latomias? Quis conſitiones & irrigationes plantarum? Quis platanum auream illam & ea quæ Xerxis erat pretioſiorem, ſub qua ſedebat nō rex delicatus, ſub monachus ex labore defatigatus? quam ego plantaui, Apollos, hoc eſt, dignitas tua, rigauit: deus uero incrementum honoris noſtri gratia dedit, ut uidelicet ſeruaretur apud uos exercitij & induſtriæ noſtræ memoria, quemadmodum in arca uirga illa Aaronis quæ floruerat, ſeruata dicitur ac creditur. Iſta optari quidem facile poſſunt, apprehendi uero non ita facile. Sed tu mihi adeſto, & uirtutem precibus tuis aſpira, ac cooperare, & quem aliquando fructum collegimus cōſerua, ne paulatim umbræ inſtar inclinante iam die euaneſcamus: quemadmodum ego te ſpiro magis quàm ipſum aërem, & hoc tantum uiuo quod tecum uiuo, ſiue præſens, ſiue imaginationibus abſens.

THEOLOGI AD BASILIVM MAGNVM.

QVOMODO nobis poſtremo loco ſunt, quæ tua ſunt, ô diuinum ac ſacrum caput? Quod uerbum dentium tuorum ſeptum transſiliuit? Aut quomodo auſus es hoc dicere? (ut & ipſe modica quadam confidentia utar.) Quomodo animus ad hoc impulit? Aut atramentum ſcripſit? uel charta excepit? ô literarum ſtudia, & Athenæ, & uirtutumq́ue & ſtudiorum labores. (Nam me ſcriptis tuis propè tragœdum facis.) An uel nos uel teipſum non agnoſcis, cum oculus ſis orbis, magnifica uox ac tuba, regiusq́ue dicendi ſplendor. Sunt ne tua modica Gregorio? Eſt ne quiſquam, qui aliquid eorum quæ in terra ſunt uſpiam ita admiretur, ut te Gregorius? Anni tempeſtates uere uno & aſtra ſole uno decorantur: cœlum u- XXVI.
B num complectitur omnia: ita uox tua omnes una ſuperat. (Siquidem aliqua mihi eſt talia iudicandi facultas: nec, quod nō puto, uis amoris imponit.) Quod ſi hoc accuſas, quod te non ſatis pro dignitate admirer, quin accuſas uniuerſos mortales? Neque enim alius quiſquam dignè ſatis admiratus eſt aut admiratur, niſi tu tuaq́ue magniloquentia. (Si quidem fas eſt ut ſeipſum quis laudet, & hoc nobis ſtudiorum ratio permiſit.) Si uero propterea accuſamur, quod te contemnatus, cur non eadem opera inſaniæ prius arguimur? Sed id ægrè fers, quod philoſophamur? Da †ut hoc ſolum liceat dicere, quod & ſtudijs tuis ſublimius eſt.

uel ut pace tua dicā, hoc ſolū ſtudijs quoque tuis præſtantius eſt.

GREGORII THEOLOGI AD BASILIUM MAGNUM.

LAVDO procœmium epiſtolæ tuæ. Sed quid tuorum non laudabile? Et tu captus es, quemadmodum & nos circumſcripti, poſtquam ad preſbyterij gradum coacti ſumus. Quanquam hoc nobis minimè quærebatur. (Sumus enim inuicem alter alteri, fide digni teſtes, quod quaſi pedeſtrem & humi repentem philoſophiam amplexi ſimus.) Verum ſatius forſan fuerat iſtud non fieri. Aut non intelligo quod dico, donec œconomian ſpiritus cognouero. At cum ita factum ſit, ferre neceſſe eſt ut mihi quidem apparet, idq́ue maximè propter præſentem tempeſtatem, quæ multas nobis hæreticorum gloſſas inducit. Nec pudore ſuffundenda eſt uel ſpes, qui nobis hoc muneris eorum † cōcrediderunt uel ipſa uita noſtra. XXVII.

uel. credentiū

THEOLOGI AD BASILIVM MAGNVM C

XXVIII. TEMPVS hoc & boni conſilij prudentiam exigit, & continentiam, & quiſquam noſtrum cupiat uideri animoſior, neq; multorum ſudorum atq; laborum opus in breui uelle abſoluere. Quamobrem iſta ſcribo, & unde? deo dilectiſſimus Epiſcopus noſter Euſebius (ad hūc enim modum de illo iam & ſentiendum) admodum ſe nobis amicè accommodat, & uelut ferrum igni, iſta ſucceſſa temporis emollitur. Et puto literas quoq; illius ad te uenturas quibus te ſit & conſolaturus & uocaturus, quemadmodum & mihi ſignificauit, multiq; nobis fidem faciunt, quibus cogitationes illius probè cognitæ ſunt. Præueniemus eum, ſiue præſentes ſiue per literas. Imo primò ſcribemus, deinde præſentes agemus, ne pudore ſuffundamur, ſi tandem uicti fuerimus, cū liceat obtinere ut bene & philoſophicè minores habeamus quod & multi à nobis petunt. Facta eſt itaq; reuera mihi fides, tam huius gratia, quam propter occaſionem temporis: quoniam hæreticorum coniuratio eccleſiam peruagatur: partim eorum qui iam adſunt & turbas dant: partim eorum, qui, ut fertur, futuri ſunt. Eſt autem periculum ne diſſipaturi ſint ſermonem ueritatis niſi, uelociſſimè excitetur ſpiritus ille Beſeleël ſapientis artificis ſermonum ac dogmatum. Quod ſi uidebitur operæpretium, ut ipſe adſim & coram iſta peragam, & ſimul proficiſcar, ne hoc quidem detrectabimus.

THEOLOGI AD EVSEBIVM EPIſcopum Cæſariæ.

XXVIIII. QVONIAM ad uirum loquor, qui & mendacium deteſtatur, & ad deprehendendum illud in alijs etiamſi aſtutiſſimis ac uarijs labyrinthis intricetur, omnium acutiſſimus eſt: & præterea neq; ipſe artificio delector (dicendum enim eſt etiāſi importunius ſit) ita quaſi natura comparatus, deinde & per doctrinam formatus, hac de cauſa quæ in mentem abſq; ulla præmeditatione ueniunt ſcribo. Fiduciam hanc meam placidè ſuſcipias, aut certè iniuria me afficies, ſi libertatem iſtam ademeris, mœſtitiæq; dolorem in meipſo uelut morbidum quid ſupputridum & cacoethes, continere coëgeris. Gaudeo quidem quod abs te honore afficior (homo ſiquidem ſum, ut quidam etiam ante me dixit) & ad concilium ſynodosq; ſpiritales uocor: contumeliam uero honeſtiſſimo fratri Baſilio illatam, & qua etiamnum à pietate tua afficitur, non fero. Nam illum & uitæ & doctrinæ ſupremæq; philoſophiæ ſocium ab initio elegi, & nunc quoque habeo: neque meipſum reprehendo in iſto meo de illo iudicio (modeſtius enim arbitror ad hunc modum loqui, ne dum quæ illius ſunt celebro, meipſum laudare uidear) Tu uero mihi uideris, dum illum uilipendis, idem facere, atque ſi quiſquam unius uiri, altera quidem manu caput demulceāta, altera uero maxillam feriat, aut ſi fundamentis domus concuſſis parietes depingat, & quæ exteriora ſunt exornet. Itaque ſi mihi quicquam habes fidei, hoc facias. Peto autem ut mihi credas. Iuſtum eſt enim. Si illum pro meritis colueris, uiciſſim & ab ipſo coleris: quod uero nos puſillos & ad pacem paratiores concernit, id illi coniunctum eſt uelut corpori umbra. Neque enim ita miſerè habemus, ut in reliquis quidem philoſophari, & potiorem partem ſectari: iuxta uero id, quod in doctrina noſtra caput eſt, uidelicet, dilectionem, contemnere uelimus, præſertim erga uirum & ſacerdotem & tantum, quem cum uita tum

γράφω τὰ παριστάμενα

Cacoethes genus eſt carcinomatis.

D

A ta tum doctrina canicie quoque, omnium quos cognouimus optimum eſſe ſcimus. Nihil enim ueritatem obſcurat, quod moleſtia afficitur.

EPISTOLA THEOLOGI QVAM AD Cæſarienſes uelut ex patris ſui perſona ſcripſit.

SVM quidem exigui momenti paſtor, & gregi exiguo præfectus, miniſq; inter miniſtros ſpiritus: gratia uero non eſt in arctum coacta, nec locis circunſcripta. Quapropter & puſillis data eſt loquẽdi fiducia, præſertim cum & de publicis ac tantis rebus ſit habendus ſermo, & ijs qui tanta canicie præditi conſuluntur, quæ fortè quiddam multis alijs prudentius habet. Conſulitis non de leuibus aut uulgaribus rebus, ſed talibus, quæ ſi uel bene uel male habeant, neceſſe ſit & publicum ſtatum uel iſto uel illo modo habere. Eſt enim nobis ſermo de eccleſia, pro qua mortuus eſt Chriſtus: deq; eo, qui illam ſit deo adminiſtraturus & adducturus. Nam corporis quidem lychnus eſt oculus, quẽadmodum audiuimus, non is tantum qui corporaliter uidet & uidetur: ſed & qui ſpiritaliter conſiderat & conſideratur: eccleſiæ uero lychnus eſt epiſcopus, quod uobis clarum eſt, etiamſi nos illud non ſcribamus. Neceſſe eſt igitur, ut, quemadmodum rectè agitur corpus ſi oculus ſit purus: & peruerſe, ſi ſit impurus: ita cũ eccleſiæ præfecto, utrolibet modo diſpoſito, omnino ſimul uel periclitetur uel ſeruetur eccleſia. Igitur cuiuſlibet quidem eccleſiæ, tanquam corporis Chriſti, habenda eſt ratio, maximè uero noſtræ, quæ propè mater omnium eccleſiarum & fuit ab initio & nunc quoque eſt & nominatur: quam Chriſtiana reſpublica uelut centrum ſuum circulus, B undiq; obſeruat: non ſolum propter orthodoxam doctrinam ubiq; ab initio prædicatam: ſed & propter conſpicuam illam concordiæ gratiam, quam diuinitus accepit. Quoniam igitur nos quoq; ad iſtam de futuro epiſcopo conſultationem rectè ac canonicè uocâſtis: detinemur uero & ſenectute & corporis infirmitate, ſiquidem & nos ſpiritu corroborati adfuturi ſumus (nihil enim incredibile credentibus) id & quibuſuis melius & nobis iucundius erit, ut & uobis nonnihil conferamus, & ipſi benedictionis conſortes reddamur. Si uero ſuperante infirmitate abeſſe cogemur, quantum poſſibile eſt abſentibus conferemus. Crediderim quidem & alios eſſe, qui ut eccleſiæ apud uos præficiantur digni ſint, utpote ex urbe tanta, tam ſanctè & à talibus uiris iam inde ab inito inſtituta: nequeo tamen quenquam eorum qui apud uos ſuſpiciuntur, uni pijſſimo filio noſtro Baſilio presbytero præferre (loquor autem tanquam coram deo teſte) uiro & uita & doctrina ſyncero, & qui ſolus omnium maximè, quod ad utranq; attinet, præſenti tempeſtati atq; inualeſcentibus hæreticorum nugis obſiſtere poterit. Iſta & ſacerdotibus ſcribo & monachis, atq; illis quoq; qui ex ordine ſunt magiſtratus ac ſenatorio, ſimulq; populo omni. Quod ſi hoc complacuerit, ſententiaq; mea obtinuerit, quæ ita integre ac rectè habet, ut corã deo prolata, & adſum ſpiritaliter atq; adero, imò iam quoq; manum iſti negotio bona ſpiritus fiducia prǽditus admoui. Si uero non hoc, ſed aliud quid placuerit iuxtaq; phratria & cognationes decretum fuerit, turbulentaq; iterum manus ac uis quod iuſtum eſt peruerterit, facite quod uobis ipſis uiſum fuerit, nos quieſcemus.

THEOLOGI AD EPISCOPOS CAESARIAE, C
uelut ex perſona patris.

XXXI. *Ironia.* QVAM iucundi uos,& humani, excellentię́ dilectione præditi eſtis? uocâſtis nos ad metropolim, ſuper Epiſcopo creando, ut puto, conſulturi. (Iſtud enim inter uos agi ſentio) neque tamen quod comparendum ſit, necꝫ quid tractandum, ne tum quidem indicâſtis,cum tumultuariè compellatis nobis proruiſtis, tanquam qui nec honorare nec præſentes nos habere ſed magis negligere decreueritis, ut ne ad inuitos quidem quicquam huius negotij deueniat. Veſtrum itacꝫ inſtitutum tale quidem eſt,quod & nos feremus contempti: noſtrum uero quomodo habeat indicabimus. Alij alios deſignabūt? iuxta ſuos quiſcꝫ mores ac quæſtum id quod in huiuſmodi cauſis pleruncꝫ contingere ſolet. Nos uero neminē honeſtiſſimo filio noſtro Baſilio ſympresbytero præferre poſſumus. Necꝫ enim fas eſſet. Quem nancꝫ inueniemus, eorum quos nouimus, uel uita probatiorem, uel doctrina potentiorē & undicꝫ ad uirtutis honeſtatem æquè inſtructum? Si uero uiri huius infirmitas prætexitur, non athletam, ſed doctorem deſignaturi eſtis. Et præterea quocꝫ poſſibile eſt ut infirmos ipſe, ſi qui fuerint tales, & cōfortet ac corroboret. Si ſimul ſententiam hanc noſtram acceptaueritis, adero & operam meam impendam, ſiue ſpiritu ſiue corpore. Si uero cauſam hanc ex præhabitis conuentis & pactionibus egeritis futurumcꝫ eſt ut contra iuſtum & æquum obtineat ſeditio, gratum erit quod contemnimur, atcꝫ tum ueſtrum ſit hoc opus, †noſtrum uero ſit ut uotis ac precationibus agamus. *al's. Orate autem pro nobis.*

THEOLOGI AD BASILIVM MAGNVM. D

XXXII. EGO te & præceptorem uitæ & dogmatum doctorem, & quicquid bonorum quiſquam proferre poterit, æſtimaui, & ab initio, & nunc quocꝫ æſtimo: & ſi quis alius tua celebrat uel mecum hoc facit, uel in eo me ſequutus eſt. Vſcꝫ adeò ſcilicet à pietate tua uincor, atcꝫ ita ſyncerè tuus ſum. Necꝫ mirum hoc uideri debet. Vbi nanque plus eſt conuictus & familiaritatis, ibi plus eſt & experiētiæ: ubi uero plus eſt experientiæ, ibi & perfectius teſtimonium dari poteſt: & ſi qua eſt alia mihi uiuendi utilitas illam amicitiæ tuæ & conuictui deputo. Sum itaque in iſtis hunc in modum affectus, & porrò talis ero. Quæ iam uero ſcribo, inuitus quidem ſcribo attamen ſcribo. Tu uero iſtud in me haud ægreferes, alioqui & ipſe admodum ægrelaturus ſum, ſi fidem tibi non fecero, quod animo iſta beneuolo ad te dico & ſcribo. Sunt qui nos arguant quam plurimi, quod in fide fortes non ſimus, quotquot ſcilicet (necꝫ id immeritò) noſtra communia nobis faciunt. Et alij impietatem manifeſtè opprobrātːalij ignauam timiditatem. Impietatem, qui nos nihil recte dicere credunt: timiditatē uero, qui fugam ac ſubtractionem obijciunt. Quæ alij accuſent, quid attinet dicere? Quod nuper accidit narrabo. Conuiuiū erat. In illo aderant nō pauci ex illuſtribus uiris nobiſcꝫ amicis. Inter illos uero aderat & uir quiſquā & nomē & habitū religionis indutus. Nondū bibebatur, & ſermò iam miſcebatur de nobis (id quod in cōuiuijs euenire ſolet, atcꝫ fabulæ cuiuſdā loco proponebamur. Cū omnes tua admirarentur, noſcꝫ tibi cōiungerent, utpote qui eiuſdē philoſophię ſtudio teneamur, decꝫ amicitia noſtra, & Athenis denicꝫ ꝙ in omnibus unanimes ſimus & cōcordes, dicerētːrē malā philoſophus ille inferebat. Et quæ nam illa, inquis,

A illa,inquis? Magno & feruenti clamore prorumpens, heus aiebat, quàm eſtis uehementer mendaces & aſſentatores,In reliquis quidē laudentur iſti uiri,ſi uidetur, necꝙ ipſe cōtradico:quod maximū uero.eſt illis nō concedo.Quod ad orthodoxiā attinet, uanè laudatur Baſilius,uanè & Gregorius.Ille propterea quod fidem per ea quæ diſputat prodidit,iſte,quod illam ſimul prodidit,dum illius diſputationes tolerat.unde hoc,aiebam,ô uane & propter arrogantiam recens quidam Dathan & Abiron? Vnde nobis appares dogmatiſtes? Quomodo teipſum tantorum uirorum iudicem conſtituis? Ex Synodo eupſychi,inquit,iam primum eius quod dixi teſtis aduenio (atꝙ id ita uerum erat)ubi Baſilium magnum diſſerentem audiui de patre quidem & filio optimè ac perfectiſſimè, atꝙ ita,ut non facile alius quiſquam ad eum modum dicturus ſit: ſpiritum uero male tractantem. Et adiecit ſimilitudinem perinde,inquit,atꝙ fluuiorum quidam ſaxa prætercurrentes,ſabuloſam terram excauant.Quamobrem aiebam, præclare uir? Tu quidem, ad me reſpiciens, aiebat, aperte iam diuinitatem ſpiritui adſcribis.Et quanam occaſione,inquam,hoc dicis uel de me uel de meis ſumpta, ut qui in Synodo magna hominum frequentia referta ſpiritui diuinitatem diſſerendo tribuerim, poſtea uero diuulgatum hoc intra me ſuccinuerim nempe, uſque quo ſub modio lucernam abſcondemus? Tum ille ſermonem tuum deliniabat, obſcurè quidem & quaſi per umbram: ueritatem uero non libere proloquebatur,ciuilius magis quàm religioſius auditorem inuoluens,dicendiꝙ facultate uerſutiam obtegens, quod ego ſcilicet obſcuro loco degens, ac multis incognitus,ita ut non ſolum quid doceam ſed & an doceam pleroſꝙ lateat,ſine periculo philoſopher:alterius uero maior ſit ratio,utpote celebrioris & apud ſe,& apud eccleſiam,& quicquid is dicat
B publicè ad populum dicatur:deinde quod plurima ſit ipſius nomine contentio, quærentibus hæreticis nudæ uoci ipſius quoque Baſilij adhærere: quod is quidem ex eccleſia ſit eiectus, qui ſolus propè reliqua ſit ueritatis ſcintilla, & uiuida quædam omnium circumquaque reſiduorum uirtus & facultas: malum uero in urbe radicetur, unde & quaſi ex carcere quodam eccleſiæ in uniuerſum orbem excurrat. Melius igitur eſt domi ueritatem adminiſtrare dum nubilo iſto tempore parum ſuſpicimur, quàm manifeſta illam & publica prædicatione ſubuertere. Nobis quidem nihil eſt etiam ab alijs dictionibus periculi,quibus hoc colligitur & adſertur,quod ſpiritus deus agnoſcatur.(Non enim in ſono uerborum magis quàm mente & ſententia ſita eſt ueritas(eccleſiæ uero plurimum adfertur detrimenti, quod per unum uirum propulſatur ueritas.Inſtructionem meam tanquam uanam, & qua luderentur,non recipiebant,qui aderant:ſed reclamabant etiam nobis,ut qui timiditatem magis quàm ueritatis doctrinam profiteamur. Multo nanꝙ ſatius nobis quod noſtrum eſt per ueritatem cuſtodire, quàm & illud inutiliter amittere, & alienum non aſſequi,ſi ueritatis diſpenſationem ſimularemus. Verum ſingula quæ & illi dixerint & ego audiuerim, quanꝙ indignatus ſim contrà nitentibus, idꝙ præter menſuram & conſuetudinem meam,longum fuerit ſi nunc recenſere uellem,& fortè non neceſſarium. Ad finem uero ſermonis,illos, quidem ita repuli. Tu uero,ô diuinum ac ſacrum caput,doce nos, quouſꝙ progrediundum nobis ſit in adſcribenda ſpiritui diuinitate, & quibus utendum uocibus, & quouſꝙ iſta doctrina ſit adminiſtranda ut habeamus iſta contra aduerſarios. Ego enim ſi uererer nunc hoc diſcere, qui & te & quæ tua ſunt omnium maximè cognoui, deꝙ illis iam ſæpenumero plerophoriam & dedi & accepi,

omnium

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

omnium uticꝫ eſſem indoctiſſimus ſimul & miſerrimus. C

BASILII MAGNI AD THEOLOGVM.

XXXIII. LITERAS pietatis tuæ accepi, per uenerandiſſimum fratrem Hellenium, quem & quæ ipſe ſignificâſti eadem aperte narrantem quomodo cum audirem affectus fuerim, omnino nihil addubitas. Attamen quoniam dilectionem eam, qua erga te ſum, decreui quouis dolore ſuperiorem reddere: accepi iſta quocꝫ ut conueniebat: atcꝫ oro ſanctum deum, ut reliquos dies & horas in eo erga te affectu conſeruet, quo retrò lapſo tempore præditus fui, in quo nihil nobis ſiue parum ſiue multum ab illo defeciſſe conſcij ſumus. Quod uero ille de quo ſcripſiſti, qui nuper uitam Chriſtianorum tantopere inſpicere contendebat, denicꝫ nonnihil autoritatis ex eo ſperabat, ſi me contereret, & quæ non audiuit aſſerit: & quæ non intellexit diſputat: nihil eſt quod miteris. Quin hoc admiratu dignum & paradoxon fuerit, quod ad iſta auditores habet germaniſſimos mihi eorum qui apud uos ſunt fratres: & non ſolum auditores ſed &, ut apparet, diſcipulos quocꝫ. Quanquam & præſertim paradoxon cum ſit, quod talis docendi munus uſurpat, & quod tales auditores illum ſuſtinent, quodcꝫ ego conuellor ac diſcerpor, ueruntamen ipſa temporum iſtorum cataſtrophe nos ita inſtituit, ut nihil eorum quæ accidunt moleſtè feramus. Iam olim enim ignominioſiora nobis, promerentibus ita peccatis noſtris, accidere conſueuerunt. Ego igitur, ſiquidem nullum dum fratribus hæreſis meæ circa deum experimentum dedi, neque iam neceſſe habeo ut aliquid reſpondeam. Quibus enim prolixitas temporis non ſatisfecit: quomodo breuis aliqua epiſtola ſatisfaciet? Si uero illa ad ſatisfactionem ſatis erit, pro nugis habenda ſunt, quæ calumniatores effingunt: ueruntamen quoniam permiſimus, ut ora infrenata, cordacꝫ rudia de quibuſcuncꝫ uolunt loquantur, & aures ad ſuſcipiendum quiduis paratas habemus, fit ut non ſolum quæ aliorum ſunt nos, ſed & alij quæ noſtra ſunt ſuſcipiant. Horum hæc eſt cauſa, quam olim deprecabar, ne fieret: nunc uero defatigatus ſileo, uidelicet, quòd unà non conuenimus. Si nancꝫ cum ſecundum antiqua ſtatuta, tum ſecundum eam, quam iam eccleſijs debemus, curam & ſolicitudinem, ſæpius per annum conueniſſemus, ianuam certe calumniatoribus non aperuiſſemus. Tu uero, ſi uidetur, uale iſtis dicto, huc te prouocari ſinas, ut in præſenti mecũ certamine labores, mecumcꝫ ſis aduerſus eum qui nos impugnat. Si enim uel uiſus duntaxat fueris, confeſtim impetum illius, & qui cum eo ad peruertendas res patriæ conſpirant diſſolues ac peſſundabis: oſtendescꝫ illis quod ipſe conuentus noſtri per gratiam dei autor ſis, obturaturuscꝫ omne os iniquum eorum qui loquuntur aduerſus deum iniquitatem. Quod ſi ita feceris, res ipſa declarabit, quis te ad ea quæ recta ſunt ſubſequatur, & quis nam is ſit, qui claudicet & per metũ doctrinã ueritatis prodat. Erit aũt mihi perfacilis argumenti, an res eccleſiaſticę proditæ ſint, inſtruere uerbis eos qui tantã tui rationẽ habẽt, utut in pretio ſunt iſti hominis, qui nondũ ſeipſos metiri ac moderari didicerũt. Propediem enim ipſa rerũ geſtarũ demõſtratio Sycophãtias iſtas euidenter coarguet, atcꝫ in lucẽ producet. Quapropter expectamus etiã futurũ forſan, ut pro ueritatis doctrina plus aliquid tribulationis ferendũ ſit: ſin minus uel hoc omnino ut & eccleſijs & paternis ſedibus eijciamur. Si uero nihil eorũ quæ ſperamus euenerit, nõ procul abeſt tribunal Chriſti. Ita ſi propter eccleſias cõuenire nos uoles, paratus ſum quocũcꝫ uocaueris accurrere. Si uero ut

Sycophan

A Sycophantias diſſoluam ac refutem, iam de illis reſpondere non uacat.

THEOLOGI AD BASILIVM MAGNVM

Hoc ipſum ſcilicet erat, quod quidem alius quiſquam prudentiorum ſuſpicatus fuiſſet: ego uero uehementer ſtolidus ac demens, cum ad te ſcriberem nihil ſum ueritus. Contriſtarunt te literæ meæ. At, quemadmodum ego aſſero, non rectè, neq; iuſtè: ſed admodum uanè ac fruſtra. Et mœſtitiam diſſimulâſti quidem: occuluiſti autem (quanquã iſtud ſapienter feciſti) triſtem uultum pudore, quemadmodum facies larua quadam obtegi ſolent. Ego uero, ſi quę ſcripſi, doloſe & animo maligno ſcripſi, non plus per mœſtitiam tuam nocumenti accipiam, quam per ipſam ueritatem. Si uero animo ſimplici & ex familiari beneuolentia hoc feci, peccatis meis hanc triſtitiam tuam, non affectui tuo adſcribam. Veruntamen ſatius fuerat iſta corrigere, quàm bene conſulentibus ſuccenſere. Itaq; res tuas ipſe curabis, qui & alijs eadem conſulere potes. Me uero paratũ, ſi deus dederit, ac pręſentem unaq; decertantẽ & pro uiribus adiuuantẽ habebis. Quis enim imbecillis erit? quis non fiducialiter aget, ſub te & unà tecũ de ueritate dicturus ac certaturus? XXXIIII

THEOLOGI AD BASILIVM MAGNVM

Non ceſſas maledictis nos impetere, tanquã imperitos, rudes, ad amicitiã ineptos, & ne uita quidem dignos: propterea quod cõmemorare auſi ſimus quæ perpeſſi ſumus. Non enim aliud quicquã eſt, quo te laudamus (ipſe alioqui proferres) neq; cõſcij nobis ſumus quòd te malo, ſiue parũ ſiue multũ, affecerimus. Neq; nobis ignoſceretur. Niſi hoc tantũ cognouimus ꝙ ſeducti ſumus, ſero quidem ualde, cognouimus tamen, ac ſedi epiſcopali acceptũ ferimus, XXXV

B ut quæ te ſubitò ſubliniorem nobis reddiderit. Et iam laboramus ex eo quòd cauſa tua nobis opprobratur, illãq; apud eos ſuſtinemus, quibus res noſtræ priſcæ & iam pręſentes notę ſunt. Hoc enim eorũ quę patimur ſummè ridiculũ eſt, aut maximè miſerandũ, quod ijdem & iniuria afficiũtur et culpãtur, id quod iam nobis quoq; uſuuenit. Culpant quidẽ alij aliud, & quiſq; quod libet pro ſua ſentẽtia uel iuxta quod nobis iraſcitur: qui uero humaniſſimi ſunt, illi obijciunt faſtũ & contemptũ, & quod poſteaquã uſui fuimus abijcimur, tanquã ignobiliſſima quædam uaſa, quorũ iam nulla eſt reputatio, aut fulcra illa quibus imponuntur apſides, quæ, poſteaquàm ille ſtabilitæ ſunt, tolluntur & cõtemnuntur. Iſtos quidẽ ualere ſinemus, & dicere, quicquid tandẽ dicant. Licentiã iſtam ac libidinẽ linguæ nemo cohibebit. Et tu mihi mercedẽ obijce, beatas illas ac uanas ſpes, quas contra maledicos excogitas, quaſi mercedis gratia nos uituperent, leues & ad talia paratos. Ego uero quod ſentio aperiam. Nihil autem mihi indignaberis. Dicã enim, quæ & ſtatim citra animi perturbationẽ breui tum ſententia complectebar, nõ uſq; adeò uel ira feruidus, uel eo quod factum eſt perculſus, ut exciderit quid ſenſerim, aut ignorem quid dixerim. Neq; armaturam mihi comparabo, neq; militaria diſcam, quæ antea cũ opportunius eſſet: propterea quod paſſim omnes & armabantur & inſaniebant, nõ didici. Nôſti imbecilliũ ægrotationes. Neq; † Martiũ illum Anthimum, quanquã intempeſtiuũ & immaturum bellatorẽ, nudus, imbellis, & ad uulnera exhibitior ſuſtinebo: ſed illum ipſe, ſi ita lubet, impugnato: (Etenim plerunq; fit ut etiam imbecilles uſus reddat bellatores) uel quære eos, qui aliquando pugnârunt. Si quando mulos tuos apprehenderit, is qui anguſta uiarum obſidet, quemadmodum & Amalech Iſraëlem impediendo faciebat. Nobis uero

ἄλλος ἄλλως ὑφίξα γλώσσης αὐτονομίαν.

Vel bellicõ ſum.

Hic Anthimus fuit ciuitatis Tyanæ epiſcopus, tunc recẽs Metropolitanus factus uide in monodia Gregorij.

pro omni-

pro omnibus detur quies. Quid enim opus fuerit pugnare, propter lactentes adhuc, & auiculas, idq; peregrinas, quaſi periculum ſit animarum & ipſorum canonum? Quid neceſſe eſt etiam illuſtribus Saſimis priuare Metropolim. Aut denudare ac reuelare conſilij archanum, quod erat contegendum? Attamen tu uiriliter agito & confortator, atq; omnia ad opinionem tuam trahito: quemadmodum fluuij ad ſe recipiunt torrentes, neq; amicitiam, neq; conſuetudinem honeſtati ac pietati præferens: neq; curans qualis nam ex iſto inſtituto tuo uidearis, ſed unius ſpiritus ductui obſequẽs. Nos uero hoc ſolum ex amicitia tua lucrifacimus, quòd iam amicis fidem non habemus, neq; quicquam deo præferimus. C

Ironia. Saſima paruum admodum oppidum eſt, in quo Gregor. à Baſilio epiſcopus fuerat conſtitutus.

THEOLOGI AD BASILIVM MAGNVM.

XXXVI. *uel non occupauimus.* ἡ ἀπραξία.

ARGVIS nos otij ac ſocordiæ, quod Saſimorum tuorum præſulatum non †accepimus, neq; epiſcopaliter permouemur: neq; quaſi ſi in medium canum ſit proiectus cibus quiſquam, alius aduerſus alium armamur. Mihi uero maximum negotium eſt quieta iſta tranquillitas. Et ut aliquid commodorum meorum cognoſcas, uſq; adeò ad otioſam hanc tranquillitatem contendo, quaſi omnibus lex quędam de iſta magnanimitate lata putetur. Quod ſi nos nemo non fuiſſet imitatus, neq; eccleſijs iam ullum eſſet negocium, neq; fides diuulſa propriarum quibuſuis contentionum, quaſi quædam armatura exiſteret.

THEOLOGI AD BASILIVM MAGNVM.

XXXVII

QVAM calidum & equeſtre proſilis in literis? At nihil eſt, quod admiremur te, iam nuper celebritatis ſplendorem adeptũ, oſtentare nobis uelle, quam ſis gloriam nactus, ut hoc te pacto grauiorem reddas: quemadmodum ſolent pictores qui anni tempeſtates depingũt. Mihi uero ſi res D epiſcoporũ narrandæ ſint, & quę continuerit epiſtola, ob quam indignaris. Vnde cœperimus, quo progreſſi ſimus, & in quid deſierimus, prolixius uidetur quã quod cõpetat epiſtolæ, & non magis apologiæ quàm hiſtoriæ opus futurũ. Vt uero breuiter declarentur iſta, uenit ad nos generoſiſſimus ille Anthimos, quibuſdã epiſcopis comitatus, ſiue tanquã parentẽ meũ inuiſurus. (Nam & hoc præſeferebat,) ſiue ut ſatageret quæ ſatagebat. Multa uero deq; multis experiundi gratia uenabatur, de parœcijs, de Saſimis paludibus, de noſtra electione ac manuũ impoſitione, indulgens, poſtulans, minitans, in ius uocãs, improbans, laudans, ambitus quoſdã ſibi ipſi circunducẽs, quaſi oporteret nos ipſum ſuſpicere ſolũ, deinde & nouã metropolim obijciebat eſſe maiorem. Quid urbem noſtram, aiebam, circunſcribendo coarctas: cum nos illam & eccleſiam, ut reuera eſt, eccleſiarum ab initio quoq; matrem faciamus? Tandem re infecta abiuit, plurimum minarum ſpirans, & Baſiliſmum nobis tanquam Philippiſmũ quendam opprobrans. Num hac in re iniurij tibi uidemur? Non puto. Conſidera & reliquam epiſtolæ partem, num quid habeat in quo nos tibi iniurij fuerimus. Conuocationem Synodicam obijciebat ac depingebat nobis. Cum autem ego contradicerem, aſſereremq; rem iſtam contumelioſam eſſe, is ſecundò petebat, ut ego uos aduocarem de his rebus conſulturos. Atq; iſtud pollicitus ſum, ne quod primũ urgebat fieret, totum in ueſtrũ arbitriũ collocans, an uelitis ipſos in unũ cogi, idq; ubi, & quando, quod ſanè honorantis eſt non contemnentis. Quoniam uero neq; hic iniuriam intulimus, dicatur reliquũ. Si hoc uobis per me diſcendum eſt, ipſam uobis Anthimi epiſtolam legam, quam cũ in lacu eſſet, noſq; renuiſſemus interminatiq;

Noua metropolis erat Tyana urbs, cuius Anthimus erat epiſcopus.

A terminatiq́ꝫ eſſemus, ad nos ſcripſit, uituperãs ac maledicẽs, & uelut epinicion quodꝫdam tanquam uictis occinẽs. Iam quid rationis habet, quod cum illi renitar propter uos, uobis diſpliceo, quaſi illi obſequutus ſim? At iſta oportebat primùm, ô præclare diſcere, & poſtea nõ uituperare nos, ſi nihil aliud ſaltẽ ut presbyteros. ſi uero uehemẽter oſtentabundè & contentioſe animatus es, atq; glorioſe & cũ faſtu nobiſcũ diſputare uolueris, tanq̃ Metropolitanus micropolitanis, uel extorribus quoq; eſt & nobis ſupercilium obijcimus. Eſt enim hoc cuiuis facillimũ, & forſan etiam rationabilius.

Micropolitanus eſt exiguæ ciuitatis epiſcopus.

THEOLOGI AD BASILIVM MAGNVM. XXXVIII.

POSTQVAM te ſublimi throno impoſitum cognoui, & ſpiritus obtinuit, ut lychnus candelabro publicè imponeretur, iam etiam antea non obſcurè ſplendenti, gauiſus ſum, fateor. Quid autem facturus non eram, cum rempublicam eccleſiæ male habentem, talem aliquam epiſcopi electionem efflagitare uiderem? Accurrimus autem non ſtatim, neque accurremus. Nec tu ipſe hoc expetes. Primum quidem ut autoritatem tibi conſeruem, & ne tui ſtudioſos per inſolentiam & temeritatem congregare uidearis, cuius te calumniatores forſan inſimularent. Alterum ut mihi ipſi ſtabilitatem quandam ac uitam ab inuidentia liberam procurem. Quando igitur, inquies forſan, aduenies? & quouſq; tergiuerſaberis? Donec, ſcilicet, diuinitus iuſſus fuero, prætereantq́ꝫ umbræ eorum qui iam irruunt, inuidiæq́ꝫ zelo accenſi indignantur. Neq; enim obtinebunt amplius euidenter ſcio, leproſi illi, qui Dauidem Hieroſolymis excludebant.

THEOLOGI AD BASILIVM MAGNVM. XXXIX.

AVDIO te perturbari propter nouam illam rerum immutationem, negotiumq́ꝫ tibi fieri per fraudem ac conſuetã curioſitatem eorũ qui rerum potiũtur. Nihil eſt aũt quod admirer. Neq; enim ignorabam iſtam inuidiã: & quod multi eorum qui circa te ſunt, quæ ſua ſunt ipſorum per te curãt, ac puſillanimitatis huius ſcintillam accendunt. Itaq; illud quidem non ſum ueritus, nequid alienum à philoſophia, uel quod te aut nobis indignum ſit in hiſce rebus triſtibus deſignares. Sed arbitror me nunc potiſſimum Baſilium meum cogniturum, illumq́ꝫ quam philoſophiam mecum ſemper amplexus eſt, declaraturum iam, inſultuſq́ꝫ iſtos uelut altos quoſdam fluctus ſuperaturum, ac reliquis perturbatis immotè preſtiturum eſſe. Si uero uidetur, & ipſe adero, & conſilij quicquam fortè communicabo. (Quanquam ſi pelagus aquam, & tu conſultorem deſideras) Omnino autem utilitatẽ aliquam & philoſophię noſtrę profectum pręſens accipiam, uidelicet, quod unà tecum contumelijs afficiar.

B

Intelligit de eo quod Cappadocia tũ recẽs bipartita & Cæſariæ ueteri Metropoli noua alia, Tyana ſcilicet, oppoſita erat.

THEOLOGI AD BASILIVM MAGNVM. XL.

NON admiraberis, ſi paradoxum quid & quod antea nemini dictum eſt, dicere uiſus fuero. Videris mihi opinionem quidem ac nomen habere uiri magnæ experientię, cautionis, animiq́ꝫ ſolidi & cõſtantis: attamẽ multa imprudẽtius magis quàm cautius & deliberare & factitare. Liberũ enim eſſe à malitiæ ſtudio, & tamen ita agere, ut formidanda ſit aliorũ malitia, ignauius eſt quàm quod in talem uirum cadere debeat. Tale quid & præſens hoc factum eſt. Vocaſti nos ad Metropolim, propoſita de epiſcopo eligendo conſultatione. Et quod decorũ ac fidem rei adferebat, uidebaris ægrotare & in extremis eſſe, cupereq́ꝫ & uidere nos, & exodia loqui. Non intelligebam cur uocaremur, & quid ei negotio præſentes

collaturi eſſemus. Properabam uero, ob eam rem admodum anxius ac triſtis. (Quid C
enim mihi uita tua ſublimius eſt? Et quid extorri profectiõe uiciſſim moleſtius?) & lacrymarum fontem profundebam, plorabamq́ ac ſentiebam tum primum me haud philoſophice animatũ. Ecquid enim eorum quæ ad funebralem luctũ pertinent non abſolui? Poſtquàm uero ſenſi ad urbem concurrere epiſcopos, cohibui impetũ aduolandi: admiratus uero ſum, primũ an neſcires & ipſe decorum, cõpluriumq́ linguas, quas cauere oportebat quę omnium uelociſſimè ſyncerioribus calumniam ſtruunt. Deinde, an nõ arbitreris eadem & nobis & tibi cõpetere, quibus & uita & doctrinæ ſtudium, atq́ omnia cõmunia ſunt: ad hunc modum ab initio diuinitus coniunctis. Tertiũ (dicatur enim & hoc) & ſi putaueris eos qui religioſiores ſunt ita animatos eſſe, ut prætendant hic & coniiciant, id quod res eſt, nõ tamen idem faciẽt, qui potentiores ſunt, & multitudini familiares. Hac itaq́ ratione puppim cohibui, atq́ morã iam necto. Tibi uero & ipſi, ſi uidetur conſilium hoc meum approbatum ſit, uidelicet, ut turbas illas quæ iam palam uerſantur, prauasq́ ſuſpiciones effugiam. Pietatem uero tuam tunc uidebo, quãdo & res tuas pacatiores reddideris, opportunumq́ erit, ut & plura & grauiora obiiciam.

BASILII MAGNI AD MAXImum Philoſophum.

XLI. ANIMORVM imagines reuera per ſermones exprimuntur. Cognoſcimus itaq́ te per literas, quantum, ut aiunt, per ungues Leonẽ: gauiſiq́ ſumus, quod te circa primaria & maximè bona dilectionẽ uidelicet erga deum & proximũ haud ignauè affectum inuenimus. Indicium aũt accipimus: iſtius quidẽ dilectionis, quòd in nos adeò humanus es & comis: illius uero, quod cognoſcendæ ueritatis ſtudio teneris. Quod autẽ in his duobus ſita ſit uniuerſa pietas, D
cuiuis Chriſti diſcipulo notũ eſt. Quæ de rebus Dionyſii ſciſcitaris, uenerũt quidem ad nos admodũ illius multa: libri uero nondũ adſunt: atq́ ideo nihil dum miſimus. Eſt aũt hæc noſtra ſententia. Non omnia uiri huius laudamus. Sunt quę prorſus etiã damnamus. Nam ipſe, quantũ nobis liquet, primus hominibus impietatis iſtius Anomianæ quæ iam paſſim obſtrepit, ſeminaria obiecit. Cauſam uero huius nõ puto animi maliciã eſſe, ſed quod uehementer cupit obluctari Sabellio. Soleo itaq́ illum ſimilem æſtimare plantatori cuipiã, qui recentis plantæ correcturus auerſionẽ ita immoderatè illam retorquet, ut à medio aberret, & ad contrariũ latus ramulum abducat. Tale quid & ab hoc uiro factum deprehendimus. Cum enim uehemẽter impietati Libyanæ reſiſteret, non obſeruauit, quàm in contrariũ malum nimio cõtendendi ſtudio abduceretur. Huic quidem abunde ſatis eſt, ut oſtẽdat quòd nõ idem ſint ſubiecto, pâter & filius, atq́ id eſſe ſecundum blaſphemantis †niceteria: ille uero unũ admodum euidenter ex abundanti obtinet: uerũ nõ ſolum alterationẽ ſubſtantiarũ, ſed & eſſentiæ differentiã, & potentiæ diminutionem, gloriæq́ uariationẽ ponit. Itaq́ ex eo cõtigit, ut malum malo permutet, atq́ ab orthodoxa doctrina aberret. Hac ratione & uarius eſt in ſcriptis, nũc quidem omouſion tollens: propterea quod in ſubſtantiarũ digeſtione & cõcinnatione, quibus malè utitur, delinquit: nunc uero aſtipulans, in quibus Omonymo reſpondet. Præterea & de ſpiritu uoces quaſdam effudit, quæ ſpiritui minimè cõpetunt, quibus adorandam illi diuinitatẽ adimit, adq́ inferiora detractum creatæ & ſeruili naturæ adnumerat. Vir itaq́ iſte talis eſt. Ego uero, ſi quid ipſe ſen-

Anomianã peſtẽ uocat qua Chriſtum ἀνόμοιον patri, id eſt nõ ſimilem ſecundum οὐσίαν, cõtrà ὁμοούσιον quidam dicebant, de quibus meminit infra epiſtola 53. Niceteria ſunt epinicia triũphales gloriæ.

A ipſe ſentiā dicendum eſt, illud, ὅμοιον κατ᾽ οὐσίαν, ſi quidem adiectum fuerit, τ cōſtanter, per omnia ſine aliqua uariatione, amplector eam uocē, ut quę idem adferat quod ὁμοούσιον, quod clarū eſt ſecundum ſanū τοῦ ὁμοουσίου intellectū, quod & Niceni cōſilÿ patres dixerūt, lumen ex lumine, deum uerū ex deo uero, & quæ ſimilia ſunt, quibus unigenitū appellárunt, ac conſequenter illud ὁμοούσιον induxerūt. Necꝙ igitur aliqua unquam uariatio inter lumen & lumen, necꝙ inter ueritatē & ueritatem, nec inter unigeniti eſſentiā & eam quę eſt patris, excogitari poteſt. Si quiſquā ita ut dixi acceperit, illius uocem approbo. Si uero quis ab ὁμοίου ſignificatione ἀπαράλλακτον abſtulerit, quod Conſtantinopolitani fecerunt, ſuſpectā habeo dictionem illam, utpote quę gloriā unigeniti diminuat. Nam & de obſcuris ſæpenumero ſimilibus, & plurimū ab Archetypis diſtantibus, ὅμοιον illud intelligere conſueuimus. Quoniā igitur dictionem ὁμοούσιον minus habere fraudis puto, ad eum modum & ipſe aſtipulor. Sed cur nō accedis nos, optime uirorū, ut præſentes de hiſce rebus mutua colloquutione diſſeramus: & nō neceſſe ſit inanimatis literis fidem habere, qui alioqui noſtra non admodum publico adaptare nouimus? Ne uero Diogenis illud ad Alexandrū & ipſe nobis obÿcias, quod tantundem ſpatÿ ſit huc a uobis, atꝙ hinc ad uos. Nos quidem propter infirmitatē fermè ad morem plantarū eodem perpetuo loco detinemur, & quoniā in obſcuro uiximus, in primarÿs bonis uerſamur. Tu uero qui & inualeſcis, ut fertur, & ſimul ciuem orbis te conſtituiſti, iuſtè feceris, ſi & huc ad nos, tanquam ad partem aliquā ipſius orbis tui conceſſeris. Licet enim & populi practicis uobis competant & urbes, quibus uirtutū exercitium ipſis actibus oſtenditis: ad contemplationem tamen & mentis energiam, per quam deo coniungimur, cōmodè cooperatur ſilentÿ tranquillitas: quam ſatis multam & abundantem in ſolitudine uelut agricolæ B nobis cum ipſius gratia colimus ac metimus. Si uero omnino circa potentatus uerſandum eſt, contemnendiꝙ nos uidemur humi iacentes, tuum erit ut alia ſcribas, atꝙ hac uia iucundior fueris.

ἀπαραλλάκτως. Simile ſecundum eſſentiam

ἀπαράλλακτον, per omnia ſimile, non differens, non uarians.

Ciuē orbis eſſe, eſt ubiꝗ locorum habere patriam, quod philoſophi præ ſe ferebant.

BASILII MAGNI AD EVNDEM

PER honeſtum ac bonū Theotecnum quæ circa dignitatē tuam agantur accepi. Is mihi præſentiæ tuæ deſiderium indidit, ita clare uidelicet animi tui characterē ſermone depinxit: & uſꝙ adeò amoris erga te mei uim inflammauit, ut niſi & ſenio grauatus eſſem, & conſueta infirmitate detentus, innumeriſꝙ eccleſiæ curis impeditus, nulla re prorſus cohiberer, quo minus ipſe coram te præſens cōparērem. Necꝙ enim certè parum utilitatis habet, eum qui ex ampla familia & illuſtri genere ad angelicam uitam tranſiuit, rationis moderamine quaſi freno quodā cohibere iuuentā, & carnis affectus in ſeruitutē redigere rationis: adhæc & animi humilitatem uſurpare, quæ adeſſe debet Chriſtiano, de ſeipſo quæ decent ſentienti. Quod unde natū eſt? & quo progredietur? Naturalis enim intelligētia, reprimit quidem animi tumorē: iſta uero omnē iactantiam & procacitatē prorſus exterminat conſummatūꝙ diſcipulum Chriſti cōſtituit, qui dixit, Diſcite è me quoniam mitis ſum & humilis corde. Reuera nanꝙ, filiorum amiciſſime, ſolum hoc bonū perſequendum laudandumꝙ eſt, quod ſufficiens eſt & conſtans. Hoc uero eſt, in pretio & honore eſſe apud deum. Iſta uero humana, umbra ſunt obſcuriora, & ſomnÿs fallaciora. Etenim iuuenta uernis floribus citius defluit. Et corporis uenuſtas aut morbo aut tempore flacceſcit, & diuitię ſunt incertæ. Honoris ſplendor facile immutatur. XLII.

Artium ſtudia & labores uita cum hoc præſenti tempore finiuntur. Quin & ip ſe elo- C
quentia, cuius ſtudio paſſim omnes tenentur, auditu iucunda eſt. Virtutis aũt ſtudiũ, pretioſa quidem habenti poſſeſſio eſt: iucundiſſimũ uero ſpectaculum illis exhibet, qui cum huiuſmodi conuerſantur. Horum ſi cura teneberis, dignum teipſum bonis il lis conſtitues, quæ in promiſſis diuinis recondita habentur. Illud uero, quonã pacto ad acquiſitionẽ bonorum iſtorum peruenias, & quomodo acquiſita conſerues, proli- xius eſt, quam quod præſentis ſermonis inſtituto competat. Venerat aũt & huius in mentem, de illis tecũ cõmentari, quę ex fratre Theotecno audiui, quẽ ſemper quidem opto uerum dicere, maximè uero quãdo de te loquitur: ut hoc amplius in te glorifice- tur dominus, qui ex aliena radice præclaris pietatis fructibus ornatus pullulaueris.

† id eſt, eſſentiæ & ſubſiſtẽtiæ uel perſonæ.

BASILII MAGNI AD GREGORIVM FRATREM de † οὐσίας & ὑποστάσεως differentia.

XLIII. Iſta uerſa eſt iã antea, & habetur in Theodorito Baſileæ Euſebio adiecto.

QVONIAM multi cõmunicationem τῆς οὐσίας in myſticis placitis ac ſcitis à ratione τῶν ὑποστάσεων nõ diſcernentes in eaſdem utrinq; cogitationes incidunt, arbitranturq; nihil referre ſiue οὐσίαν ſiue ὑπόστασιν dicant: unde & quibuſdam qui talia præter omnẽ examinationẽ ſimpliciter amplectuntur, placuit, ut quemadmodum una οὐσία, ita & una ὑπόστασις dicatur. Et uiciſſim qui tres ὑποστάσεις admittunt, diſcriminationẽ quoq; τῶν οὐσιῶν ad eundẽ numerũ ex triũ ὑποστάσεων confeſſione ſtatuendam eſſe putãt. ea de cauſa, ne idem & tibi quoq; uſuueniat iſtum tibi hac de re ſermonẽ quaſi breuem quendam cõmentarium paraui Eſt itaq; ut rem iſtam breuiter exponã, talis eorũ quę dicuntur intellectus. Omnium nominũ alia quidem de pluribus numeroq; differentibus rebus dicũtur, ac generaliorem quandam ſignificationẽ habent, utpote, homo. Qui enim hominis dictione uti- D
tur, cõmunem naturã exprimit: nec certum quendam hominẽ, qui hoc ueluti proprio nomine cognoſcatur, hac uoce determinat. Petrus enim non magis homo eſt, quam uel Andreas, uel Iohannes, uel Iacobus. Cõmunicatio itaq; rei ſignificatæ, quę æqua ratione ad omnes ſub eodem nomine comprehenſos pertinet, ſubdiuiſione opus habet, per quam non in genere quemuis hominẽ, ſed aut Petrũ uel Iohannem intelligamus. Alia uero magis propriũ quid indicant, per quod in re ſignificata nõ exhibetur conſideranda naturæ cõmunio: ſed certæ cuiuſpiã rei deſcriptio, nullam prorſus congnationis cõmunicationem proprietate ſui complectẽns: ut Paulus, uel Timotheus. Nondũ enim huiuſmodi uox ad naturæ cõmunionem fertur: ſed certæ ac cõprehenſæ ſignificationis capax determinatarũ quarundam rerũ emphaſim per nomina exhibet. Quando igitur duorũ aut etiam plurium hominũ quibus eadem ſit ſubſtantia (ut Pauli, & Siluani, & Timothei) uerbũ inquiritur, nõ aliud quiſquam in Paulo, aliud in Siluano, atq; aliud in Timotheo aſſignabit: ſed quibus uerbis οὐσία Pauli demonſtratur, illa competunt & alijs, & ſunt inter ſe ὁμοούσιοι, qui eodem οὐσίας uerbo deſcribuntur. Cum igitur cõmune quis audiens ad propria & ſeparata conſiderationẽ uertit, per quæ alterũ ſeparatur ab altero, non iam tale uerbum quo ſingulorũ notio exprimatur, cũ eo ſemper quod aliud quiddam ſignificat, infertur, etiamſi in quibuſdã inueniatur, quod commune in ſe habeat. Hoc aũt eſt quod dicimus. Quod propriè dicitur, per ὑποστάσεως dictionẽ exprimitur. Qui enim hominẽ dicit, confuſum quendam intellectum per indefinitã eius dictionis ſignificationẽ immittit auditui: ut natura quidem hominis per eam dictionem exprimatur: res uero ſubiecta & notificatio

propriè

A proprie eo nomine non ſignificetur. Qui uero Paulum nominat, ex dictionis huius ſignificato rem ei naturæ ſubiectam oſtendit. Hoc igitur eſt ὑπόςασις, non indefinitus ille τῆς ἐσίας intellectus, quæ nullam confuſionē per ſignificati cōmunicationem incurrit: ſed quod in re aliqua cōmune & indeterminatū eſt per proprietatū declarationem agnoſcendum offert & deſcribit. Quemadmodum & ab ipſa ſacra ſcriptura fieri ſolet ut & pleriſq; in locis & in hiſtoria Iob uidere eſt. Quoniam enim de rebus illius dictura erat, poſtquàm cōmune memorauerat hominemq; dixerat, mox illum per proprij declarationē in eo quod adijcit quis fuerit, à reliquis hominibus diuidit. Deſcriptionē uero ἐσίας, tanquā ad propoſitū ſermonis ſcopū inutilem tacet. Quis aūt fuerit proprijs illius notionibus deſignat, & cū locū morumq; indicia dicit, & ſimul quæcunq; externè acceſſerant adiungit, ſtudio illum à cōmuni hominis ſignificatione ſeparat ac ſeiungit, ut prorſus dilucida ſit eius cuius geſta memoriæ cōſecrabantur deſcriptio, utpote ex ipſo nomine, ex loco, ex animi illius proprietatibus, ex ijs, quæ ex externe in illo conſideranda proponuntur. Si uero τῆς ἐσίας rationē dediſſet ſcriptura, nulla prorſus eorū quæ dicta ſunt, in naturæ expoſitione facta fuiſſet mentio. Erat enim eadem illius in Iob ratio, quæ & in Baldad Sanchitu, & Sophar Menru, & in quolibet eorū hominū, qui in iſta hiſtoria cōmemorantur. Si quam igitur dictionē nôſti quæ in rebus humanis τῆς ἐσίας & ὑποςάσεως diſcrimen exprimat, eā ſi ad diuina quoq; dogmata trāsferas, nihil aberraueris. De eſſentia patris, quomodo ila habeat, quicquid cogitatione ſuſpicatus fueris (nequit enim hac in re mentis acumen ad certam quandam ac ſtatam cogitationē cōfirmari: propterea quod omnem illius perſuaſio cogitationem ſuperat) iſtud & de filio cogitabis, & ſimili modo de ſpi

B ritu quoq; ſancto. Quod enim increatus & incōprehenſibilis dicitur deus, unus & idem ſermo eſt æquè & patri & filio & ſpiritui ſancto cōpetens. Non enim ille magis increatus & incōprehenſibilis: iſte uero minus eſt. Quoniā uero neceſſariū eſt, ut per proprias quaſdam notiones inconfuſa habeatur in triade cōparatio, id quod cōmuniter conſideratur, utpote, increatū, aut omnē comprehenſionē excellens, aut ſi quid aliud eſt eiuſmodi, ad proprietatis determinationē non uſurpabimus: ſed hoc ſolū inquiremus, per quę ſingularū perſonarū intellectus liquidò & ſine cōmixtiōe à cōmuni conſideratione ſeparetur. Cōmodum itaq; mihi uidetur, ut iſta ad hunc modū inueſtigetur ratio. Quicquid bonorū ex diuina ad nos uirtute pertingit, omnia in omnibus operātis gratiæ operationē eſſe dicimus, quēadmodum Apoſtolus inquit, Quoniā omnia iſta operatur unus atq; idē ſpiritus unicuiq; peculiaria diuidēs ſicuti uult. Quærētes uero, an ita dignis adſit bonorū ſuppeditatio, ut quę ex ſolo ſpiritu ſancto ſumat initiū, iterū per ſcripturā ducimur & inſtruimur, ut ſuppeditationis eorū bonorū, quæ ſpiritus ſanctus in nobis operatur, autorē & cauſam unigenitū deū eſſe credamus. Per ſacrā enim ſcripturā edocti ſumus, per ipſum facta eſſe, & in ipſo conſiſtere omnia. Quādo igitur ad illā cogitationē ſubuehimur, iterū diuinitus inſpirato adminiculo ducti perdocemur: quod per illā quidē potentiā ex eo quod non eſt ad hoc ut ſint producātur omnia: nō tamē ne ex illa quidē, abſq; initio producantur: ſed quòd ſit potentia quædā ingenita & ſine principio abſiſtens, quæ cauſa ſit ei cauſæ per quā omnia facta ſunt. Ex patre nanq; eſt filius per quē ſunt omnia, cū quo ſimul ſpiritus ſanctus ſemper indiuulſe cōſideratur ac cōiungitur. Nō enim fieri poteſt ut filiū mente quiſquā cōprehendat, quē non antea illuſtrauerit ſpiritus. Quoniā igitur ſpiritus, à

quo omnis uelut ex fonte creatur & promanat bonorū ſuppeditatio, filio quidem cō C
nectitur:cū quo unà ſine ulla diſtantia cōprehenditur: cauſæ uero patris inſertā habet
eſſentiā unde & progreditur,hāc notionē ac ſignū eius,quę ſecundū ὑπόςασιν eſt,pro
prietatis habet,quod cū filio ſimul & ipſe agnoſcitur,& quod ex patre ſubſiſtit:filius
uero,qui ex patre progredientē ſpiritū per ſeipſum & cū ſeipſo notū facit ſolus unige-
nitus ex ingenito lumine reluxit,nullāq; prorſus notionū cōmunicationem ſecūdum
proprietatē ſuam tam cū patre quàm cū ſpiritu ſancto habet:ſed ex dictis iam ſignis
ſolus agnoſcitur:Pater uero,qui ſuper omnia deus eſt,peculiarē ὑποςάσεως ſuę notio
nem ſolus habet, quòd pater eſt, & quòd ex nulla omnino cauſa ſubſiſtit, atq; iſto
iterum indicio & ipſe propriè ac ſeparatim agnoſcitur.Huius gratia in cōmunicatione
τῆς ἐσίας nullā dicimus habere conuenientiā aut cōmunionem notiones iſtas in trini
tate conſideratas:quarū proprietas exprimitur,ſi unaquaq; earū perſonarū,quæ no
bis in fide traduntur,proprijs notionibus diſcriminatim apprehendatur & agnoſca-
tur:ita ut per dicta iam indicia ſeparatio ac differentia τῶν ὑποςάσεων inueniatur.Iu
xta illa uero infinitū eſſe & incōprehenſibilē, & increatū, & nullo loco circumſcriptū,
& quicquid huiuſmodi eſt,nulla eſt uariatio in natura illa uiuifica,in patre,inquā,& fi
lio & ſpirituſancto, ſed cōtinua quædam in illis & indiuulſa cōmunicatio intelligitur.
Et quibuſcunq; ſanè cogitationibus maieſtatē quiſquā unius earum quæ in trinitate
creduntur,perſonæ cōtemplabitur:per eaſdem ad contemplandam ſine omni uaria-
tione & patris quoq; & filij & ſpiritusſancti gloriā accedet: ita ut nullo interſtitio in-
ter patrē & filiū & ſpiritū ſanctū poſito, cogitatio quaſi per inane incedat: propterea
ἤ τι πρᾶγμα quod nulla eſt interſecans per mediū ipſorū trāſitio:†neq; res aliqua ſubſiſtens,(præ-
ὑφιςός. terquā diuina natura)quæ illam alieni cuiuſquā acceſſione à ſeipſa diuidere ac ſecerne D
re poſſit:neq; interſtitij cuiuſpiā haud ſubſiſtentis inanitas,quę diuinæ ἐσίας harmo
niam per interſectionē uacui,quod continuū eſt diſſoluentis,fatiſcere faciat: ſed qui
patrē intellexit,& ipſum in ſeipſo intellexit,& filiū ſimul ea intelligentia cōplexus eſt.
Qui uero de iſto loquitur,ſpiritū à filio non diuiſit: ſed iuxta ordinē quidē perſonarū
conſequenter,iuxta uero naturā coniunctim, triū perſonarū fidem eadem ratione in
ſeipſa cōmixtam formauit.Et qui de ſpiritu ſolo loquitur,ſimul iſta cōfeſſione & eam
quę illū concernit cuius ſpiritus eſt,cōiunxit. Et quoniā is Chriſti ſpiritus,& teſte Pau
lo,ex deo eſt,fit,ut quēadmodū in cathena qui unius annuli ſummitatē apprehendit,
hoc ipſo ſimul & alterū inſertum attrahit:ita & hic qui ſpiritū trahit, ut Propheta in-
quit,per ipſum & filiū & patrē unà ſimul attraxerit.Et ſiquis uere filiū apprehēderit,
habebit & ipſum utrinq;,hinc patrē illius,illinc ſpiritū ſanctū unà cōpactum.Neq; e-
nim à patre abſcindi poterit qui ſemper eſt in patre:neq; à proprio ſpiritu ſeiungetur
unq; qui in ipſo operatur omnia.Cōſimiliter & qui patrē aſſequutus fuerit,& filiū u-
nà cū illo & ſpiritū ſanctū eadē uirtute aſſequutus eſt. Nō enim poteſt aliqua ullo pa
cto excogitari uel ſectio uel diuiſio,ut ſiue filius abſq; patre cogitari,ſiue ſpiritus à fi-
lio ſeiūgi queat,ſed ineffabilis quędā in iſtis & quę nulla cogitatione apprehēdi pote
rit tam cōmunio ꝗ̄ diſcretio deprehēditur,qua neq; per differentiā τ̄ ὑποςάσεων con
tinuatio naturæ diſſipatur: neq; per eam quę ſecundū ἐσίαν eſt cōmunionē proprie-
tas notionū cōfunditur. Ne mireris uero rē quod eandē & coniunctā diſcretionē,& di
ſcretā coniunctionē eſſe dicimus,& tanquā in ęnigmate nouā quandā & inſolitè cōiun
ctā diſcretionē & diſcretā coniunctionē conſtruimus. Niſi enim cōtentioſe quiſquā a-
nimoq; calumniādi doctrinā iſtam audierit, poterit tale quid & in rebus ſenſibilibus
offende-

A offendere. Sermonē aūt meū, non ut ipſam rerū ueritatē, ſed magis ut exēplar quod/
dam & umbrā ueritatis accipe. Nequit enim fieri, ut per omnia quod in exēplaribus
conſideratur, eis rebus adaptetur, ad quarū deſcriptionē exemplariū uſus aſſumitur.
Vnde igitur dicimus quod in trinitate diſcretū eſt: & quod cognatū: ex ijs ueluti ſimili
bus repræſentari, quæ iuxta ſenſum nobis in rebus terrenis iam antea cōſpicua ſunt?
Si unquā in aëre ſplendorē arcus, qui in nube apparet uidiſti: Illū dico arcū quē cōmu
nis lingua irim uocare cōſueuit. Hunc, qui hiſce in rebus periti ſunt, tunc cōdenſari di/
cunt, ſi quando humiditas quædam in aërē ſuſpenſa & immixta, & quod in exhala/
tionibus humidum eſt & craſſum mox atq; nebuloſum iam effectū eſt uentorū ui in
pluuiā reſolutū & expreſſum fuerit. Cōcreſcere uero illum dicunt ad hunc modum.
Quando radius Solaris per obliquū incurſum quod in obnubilatione craſſum eſt &
obſcurū retorquet: deinde recta nubi cuidam circulum ſuū implicat, tanquā flexura
quædam & recurſus lucis, ad eam ipſam redditur fulgore illius retrorſum ab humida
& lucida iam nube reſplendente. Etenim ea eſt flammeis fulgoribus natura, ut ſi in lę
uem aliquam ſuperficiē inciderint in ſeipſos refringantur. Circularis aūt illius figura
per radium ſolarē ei quod in aëre humidum eſt ac lęue impreſſa facit ut neceſſariò iu
xta ſolaris circuli formā & ipſe aër, qui nubi cōiunctus eſt, per relucentem fulgorē cir/
cunſcribatur. Ipſe itaq; fulgor & cōtinuus eſt ad ſeipſum & diuiſus. Multicolor enim
cū ſit ac multiformis clanculū uarijs tincturæ floribus à ſeipſo diſcriminatur, mutuā
illorū aliter atq; aliter colorantiū inter ſe iuncturā ipſos oculos noſtros ſenſim celās:
ita ſanè ut diſcerni nequeat uiriditatis ad rutilum colorē locus qui medium penetrat,
perq; ſeipſum cōmiſcet, rurſumq; ſeparat colorū alterationē: neq; rutilus color ad pur
B pureū, nec ille ad electrinū. Omniū enim horū colorū fulgores ſimul cōſpecti & ſpen
didi ſunt, & mutuę iuncturę ſigna celātes cognitionē effugiūt, ut impoſſibile ſit depre
hēdere quouſq; ſteterit quod ignitū in illis eſt, aut ex fulgore lucidū & unde incipiat,
cū nondū tale ſit quale in ſplendore illo cernitur. Quēadmodū igitur in hypodigma
te arcus huius & colorū diſcrimina clarè cognoſcimus, & tamē alterius ad alterū diſſi/
dium ſenſu percipi nequit: ita cogita mihi & de diuinis dogmatis raciocinari poſſe, ut
proprietates quidē τῶν ὑποστάσεων, perinde ac flos quidam eorū colorū qui in Iride
uiſuntur, in ſingulis perſonis quæ in ſacra triade credūtur, ſeparatim reluceāt: eius ue/
ro proprietatis quæ ſecundū naturā eſt nulla alterius perſonæ ad alterā differētia ex/
cogitari queat: ſed in cōmunione τῆς οὐσίας notiones proprię in unaquaq; cōmuniter
reſplendeāt. Nam & in Iridis hypodigmate, quæ multicolorē illum fulgorē illuſtrat,
una quidē eſt οὐσία, per Solarē radiū reuerberata ac refracta: floridus uero color qui
uiſitur, multiformis eſt: qua in re per creaturā inſtruimur, ne inani curioſitate turbe/
mur in examinādis dogmatis noſtri rationibus, ſi quādo inciderimus in ea quorū dif/
ficilis eſt contēplatio, & in eorū quæ dicūtur approbatione quaſi uertiginē paſſi ęſtua
uerimus. Perinde enim atq; in illis quæ oculis conſpicua ſunt, potior uiſa eſt experien
tia quàm rationis redditio: ita & in ſuperexcellentibus fidei noſtræ placitis potior eſt
fides quæ & ſeparationem in ὑποστάσει & coniunctionem in οὐσίᾳ docet, quàm quæ
per ratiocinationes eſt apprehenſio. Quoniam igitur partim commune quid in ſacra
triade, partim proprium quid doctrina ſacra cōtemplata eſt, quod ad cōmunionem
quidem attinet, ad τὴν οὐσίαν refertur: ὑπόστασις uero propriū cuiuſq; ſignum eſt. Sed
opinabitur forſan quiſquam redditam iſtam rationem non conuenire cum intelle/
ctu ac mente Apoſtolicæ ſcripturæ, qua de dominō, inquit. Quoniam ſplendor eſt

gloriæ ipſius, & character τῆς ὑποςάσεως. Si enim ὑπόςασιν expoſuimus cópeten-tiã eſſe proprietatũ quatenus ſingulis peſonis ſingulę conueniant: cõfeſſum uero eſt, quod quẽadmodũ in patre quiddã eſt, quod ſeparatim in illo cõſideratur per, quod ſolus agnoſcitur:ad eundẽ modũ & de unigenito credatur, quomodo hic τῆς ὑποςά-σεως nomẽ ſoli patri ſcriptura adſcribit: filiũ uero formã eſſe dicit τῆς ὑποςάσεως, nõ C
ὑπάρξεως. in proprijs ſed in patris indicijs ac notionibus deſignatũ? Si enim ὑπόςασις. propria cuiuſq; ſubſtãtiæ nota eſt: patris aũt propriũ eſſe liquet, quod ingenitus eſt: formatus uero filius eſt per patris proprietates: igitur quod patri peculiare eſt, uidelicet, ingeni-
ὑπάρξις. tum eſſe, ſoli filio remanet. Siquidẽ per propriã patris notã unigeniti quoq; ſubſtan tia deſignatur. Verũ ad iſta nos hoc dicimus, quod hic ſermo ad aliũ ſcopũ Apoſtolo dirigatur, ad quẽ intentus iſtis ille uocibus uſus eſt, cũ gloriæ ſplendorẽ & ὑποςάσεως characterẽ Chriſtum eſſe dixit: quẽ quidem ſi diligenter quis cognouerit, nihil illũ ijs quę à nobis dicta ſunt repugnare, ſed ad ſingularẽ ac ſeparatũ quẽdam intellectũ ad-temperatũ eſſe Apoſtoli ſermonẽ deprehendet. Non enim hoc agit Apoſtolicus ſer-mo, ut doceat quomodo inter ὑποςάσεις per apparẽtia ſigna diſcriminetur: ſed quo-modo legitimus, indiuulſus et coadunatus filij ad patrẽ habitus agnoſcatur. Nõ enim dixit, qui cũ ſit gloria patris (quanq; ueritas ita habeat) ſed relicto illo tanquã cõfeſſo, ut nõ aliud quoddam gloriæ genus in patre & aliud in filio cogitandũ eſſe doceat, ip-ſum paternæ glorię ſplendorẽ unigeniti gloriã eſſe definit, ex lucis hypodigmate filiũ
Aliud ſimile. patri indiuulſe unitũ intelligendũ eſſe demonſtrãs. Quẽadmodum enim ex flamma quidẽ ſplendor, nõ tamen poſterior flãma ſplendor eſt: ſed ſimul atq; flãma relucet, unà reſplendet & lux: ita uult & ex patre filiũ intelligi quidẽ: nõ tamen ita ut putetur aliquo interuallo à patris ſubſtantia productus unigenitus ac diſtinctus, ſed ut ſem-per uita cũ ipſa cauſa qua ex patre eſt, ſimul eſſe credatur. Ad eundem igitur modũ ut traditũ iam intellectũ expoſuit: ita & ὑποςάσεως characterẽ Chriſtum eſſe dixit, per corporalia nos hypodigmata ad inuiſibiliũ cõtemplationẽ quaſi manuducens. Non enim omnino in figura corpus eſt: ſed alia quidẽ figuræ alia uero corporis eſt ratio: nec putãdum eſt ſi quis alterutrius horũ modum expoſuerit, ſimul cũ illo & alterius D
uel ratione. modum inferri. Veruntamẽ etiamſi †ſermone figurã à corpore diſcreueris, natura ta men diſcriminationẽ nõ admittit: ſed conuinctim alterũ cum altero intelligitur. Ita pu tat Apoſtolus, etiamſi inconfuſa fidei doctrina ſeparatã doceat τῶν ὑποςάσεων diffe rentiã: oportet tamen & continuã & quaſi concretã unigeniti ad patrẽ coniunctionẽ demõſtrari, nõ quaſi in ὑποςάσει nõ ſit & unigenitus: ſed quod nullã unionis medie-tatem inter ſeipſum & patrẽ admittat, ita ut qui in characterẽ unigeniti mẽtis oculos intenderit, ex patris ὑποςάσει in cogitationẽ ueniat, nec permutatæ nec cõmixtæ quæ in ipſis conſideratur proprietatis, quaſi uel patri genitũ, uel filio ingenitũ eſſe affinga tur: ſed quod fieri nequeat, ut qui alterũ alteri ademerit, quod reliquũ eſt in ipſo ſolo intelligat. Neq; enim poſſibile eſt ut de patre non cogitet qui filium nominat, cũ per illam appellationẽ ſimul referatur & pater. Quoniã itaq; & patrem uidet qui filiũ ui-det, quemadmodum in Euangelijs dominus loquitur, hac ratione unigenitũ Apoſto lus characterem paternæ ὑποςάσεως eſſe dixit. Et ut iſte intellectus planius appre-hẽdatur, & alias Apoſtoli uoces ad iſtam ſententiã applicemus, in quibus Chriſtum imaginem dei inuiſibilis, ac rurſus bonitatis ipſius imaginem eſſe dixit. Non ideo quod ab archetypo differat imago, iuxta quod inuiſibilis eſt pater ac bonus: ſed ut

oſtendere-

A ostenderetur, quod idem ſit cũ prototypo, etiã ſi aliud ſit. Non enim cõſiſtere poterit imaginis ratio, niſi per omnia ad archetypum expreſſa ſit nihilq́ꝫ uariet. Igitur qui imaginis pulchritudinem conſiderauerit, & de archetypo quoqꝫ cogitabit: & qui filij quaſi formam mente cóceperit, & paternæ quoqꝫ ὑποϛάσεως characterẽ expreſſam habet, per iſtum & illũ uidens. Non quod, ingenitũ eſſe, quod patris eſt, in illius imagine uideat (Nam alioqui prorſus idem eſſet & non aliud) ſed quod ingenitã pulchritudinem patris in illius genito intueatur. Perinde atqꝫ in ſpeculo quodam puro qui impreſſam illi formã conſiderat, euidentem habet imaginati uultus cognitionẽ: ita & qui filium agnouit, paternæ ſimul ὑποϛάσεως characterem per filij cognitionẽ cordi ſuo impreſſit. Quæcunqꝫ enim patris ſunt in filio peruidentur: & omnia filij, patris quoqꝫ ſunt. Quoniã & totus filius in patre manet, & totũ uiciſſim in ſeipſo & patrẽ habet: ita ut ὑπόϛασις filij inſtar formæ ac faciei ſit paternæ cognitionis: & iterum patris ὑπόϛασις in forma filij cognoſcatur, manente quæ in ipſis conſideratur utriuſqꝫ proprietate, ad hoc, ut euidens ſit τῶν ὑποϛάσεων diſcriminatio.

BASILII MAGNI AD EVNDEM.

QVOMODO tecum literis decertarem? Quomodo dignè tuam hanc circa quæuis bonitatẽ perſtringerem? Quis in eoſdem caſses, dic, quæſo, tertio decidet? Quis tertiò eodem laqueo tenebitur? Neqꝫ beſtijs ſanè hoc facilè acciderit. Vnã mihi epiſtolam cõtexuiſti, ac tanquã à uenerãdiſſimo & cómuni noſtro patruo ſcriptam attuliſti, fallens me: cuius gratia, ignoro. Accepi illam tanquã ab epiſcõpo cómuniq́ꝫ patre per te allatã. Quid enim nó crediđiſſem? Oſtendi illam quamplurimis amicorum præ gaudio, egiq́ꝫ deo gratias. Deprehenſum eſt XLIIII.

B figmentũ, ipſo epiſcopo epiſtolam à ſe ſcriptam propria uoce pernegante. Erubui ſuper hac epiſtola, optauiq́ꝫ terrã nobis dehiſcere, quòd fallaciæ, mendacij, ac ſeductionis probro expoſiti eſſemus. Alteram denuò mihi tanquã ab ipſo epiſcopo miſſam, per domeſticũ tuũ Aſteriũ reddidiſti. Neqꝫ illam uere miſerat epiſcopus, quẽadmodum uenerandiſſimus frater Anthimus nobis indicauit. Rurſus tertiam Adamantius ad nos ueniens attulit. Quomodo oportebat me illam per te ac tuos miſſam accipere? Optabam enim mihi cor eſſe lapideum, ne uel præteritorũ recordarer, uel præſentia ſentirẽ: ut poſſemus more pecudum ad terrã decuſſi omnẽ hanc perferre plagam. Sed quid paterer contra meã ipſius ſententiã, quæ certè poſt unam & alterã experientiã nihil poteſt nó examinatũ admittere? Iſta ſcripſi ut ſimplicitatẽ hanc tuã & incogitantiã reprehenderẽ, quam nec alioqui Chriſtianis congruam præſenti tẽpori nó cópetere uideo: ut poſt hac & teipſum cuſtodias, & mihi parcas: quandoquidem harũ rerũ (eſt enim mihi ad te fiducialiter loquendum) non admodũ fide dignus adminiſter es. Attamẽ quicunqꝫ fuerint qui ſcripſerũt, reſpondimus ipſis ut cõueniebat. Siue igitur ipſe experimentum mei per inſidias capere uolueris, ſiue reuera ab epiſcopis acceptam epiſtolam miſeris, habes reſponſa. Te uero decebat alia in prȩſenti tempore curare, cum & frater ſis, & naturæ nondum oblitus, nosq́ꝫ haud uideas quæ inimici ſint agere: poſteaquam uitam apprehendimus, quæ corpus noſtrum adfligat pariter & animum, ſuprà quàm uires noſtrȩ ferre ualeant. Veruntamẽ quoniam ita depugnaui, oportet te iam huius gratia adeſſe, inq́ꝫ diſponendis negotijs communem operã adferre. Fratres enim, inquit, in neceſſitatibus uſui ſint. Si autem uere congreſſum noſtrũ admiſſuri ſunt uenerandiſſimi epiſcopi, & locũ nobis determinatum

& tempus

& tempus decernant, perq; noſtros homines accerſant. Quemadmodum enim ipſe uſq; ad patruum meum occurrere non dedignabor: ita ſi non cum decenti forma uocatus fuero, non obediam. C

Conſule uitam S. Baſilij.

BASILII MAGNI AD GREGORIVM PATRVVM.

XLV. Et prius cupidè uidi fratrem meum. (Quid enim non facerẽ, cum & frater meus ſit, & talis?) & nunc quoq; eodem illum affectu complexus ſum peregrè aduenientem, nihil quod ad amorem attinet immutatus. Abſit enim ut tale quid in mentem ueniat, quod me & naturæ obliuiſci & domeſticis inimicum faciat: imò magis præſentiam uiri, & corporalium ægrotationum, & aliarum animi mœſtitiarũ ſolamẽ eſſe putaui. Simul & dignitatis tuæ literis quas ſecum attulit, ſupra modum delectatus ſum, quas etiam iam ex multo tempore cupidè expectaui: nulla alia ratione quàm ne & nos ipſi uitam noſtram triſti hac fama oneraremus: quaſi etiã familiariſſimi inter ſe mutuo diſſideant: unde inimicis quidem gaudium, amicis uero calamitas adferatur, iriteturq; deus: qui in perfecta dilectione diſcipulorum ſuorũ characterẽ eſſe uoluit. Quocirca & neceſſariò reluctor obſecrans ut pro nobis ores, & quæ reliqua nos concernunt tanquam familiarium cures. Rationem uero eorũ quæ facta ſunt, quoniã propter ruditatem intelligere nequimus, eum decreuimusueracẽ inſtructorẽ æſtimare quem ipſe nobis deſignare dignatus fueris. Neceſſariũ uero fuerit, ut & reliqua per prudentiã tuam determinentur, utpote, congreſſus noſter, tẽpus accõmodum, ac locus idoneus. Itaq; ſi omnino hoc moleſtiæ ſubibit dignitas tua ut ad humilitatẽ noſtrã deſcendat, noſtriq; aliquã rationẽ habeat, ſiue cũ alijs, ſiue ſeorſum per teipſum cõuenire nos uolueris, obtẽperabimus. Quãdo quidẽ hoc cõſilij ſemel apud nos ſtatuimus, ut ſeruiamus tibi in charitate, faciamusq; D quouis modo quæ nobis ad gloriam dei facientia pietas tua præſcripſerit. Venerandiſſimum fratrem nihil coëgimus, ut oretenus nobis indicaret: quandoquidem neq; prius ſatis ex ipſis operibus certum ac conteſtatum ſermonem habuit.

BASILII MAGNI AD EVNDEM.

XLVI. SILVI. Num & ſemper ſilebo, & ferã, ut intolerabiliſſimũ iſtud ſilentij damnum cõtra meipſum amplius dominetur & obtineat, dum nec ipſe ſcribo, nec alloquentem audio. Ego quidem hactenus in triſti iſto dogmate meipſum continui, arbitrorq; & mihi cum Propheta nõ immerito dicendum, quoniã ſilui ſicut parturiẽs. Semper quidem uel cõgreſſum uel cauſæ tractationẽ deſideraui: ſemper uero ita promerẽtibus peccatis meis uoto fruſtratus ſum. Non enim poſſum aliã factorũ excogitare rationẽ, quàm quòd perſuaſus ſum ueterũ delictorũ me, in iſta dilectionis tuæ ſeparatione, luere pœnas: ſi tamẽ uocãda eſt etiã ſeparatio prophana in te, à quocũq; tandem utut uulgari fiat, nedum à nobis, quibus ab initio patris loco fuiſti. Sed peccatũ meũ, quaſi denſa quædã nubes, occupato mihi omniũ illorũ ignorantiã indidit. Quando enim conſidero, nullum aliũ ex iſta mihi ſeparatione allatũ eſſe fructũ, pręter dolorẽ quẽ attulit, quomodo præſentia nõ merito peccatis meis adſcribam? Verũ ſiue peccata cauſæ ſunt eorũ quæ acciderũt, hic mihi moleſtiarũ iſtarũ finis eſto: ſiue diſpenſatione quid factũ eſt, adimpletũ eſto prorſus quod quęrebatur. Nõ enim modici tẽporis damnũ perpeſſi ſumus. Quocirca amplius nõ ferens, primus in uocem prorupi, obſecrans ut & noſtri rationẽ habeas & tui ipſius, qui maiorẽ, per omnẽ uitã, noſtri curam oſtendiſti q; ipſa cognatio exigebat, &

A ciuitatem iam noſtri gratia diligas: non propter nos te à ciuitate abalienes. Si qua igitur cõſolatio eſt in Chriſto. Si qua communio ſpiritus: ſi qua uiſcera ac miſerationes, comple uotum meum: diſſolue hic quæ moleſta ſunt. Initium quoddam exhibe ſynceerioribus, ut te ſequantur, qui & alijs ad optima præceptor es, & ad illicita neminem ſequeris. Neq; enim cuiuſquam corporis proprius ita character quiſquã reputatus eſt, ut animi tui pacis illud & placiditatis ſtudiũ. Competit itaq; tali uiro, ut reliquos ad te pertrahas, ac quoſuis appropinquantibus tibi pretioſi cuiuſdam unguenti fragrantia, morum tuorum comitate adimpleas. Nam etiamſi iam contrarium aliquid in medio eſt, breui tamen pòſt, & ipſum pacis bonum agnoſcetur. Donec autem quę ex diſſidio ſunt calumniæ locũ habent, neceſſariò ſuſpiciones in peius augmẽtantur. Eſt itaq; neq; illis quidem decorum quod nos negligũt: multo uero amplius dignitati tuę. Etſi nanq; nonnihil deliquimus, meliores tamen erimus, ſi fuerimus admoniti. Hoc uero ſine mutuo congreſſu & alloquio fieri non poteſt. Si uero nihil iniuriæ uobis inferimus, quamobrem odio habemur? Iſta igitur meam ipſius quidem tanquã bicornem rationem prætendo: quæ uero ab eccleſijs ipſis dici poſſent, quæ nihil utilitatis ex noſtro diſſidio tulerunt, ſilere præſtat. Non enim ad hoc te alloquor ut mœrore afficiam, ſed ut res triſtes conſopiam. At prudentiã tuam prorſus nihil fugit: ſed multo perfectiora quoq; quàm nos cogitamus, ipſe intellectus acumine aſſequeris, alijsq; declaras: qui & ante nos quæ eccleſijs accidunt uidiſti: & doles etiã plus quàm nos, iam olim antea edoctus à domino etiã eorum qui minimi ſunt cõtemnere neminem. Iam uero peſtis iſta non unum & alterũ occupat, ſed integræ urbes ac populi calamitatum noſtrarũ participes ſunt. De fama nanq; rerum noſtrarũ apud extorres

B quid attinet dicere, quę de nobis illi dicturi ſint? Decet itaq; iſtam animi tui dexteritatem, contentionem quidem alijs permittere (imò & illorum animis eam quoad fieri poterit eximere) ipſam uero quæ triſtia ſunt per patientiã uincere. Nam ulciſci uelle, omnino eſt animi iracundi. Iram uero uincere, hoc demum tuum eſt ſolius, & ſi quis alius tibi uirtute ſimilis fuerit. Hoc autem non dicam, quòd qui nobis moleſtus eſt, iram ſuam in immeritos effundit. Siue igitur apud nos coràm, ſiue per literas, ſiue ut ad te uocemur, aut quouis alio modo placuerit, animum noſtrum aliqua conſolatione dignare. Optaremus quidem, ut coram eccleſia pietas tua compareret, & nos pariter & populum cum ipſo conſpectu tum gratiæ tuæ ſermonibus curaret. Quod ſi iſtuc fieri poterit, erit optimum, ſi uero aliud quid uidebitur, & illud amplectemur, duntaxat ſolidè nobis ſignificetur quod prudentiæ tuę ad conſolandum nos uiſum fuerit opportunum.

BASILII MAGNI ATHANASIO MAGNO.

PO T I T V S ſum literis ſanctitatis tuæ, in quibus aduerſus Libyę præfectũ uirum infamem ingemuiſti. Deploramus quidem patriam noſtrã quod talium malorum & mater eſt ac nutrix: deploramus uero & Libyam noſtræ uicinã, quòd malorũ noſtrorũ particeps facta, feriniſq; uiri huius moribus tradita eſt, qui à pueris crudelitati pariter & laſciuiæ aſſueuit. Hoc ſcilicet erat quod ſapienter dixit Eccleſiaſtes, uæ tibi ciuitas, cuius Rex iunior eſt, & cuius principes nõ comedunt noctu, ſed in ipſo meridie laſciuiunt, poſt alienos thoros pluſquã irrationales beſtiæ inſanientes. Itaq; illum quidem flagella manent apud iuſtum iudicem, ad eandem menſurã cõmenſurata, iuxta quam ipſa iam antea ſanctos ipſius ad XLVII.

fligere præſumpſit. Innotuit autem & eccleſiæ noſtræ ex literis pietatis tuæ, atq; auer C
ſandum & execrabilem illum arbitrabuntur omnes, ita ut nec ignis nec aquæ nec te/
cti communionem cum illo ſint habituri. Siquidem prodeſt ut uiolenti iſti tyranni
cõmuni & unanimi iudicio condemnentur. Sufficiet autẽ ipſi damnationis titulus, &
ipſæ ſentẽtiæ, quibus undiq; cõdemnabitur. Neq; enim omittemus, quo minus cõde
mnationẽ iſtam omnibus ipſius & familiaribus & amicis atq; aduenis oſtendamus.
Quod ſi uero non ſtatim illum iſtæ reprehenſiones, quemadmodũ & Pharaonem,
permouebunt, attamẽ poſtremũ aliquando & grauẽ illi ac triſtẽ retributionẽ adferet.

BASILII MAGNI AD EVNDEM

XLVIII. NEMINEM ita puto de præſenti eccleſiarum ſtatu dolere, atq; tuam digni
tatem, quæ & præſentia cum priſcis confert, & quantum iſta ab illis de/
generauerint expendit, & intelligit, ſi ad iſtum modũ res eccleſiaſticæ ad
peiora ſint facto impetu delapſuræ, nihil fore quod prohibeat quo mi/
nus breui tempore in aliam quandam formam prorſus immutentur eccleſiæ. Iſta ſæ
penumero mihi redditus expendi, cogitauiq;, quod ſi nobis miſerabilis ita apparet ec
cleſiarum corruptio, quomodo credibile eſt affici iſtis in rebus eum qui ueteris eccle/
ſiarum dei circa fidem conſtantiæ & concordiæ experimentum capit. Verum quem/
admodum multa integritatem tuam mœſtitia occupat: ita arbitramur & prudentiæ
tuę competere ut excellentẽ de conſeruandis eccleſijs ſolicitudinem adiunctã habeat.
Olim noui & ipſe, ſecundum admenſuratam mihi rerum gerendarũ cognitionẽ, unã
ſciebam acquirendi auxilij uiã, quod eccleſijs noſtris cũ Occidentalibus epiſcopis con
uenit. Si nanq; uoluerint illi eundem zelum, quo contra unũ & alterũ qui in occidente
diffamabantur, uſi ſunt, & pro noſtrarum partium incolatu ſoliciti demonſtrare: for/ D
te fiet aliquid quod proderit cõmuniter omnibus. unde & qui rerum potiuntur mul/
titudinis autoritate permoueantur, & populi paſſim illos ſiue contradictione ſequan
tur. Quis autem ad iſta perficienda prudentiam tuam excellet? Quis acutius quid fa/
ciendum ſit expendet? Quis ad utilium energiam efficacior? Quis ad conſiderandam
fratrũ neceſſitatẽ cõdolentis affectu magis prę̨ditus? Quis uniuerſo Occidenti hono
rabili canicie tua uenerabilior? Relinque mnemoſinon aliquod iſta cõuerſationis tuę
uita dignum colendiſſime pater, innumeros illos quos pro pietate tuliſti labores uno
iſto opere confirma. Viros aliquos eccleſiæ tuæ potentes in doctrina ſana, ad Occi/
dentales epiſcopos mitte, qui quibus calamitatibus occupemur ac premamur illis
exponant. Inſtrue illos forma narrandi qua utantur. Eſto Samuël eccleſijs. Particeps
eſto adflictionum laborantium populorum. Offer pacificas preces. Pete gratiã à do
mino. Mnemoſynon aliquod pacis infer ac relinque eccleſijs. Scio quàm langueãt e/
piſtolæ ad conferendam operã tanto negotio. Verũ neq; ipſe aliorũ ſolatio & adiu/
mento opus habes, non magis quàm athletarũ dexterrimi puerorum acclamatione:
neq; nos ignorantẽ docemus, ſed ſedulò ac ſatagẽti impetũ conandi intendimus. Ad
reliquas quidem Oriẽtis res opus forſan habebis & pluriũ cooperatione, & neceſſari/
um fuerit expectare eos qui ex Occidente uenturi ſunt. Antiochenæ ſanè eccleſiæ ſta
tus manifeſte à pietate tua pendet; ut alios quidẽ ędifices, alios uero cõpeſcas ac quie
tos reddas, atq; eccleſię uires per unanimẽ cõſenſum reſtituas. Quod enim iuxta eos
qui medicorũ ſapiẽtiſſimi ſunt, curãdi initiũ ab illis ſumere debeas qui periculoſiſſimè
laborant nemo eſt qui te melius intelligat. Quid autẽ poterit totius orbis eccleſijs, ea

quæ apud

A quæ apud Antiochiam eſt,letalius eſſe? Quam ſi contigerit ad concordiam redire,nihil prohibebit quo minus uniuerſo corpori, tanquam corroboratum caput, ſanitatẽ ſuppeditet.Reuera aũt ſapientia tua & Euangelica ſympathia urbis illius ægritudines opus habent:quæ non ab hæreticis ſolum ſciſſa eſt:ſed & ab illis,qui idem ſentire dicuntur,diſcerpitur.Iſta uero cõponere & in unius corporis harmoniã reducere, illius eſt,qui & ſiccis oſſibus,ut ad neruos & carnem iterum reſtituerentur ineffabili ſua uirtute largitus eſt. Magna uero omnino dominus per ſanctos ſuos operatur. Et hic igitur rurſus excellentiam tuam talium adminiſtrationẽ decere ſperamus, ut populi turbatio quidẽ proſternatur ac tollatur: factioſæ uero ac ſectariæ prælaturę ceſſent: atq; omnes inuicem alter alteri in mutua dilectione ſubijciantur, uetuſq; robur eccleſiæ reſtituatur.

BASILII MAGNI AD EVNDEM.

XLIX.

QVANTO eccleſiarum languores auctiores euaſerunt,tanto uniuerſi ad tuã conuertimur integritatem, unam nobis malorum conſolationẽ in tua tutela relictam eſſe credentes,qui & precum uirtute,& ſcientia rerum gerendarum,qua quid optimum factu ſit admonere potes, ex horribili iſta tempeſtate cõſeruare nos ab omnibus,qui aliquantulum integritatem tuam uel auditu uel experientia cognouerũt,crederis.Quocirca ne ceſſes orare pro animabus noſtris,excitareq; literis,quarum ſi agnoſcis quantus ſit uſus,nullam unquam,ſi qua dabitur,ſcribendi ad nos occaſionem negligas.Si uero digni habemur adiutorio precum tuarum,ut & uideamus te, & bonis quæ in te ſunt perfruamur, & ad hiſtoriam uitæ noſtræ congreſſum cum magna uerè & Apoſtolica mente tua adiecerimus, omnino correſpondentem totius uitæ noſtræ adflictionibus conſolationem nos per Philanthropiam B dei accepiſſe reputabimus.

BASILII MAGNI AD EVNDEM.

L.

MIHI quidem ſuperioribus ad dignitatem tuam literis ſufficere uidebatur, ſi tantum oſtenderem,quod populi ſanctæ Antiochenæ eccleſiæ circa fidem robur ad unam oporteat concordiam & unitatẽ conciliari,ut declaretur quòd pientiſſimo epiſcopo Meletio opus ſit,quę iam in plures partes diſſecta ſunt coadunare. Quoniã uero ipſe hic dilectus ſyndiaconus noſter Theodorus dilucidiorẽ de rebus iſtis ſibi memoriã quæſiuit,neceſſariò ſubſcribimus: quoniam & uniuerſo Orienti per preces id agitur, & nobis qui quouis modo illi cõiuncti ſumus,ut deſiderabilem hunc uirum eccleſia uideat,adhærentẽ domino, & fide irreprehenſibilẽ & uita, cui & reliqui nulla ratione cõparari queant: & ut uniuerſo,ut ita dicã,eccleſię corpori ipſe præſit.Reliqua uero ſunt tanquã defectę partiũculæ.igitur undiq; & neceſſariũ pariter eſt & frugiferũ iſti uiro, ut reliqui, perinde atq; magnis fluuijs minores,cõcilientur.De alijs uero inſtituẽda eſt œconomia quædam, quæ & illis conueniat,& populum pacatũ reddat, prudentiæq; tuæ ac illuſtri ſolertiæ & diligentiæ cõpetat.Prorſus aũt immenſa prudentia tua nouit, quòd cõcordibus in Occidente eadẽ placuerint, ſicut indicant literæ quæ nobis per beatũ Siluanũ allatæ ſunt.

BASILII MAGNI AD EVNDEM

LI.

QVANDO ad res ipſas quidẽ reſpicimus,& difficultates expendimus, à quibus omnis boni energia quaſi quodam retinaculo impedita diſtinetur, eo relabimur,ut prorſus de nobiſipſis deſperemus.Quando uero ad honeſtã illam grauitatem tuã conuertimur,ac cogitamus quod te eccleſiaſticarũ infirmitatum

dominus noſter medicũ cõſtituerit, animos reſumimus & ex deſperationis lapſu ad C ſpẽ rerũ meliorũ erigimur. Diſſoluta eſt omnis eccleſia, quẽadmodum neq; prudentia tua ignorat. Vides enim omnino quaſi ex quadã cõtẽplationis tuæ ſpecula, quæ ubiq; gerãtur: quomodo, perinde atq; cũ in mari, multis ſimul nauigãtibus uiolentia procellarũ pariter omnes nauiculæ inter ſe colliduntur, fitq; naufragiũ: partim quòd externa aliqua cauſa mare uiolenter perturbet: partim quòd ipſi nauigantes confuſe inter ſe inuicem occurrant, & in ſeipſos impellantur. Satis fuerit in iſta imagine depictum eccleſiæ malum, ut in illa liceat terminare ſermonem, cum & ſapientia tua non requirat plura, neq; præſens ſtatus parrheſiam nobis permittat. Et ad iſta quis ſufficiens gubernator? Quis tantæ fidei, ut credatur excitaturus dominum, qui & uentum increpet & mare? Quis alius quàm qui à puero in pietatis agonibus decertauit? Quoniam igitur iam quicunq; inter nos ſani ſunt circa fidem, ad eorum qui eiuſdem doctrinæ ſunt concordiam & unitatem iam dextrè accedunt, bona fiducia ad conſolationem tuæ clementiæ uenimus, ut omnibus nobis unica ſcribas epiſtola quæ quid agendum ſit admoneat. Nam ita uolunt, ut abs te initium ipſis fiat quid communiter dicendum tenendumq; ſit. Quoniam uero tibi propter memoriam præteritorum ſuſpecti forſan & inimici uidentur, hoc facito pientiſſime pater: epiſtolas ad epiſcopos ſcriptas mihi, tranſmitte, ſiue per aliquẽ eorũ quos illic habes fideles, ſiue etiam per fratrẽ noſtrum & Syndiaconũ Dorotheum, quas acceptas non prius ad eos dabo, niſi reſpõſa ab ipſis accepero. Quod ſi ita nõ fecero, peccator ero in te omnibus diebus uitæ meæ. Omnino aũt nõ eſt maiori timori obnoxiũ iſtud, ei qui ab initio ad patrem loquutus eſt, quàm mihi nũc eſt, quod ad te ſpiritalem partẽ loquor. Si uero hoc apud te planè deſperatum eſt, nobis permittit ut hanc cauſam ſuſtineamus, qui D ſine dolo ac ſimplici animo, deſiderio pacis, & mutuæ unionis inter nos idem in ijs quæ domini ſunt ſentientes, præditi, ad iſtam legationem & mediationẽ accedemus.

BASILII MAGNI AD EVNDEM.

LII. QVAM de dignitate tua iam olim concepimus opinionem, iſtam ſemper ipſe tẽporis progreſſus corroborat, immo & adauget acceſſiõibus eorũ quæ per partes efficiuntur. Quoniam pleriſq; aliorum ſatis habetur, ſi ſibi ipſi quiſq; circumſpiciat: at tibi iſtud haud ſatisfacit: ſed tantã geris omnium eccleſiarum curam, quantam eius quæ tibi peculiariter à domino noſtro concredita eſt: ita ut nullo nõ tẽpore diſputes, admoneas, ſcribas, frequenterq; mittas aliquos qui quid optimũ ſit admoneãt. Et iam quoq; † è ſacro cleri tui cœtu miſſum uenerandiſſimũ fratrem Petrum multo cũ gaudio excepimus, bonumq; peregrinationis ipſius laborẽ probauimus, quem iuxta dignitatis tuæ mandata exequutũ eſſe ſe oſtendit, conciliatis quæ erant cõtraria, à coniunctis quæ erant diuulſa. Vnde & nos ad rerum iſtarũ ſtudium nonnihil conferre uolentes accommodiſſimũ rebus iſtis initium fore arbitrati ſumus, ſi ueluti ad omniũ noſtrum uerticem ad tuam integritatẽ refugiamus, teq; & conſultore & rerum gerendarũ duce ac principe utamur. Hac de cauſa & fratrem noſtrum Dorotheum eius eccleſiæ quæ ſub colendiſſimo epiſcopo Meletio eſt, diaconum, bono circa rectam fidem zelo uſum, cupientemq; & ipſum eccleſiarum uidere pacem, ad pietatem tuã remiſi, ut conſilijs tuis obſequentem (quæ in illo & tempore & rerum experientia & quod ſpiritu conſilij reliquos excellis, certiora reddere potes) ita rebus agendis ac proſequendis admoueas, quem & abſq; dubio ſuſcipies,

† ἐκ τοῦ ἱεροῦ πληρώματος.

A ſuſcipies, oculiſq; pacificis aſpicies, confortans ipſum precum tuarum auxilio, inſti/ tueſq; in literis, imò & quibuſdam illic tuorũ ſtudioſis adiunctũ, ad propoſitũ duces. Viſum eſt aũt mihi conſentaneũ, ut ſcribatur Epiſcopo Romæ, ut quæ hic geruntur conſideret, detq; conſiliũ, & quoniam difficile eſt ut cõmuni ac Synodico decreto ali/ qui illinc mittantur, ipſe ſua autoritate in iſta cauſa uſus, uiros eligat, ad ferendas qui/ dem itineris moleſtias idoneos: uerũ iuxta ad hoc quoq; accõmodos, ut manſuetudi/ ne & facilitate ingenij eos qui diſtorti & obliqui apud nos ſunt corrigant, aptè ac di/ ſpenſatoriè ſermonẽ attemperantes omniaq; ſecũ habentes, quæ in Arimino ad ne/ ceſſariam ſolutionem geſtorũ illic, facta ſunt. Et hoc, nemine ſciẽte, abſq; ſtrepitu taci/ te, per mare ad eos qui hîc ſunt uendant, ne qui pacis ſunt inimici aduentũ ipſorũ prę/ ſentiſcant. Quęritur aũt & hoc à nonnullis illic, ut & nobis ipſis uidetur, neceſſariò, ut Marcelli hæreſim illi cũ uenerint, tanquã malam ac nociuã, & à ſana fide alienã exter minent. Quoniã ad hunc uſq; diem in omnibus quas ſcribũt literis, execrabilem qui/ dem Ariũ ſurſum ac deorſum uerſantes anathematizare atq; ex eccleſijs eliminare nõ ceſſant, Marcellum uero qui ex diametro reſpondentẽ Ario impietatẽ attulit, atq; cõtra eandem unigeniti diuinitatiſq; † eſſentiã impiè egit, uerbiq; appellationẽ malè uſurpauit, ne ſemel quidem accuſare uidentur, qui uerbum quidem unigenitũ uocari tradit, ratione miniſterij ac diſpenſationis, & quatenus in tempore natus prodijt: cæ/ terum ad eum unde egreſſus erat reuerſum, nec ante egreſſum fuiſſe, nec poſt regreſ/ ſum † exiſtere. Et huius experimentũ ac demonſtrationem reconditi apud me iniquæ illius ſyngraphæ libri cõtinent. Attamen iſtum nequaquã accuſare uiſi ſunt, cũ huius cauſam habuerint, ut qui ab initio illũ † iuxta ueritatis cognitionẽ, in eccleſiaſticã etiã B cõmunionem receperint. Igitur & illius decenter fieri mentionẽ præſentia negotia ex/ poſcunt. Itaq; ne occaſionẽ habeant qui occaſionẽ quærunt ex eo quod ſanctitati tuę cõiunguntur qui fide ſani ſunt, manifeſtandi ſunt omnibus qui ad ueram fidem clau/ dicant, & ut poſthac agnoſcamus conſentientes, & non perinde atq; in nocturna pu gna inter amicos & inimicos ſine diſcrimine uerſemur. Tantũ adhortare, ut mox cũ prima quaq; nauigatione prædictus diaconus mittatur, ut ſequenti anno fieri queãt, quorum & ipſe uidelicet curam habes. Et cum, qui mittendi ſunt, uolente deo, adue/ nerint, non inferant eccleſijs ſchiſmata: ſed magis idem ſentientes quouis modo ad u/ nitatẽ pertrahant: etiamſi quoſdam inuenerint, qui peculiaria quædam diſſidij inter ſe argumenta præferant: ne populum orthodoxũ à præpoſitis ſuis ſeparẽt, inq; mul tas partes diuidant. Curandum eſt enim, ut paci poſthabeantur omnia: & cũ primis Antiochenæ eccleſiæ medeatur: ne in illa ſyncera pars imbecillis facta † perſonarũ re/ ſpectu ſcindatur. Tu uero hæc omnia tandem magis ipſe quàm nos curabis: quan/ doquidem, quod & auxiliante deo precor, intelligis omnes tibi quæ eccleſiarum ſta/ tum concernunt, permittere ac commendare.

Epiſcopus Romæ.

ὑπαρξιν.

Error Marcellianorum.

ὑφιστάναι.

κατ' ἄγνοιαν ἀληθείας.

πρὸς τὰ πρόσωπα

BASILIVS ATHANASIO EPISCOPO ANCYRAE.

LIII.

NVNCIARVNT mihi quidã ex Ancyra, ad nos uenerũt multi ſanè & qui non facile numerentur, idq; concordi relatione, te charum nobis caput, quod cũ laude tua dixerim, non admodum iucundam facere noſtri men tionem, neq; ſecundum ingenij tui conſuetudinẽ. Me uero nihil rerũ hu/ manarũ, mihi crede, perterrefacit, neq; inopina eſt cuiuſcũq; immutatio, qui iam olim naturę imbecillitatem & ad contraria inuertendi procliuitatem perdidici. Vnde fit, ut

A infirma mundi & abiecta elegit deus,& per illos ſæpenumero eorũ qui ſaluandi ſunt ſalutẽ diſpenſat.Porrò quod dico & admoneo hoc eſt.Quod omnis quidem ſermo, & quælibet competens actio, circunſpectè peragenda,& ſecundum Apoſtolicũ præceptũ nulla aliqua in re danda ſit offenſio . Eum nanq; uirũ,qui ſcientiarũ diſciplinæ plurimũ operæ nauauit,gentiumq; & urbium principatus gubernauit, & ad magnã progenitorum uirtutẽ zelo quodam fertur,etiam quod ad uitam attinet,exemplum uirtutis proponi puto.Affectum quidem erga liberos,ſermone iam nõ debes oſtendere,quẽ olim declarâſti,ex quo pater factus es,non ſolũ naturali amore quo & bruta animãtia fœtus ſuos proſequũtur: ſed maiore etiã uſus, ut & ipſe dixiſti,& ipſa experientia demonſtrat,ſed tanto latius ex animi uidelicet promptitudine intẽdere dilectionem,quanto magis ſtatũ eccleſiæ talem eſſe uides,qui paternas preces efflagitet. Itaq; non fuerit opus ut iſtis nos fidem faciamus. Nam quæ geruntur ſatis adferunt teſtimonij.Illud uero nõ importunè ueritatis gratia adijciã , quod frater Timotheus chorepiſcopus nõ is eſt,qui quæ diuulgata ſunt ad nos detulerit. Neq; enim præſenti colloqui,neq; literis aliquid ſiue modicũ ſiue magnũ , quod calumniã habeat,de te loquutus deprehẽditur.Audiuiſſe quidẽ nõ negamus:negamus uero Timotheũ eſſe qui calũnias in te fabricauerit.Cum aũt omnino audiuerimus , ſi nihil aliud, uel illud Alexandri ſaltẽ dicemus, alteram auriculam delato illibatã ac ſynceram conſeruamus.

BASILII MAGNI AD AMBROSIVM epiſcopum Mediolanenſem.

MAGNA ſemper & multa quidem ſunt domini noſtri dona, quorum neq; magnitudo mẽſurabilis,neq; multitudo numerabilis eſt:unũ uero,quod inter maxima reputari poteſt ab ijs,qui non difficili beneficiorum dei ſenſu tanguntur,& præſens,hoc eſt, quod quàm longiſſimè propter locorũ diſtantiã ſeiunctis per literarum alloquium mutuò coaleſcere dedit. Largitus eſt aũt duplicem cognoſcendi modum. Vnum per præſentẽ conuictũ & congreſſum. Alterum per conſuetudinẽ literariã.Quoniã igitur te per ea quæ locutus es cognouimus: cognouimus uero non ex eo quòd nota quædã corporis tui mẽti noſtrę impreſſa ſit: ſed quod interioris hominis tui pulchritudinem ueluti ex uariegata ſermonũ pictura cognouimus.Nã quiſq; noſtrũ ex abũdantia cordis loquitur.Glorificauimus aũt deum noſtrũ,qui ex quauis mortaliũ generatione eos qui ſibi placuerint deligit. Qui olim quidẽ ex paſtoribus ouiũ populo ſuo principẽ excitauit,& Amos de grege caprarum ſumptũ ſpiritu ſuo inſtruxit,& ad propheticã dignitatem extulit:nunc uero uirũ ex urbe regia,cui totius gentis principatus cõcreditus erat , ſapientia ſublimẽ, generis claritate,uitæ ſplendore,† ſcientiarũ facultate,& rebus ſecularibus illuſtrẽ,ad gregum Chriſti paſturã traxit , qui proiectis huius uitæ prærogatiuis proq; damno habitis, ut Chriſtũ lucrifaceret,cõmiſſa ſibi magni ac præclari nauigij,eccleſiæ uidelicet dei,in fide Chriſti,gubernacula accepit.Agè igitur ô homo dei,quandoquidẽ nõ ab hominibus accepiſti aut doctus es Euangeliũ Chriſti , ſed ipſe te dominus è medio iudicũ terræ deſumptũ ad pręſidentiã Apoſtolicã tranſtulit: certa bonũ certamẽ, corrige ac moderare infirmitatẽ populi,ſi qua Arianæ ueſanię labe tactus eſt: renoua priſca patrũ ueſtigia: & quod dilectiõis erga nos fundamentũ ieciſti in ipſam ſtructurã aſſiduitate mutui noſtri alloquij excitare ac prouehere ſtude. Nam hoc pacto ſpiritu poterimus cõiuncti eſſe,licet terreſtri habitatione q̃ longiſſimè alter ab altero diſſiti ſimus.

LV.

† λόγων δυνάμει. uel ſermonis facultate.

BASILII MAGNI AD MELEtium epiſcopum.

LVI. SI quo pacto pietati tuæ notum fuiſſet,quam magno nos quotieſcũq; ſcribis gaudio afficias, nunquam, ſanè ſcio, oblatam ſcribendi occaſionem neglexiſſes:ſed ſtudio quoq; multas ſemper ad nos epiſtolas dediſſes:ut qui ſcias adflictorum recreationi apud diuinam benignitatem reconditam eſſe mercedem. Nam omnia hic dolore plena ſunt, & ſola nobis malorũ auerſio eſt ſanctitatis tuæ cogitatio, quam nobit euidentiorem indit, rerum tuarum quæ omni ſapientia & gratia abundant, commemoratio. Itaq; ſi quando epiſtolam tuam in manus ſumimus, primum qua ſit menſura inſpicimus, illamq; tantum diligimus, quantũ uerſuũ multitudine abundat. Deinde dum illam legẽdo percurrimus, perpetuò quidẽ donec ſermoni illius immoramur gaudemus: ubi uero fini epiſtolę appropinquare cœpimus, dolemus. Ita ſcilicet quodcũq; bonũ dixeris literis tuis cõtinetur. Quod enim ex corde bono promanat, bonum eſt. Si uero precum tuarum interuentu donec in terra iſta ſumus, & præſenti ad ipſum conſpectum alloquio digni haberemur,& ab ipſa uiua uoce ſalubres doctrinas aut cum ad præſens tum futurum ſeculum commeatus accipere promereremur,iſtuc utiq; maximum bonum iudicaremus, & prœmiũ nobis ipſis diuinæ beneuolentiæ arbitraremur. Et iam quoq; iſto deſiderio correpti ſumus, ſicut germaniſſimi & omnino fraterno amore præditi nos confirmârũt:quorum ne literis propoſitum publicem,fratri Theophraſto ut ſingula integritati tuæ ſignificet,expoſui & commendaui.

BASILII MAGNI AD EVNDEM.

LVII. HACTENVS quidem apud nos religioſiſſimum fratrem Dorotheum ſyndiaconum detinere uoluimus,ut ſub finẽ rerum prӕſentiũ dimiſſus ſingulas res geſtas dignitati tuæ ſignificaret. Quoniã uero dum diẽ ex die ducimus in longũ tempus,& ſimul ab ipſis rebus propoſitis differimur,miſimus prædictum hunc uirum,ut & ſanctitati ueſtræ loquatur, & per ipſum ſingula referantur,& quid nos ſuggeramus oſtendat,ut ſi cogitationes noſtræ cõmodæ & utiles uideãtur apud integritatẽ ueſtrã, hoc ſtudij impendatur,ut opere perficiãtur. Vt uero ſummatim ac breuiter dicã. Decretũ eſt,ut hic ipſe frater noſter Dorotheus Romã uſq; proficiſcatur,& permoueat quoſdã ex Italia, ut nos inuiſant, idq; per mare, quò eos effugiant à quibus poterũt impediri. Intellexi enim eos qui apud rerũ domi nos potẽtes ſunt,nihil neq; uelle illis neq; poſſe de cauſſa eiectorũ ſuggerere ,ſed hoc lucro deputare,ſi nihil in eccleſijs peius geri uideatur. Igitur ſi & prudentiæ tuæ conſilium noſtrum utile uiſum fuerit, dignabere & epiſtolas formare, & monita dare, de quibus oporteat ipſum narrare, & ad quos, & quando, ut fidem & autoritatem habeant literæ:comprehendes ſimul non admodum conſentientes,etiam ſi non adſint. Quæ uero hic geruntur in obſcuro ſunt: propterea quod Euippius quidem aduenit, nihil uero dum definiuit. Minantur ſanè etiam eorum quos ex Armenia tetrapoli,& Cilicia conſentientes habent futurum concurſum.

BASILII MAGNI AD EVNDEM.

LVIII. LITERAS accepi à pientiſſimo epiſcopo Euſebio quibus mandatur ut Occidentalibus iterũ de quibuſdã eccleſijs ſcribatur. Et uoluit quidẽ ut à nobis ſcribatur epiſtola:ab omnibus uero cõſentientibus ſubſcribatur. Quoniã

igitur non

A igitur nõ inueni quomodo de quib. ille præcepit ſcriberẽ cõmentariũ pietati tuæ miſi, ut & illo potitus, & ſimul ijs quę à deſideratiſſimo ſympresbytero Sacteſimo referẽtur, intus ipſe de his rebus, iuxta quod mẽti tuę ſuggeſtũ fuerit, ſcribere digneris. Nos parati ſumus cũ illo paciſci, & facere ut literas properè ad conſentientes deportet, ut omniũ habitis ſubſcriptionibus proficiſcatur auolaturus hinc ad epiſcopos Occidentales. Quod ſanctitati tuæ in mentẽ uenerit uelociter nobis ſignificari, iubeas, ne quæ tibi uiſa fuerint ignoremus. De ijs quæ Antiochiæ aduerſum nos aguntur, uel iam etiam inſidioſe fingũtur, idem ipſe tibi frater aperit: niſi ipſa fama geſtorum illum pręueniens manifeſta faciat quæ acta ſint. E uicino ſpes eſt, ut quæ minitantur tandem exitum ſortitur. Volo autem pietatem tuam ſcire, quòd frater Anthimus Fauſtum cum Papa agentem epiſcopum ordinauit neglectis iuſtis ſuffragijs, † uenerandiſſimi fratris Cyri, quem tu ordinaſti, ita ut Armeniam ſeditione repleuerit. Vide igitur ne mendacijs nos opprimant, neq; ipſi † ſed † ut conſtanter quæ fiunt ſuſtineamus iſta grauitati tuę ſignificaui. Dignaberis autem abſq; dubio & ipſe reliquis ea manifeſta re. Adultos enim iſtam rerum confuſionem mœſtitia affecturam puto.

locus hic defectum habet. uel retectoq; uenerãdiſſimo fratre Cyro. uel ut in ijs quæ à nobis fiunt conſtantiam tueamur.

BASILII MAGNI AD EVNDEM. LIX.

SCIEBAM integritatis tuę auribus inſolentẽ fore expoſtulationẽ, quæ iam incũbit: propterea quòd omnia dixeris leui ac futili Apolinario. Etenim neq; ipſe huius ante id tẽporis gnarus eram, ſed iam Sebaſteni alicunde illud perſcrutati, in mediũ attulerunt ac circumferũt uolumen: ex quo potiſſimũ & nos condemnãt, ut qui eadem ſentiamus: quòd & tales habet loquutiones, ita ut illas ubiq; cõiunctim, imò alternis unitè neceſſariũ ſit intelligere, dum primam

B identitatẽ & ſecundam & tertiã eandem eſſe dicũt. Quod enim primo loco pater eſt, hoc eſt ſecundo & filius, & tertio ſpiritus: rurſus quod primo ſpiritus eſt, hoc ſecundo filiũ dicunt, quatenus ſpiritus eſt deus. Et ut uiolentius arcanũ ſignificetur, patrẽ paternè filium, filium uero † filij more patrem eſſe. Et eodem modo de ſpiritu dicunt iuxta quod unus deus eſt trinitas. Iſta ſunt inuulgata, quæ nunquam credere poſſumus eorũ eſſe figmẽta, à quibus proferũtur: licet ex ipſorum aduerſus nos calumnia arbitror nihil eſſe quod non audeant. † Cum enim aduerſariorum ſententias ſcripſiſſent, non contenti etiam calumniam contra nos ſubiecerunt: iſta quidem hæreticorum uerba nominaremus exprimentes: autorem uero commentarij celantes, ut pleriſq; uideatur nos eſſe † ſcriptores. Verum tamen, ut mihi ipſi perſuadeo, nondum eo uſq; proceſſit ipſorum techna, ut uerba concinnent. Hinc eſt, quod coacti ſumus uiri mentionem facere, ut qui ad Sabellij impietatem accedat, ad hoc, ut calumniam illam quæ aduerſum nos inualuit depellamus, conſpicuumq; faciamus omnibus, nihil nobis cum illis eſſe commercij, qui ad eum modum loquuntur. Et tantum de iſtis. Venit autem nuntius quidam ex caſtris, ſub primam Imperatoris motionem, ad quam illum impulerunt qui calumnias aduerſum nos effuderunt, retulitq; alterum quoddam captum eſſe conſilium, ita ut accuſatoribus non demur expoſiti, neq; uoluntati illius tradamur, quod ab initio decretum erat: ſed ut interea quædam cauſæ prorogatio ac dilatio fiat. Siue igitur iſta ita maneant, ſiue aliud quid iſtis humanius decernetur, pietati tuæ ſignificabimus. Si uero priora obtinebunt, ne hoc quidem celaberis. Sacteſimus ſane frater prorſus iam diu apud nos eſt, & quid requirat integritati tuæ innotuit. Itaque ſi uidetur epiſtola ad Occidentales neceſſarium quid

υἱικῶς.

locus defectũ habet.

λογογράφοι.

complecti,poſtquam eam fide dignam ſcripſiſti ad nos tranſmitte,ut curemus ab o- C
mnibus conſentientibus ſubſcribi, & parata habeatur ſubſcriptio, chartæ impreſſa,
defectus. quā cōiungere poſſumus ei quę à fratre†ſympresbytero circunfertur.Ego ſiquidem,
quoniam cauſæ ſummā in cōmentario inueni,non habui qua de re ſcriberē Occiden
talibus. Nam quę neceſſaria uidentur,iam anticipata ſunt,& ſuperflua ſcribere omni
no uanū:de ijſdem uero moleſtum eſſe,nunquid ridiculum etiā fuerit.Illud uero mihi
ὑπόθεσις ἀ- †argumentū uelut intactū adhuc eſſe, locūq; dare ſcribēdi uiſum eſt,admonere illos,
γύμναστος. ne ſine diſcrimine quorumuis communionem ex Oriente uenientium accipiant, ſed
una ſemel electa parte, reliquos ex conſentientium teſtimonio admittāt, & nō cuiuis
ſub prętextu orthodoxæ doctrinæ fidei formulam ſcribendi aſtupulentur.Nam iſto
pacto deprehendentur, cum aduerſarijs facientes, qui eadem ſæpenumero uerba
prætexunt quidem, inter ſe uero pugnant, ut qui plurimum diuiſi diſſidenteſq; fue-
re.Ne igitur amplius hæreſis eorum qui inter ſe mutuo diſſident,per ipſorum ſcripta
quæ prætexere & obijcere ſolent, incautos ſeducat,admonendi ſunt, ut arcanas acce-
dentium communiones,& ſcriptis iuxta formam eccleſiaſticam cōprehenſas faciant.

BASILII MAGNI ECCLESIAE ANTHIOCHENAE

LX. QVIS dabit mihi alas inſtar columbæ? & uolabo ad uos, explebo q; deſide-
riū quo ad dilectionis ueſtræ cōgreſſum aſpiro. Nunc uero non ſolum alis
deſtituor, ſed ipſo quoq; corpore, quod & longa iamdudū ægrotatione
confectū,& nunc cōtinuis tribulationibus prorſus attritū eſt.Quis enim uſq; adeò a-
nimo eſt adamantino? quis ita planè omnis cōmiſerationis expers & immitis, qui cū
audiat quomodo undiq; nos gemitus ac luctus ueluti ex triſti quodā choro cōmuni
quadam ac cōſona lamentatione applorante impetat,non condoleat animo,inq; ter D
ram præ luctu deflectatur, & immenſis iſtis curis omnino tabeſiat? Sed poteſt ſan-
ctus deus aliquam ab immenſis ac deploratis curis dare relaxationē,& à diuturnis la
boribus quandam largiri reſpirationē.Itaq; & uos oro,ut eandem conſolationē am-
plectamini,ac ſpe conſolationis cū gaudio præſentem tribulationū luctū toleremus.
Siue nanq; peccatorum pœnas damus,ualebūt ad hoc flagella, ut poſthac iram dei,
quæ imminebat,auertant:ſiue in certaminibus quę pietatis gratia decertamus,per tri
bulationes corroboramur, iuſtus eſt Athlotheta ut non ſinat nos tentari ſupra id
quod ferre poſſumus: ſed pro toleratis iam laboribus, patientiæ nobis & ſpei in ip-
ſum coronam reddat. Ne igitur ad decertandos pietatis agones defatigemur, neq;
per deſperationē quæ iam decertata ſunt amittamus. Non enim uno actu fortitudi-
nis,neq; modico quodam labore conſtantis animi ſpecimen datur,ſed qui corda no-
ſtra probat,longa nos ac prorogata probatione uult iuſtitiæ coronam adeptos de-
monſtrare. Duntaxat cōſtans ac fidelis ſeruetur animus noſter,fidei noſtræ in Chri-
ſtum robur cuſtodiatur immotum,& breui ac uelociter ueniet auxiliator,ueniet & nō
tardabit. Amplectenda enim tribulatio ſuper tribulationem,ſpes ſuper ſpem, adhuc
modicū,adhuc modicū. Ad iſtum modum alumnos ſuos ſpiritus ſanctus futurorum
promiſſione recreare nouit. Poſt tribulatiōes enim ſequitur ſpes. Quæ uero ſperātur
è uicino ſubſequūtur. Nam etiamſi uniuerſam hominū uitā quis obiecerit: breuiſſimū
tamē eſt illius ſpatiū,reſpectu infiniti ſeculi quod in ſpe noſtra reconditū eſt. Fidē aūt
nos neq; recentiorē ab alijs conſcriptā acceptamus:neq; ipſi mētis noſtrę fœtus alijs
obtrudere audemus:ne humana putentur pietatis uerba, ſed quæ à ſanctis patribus

A edocti ſumus, ea rogantibus nos annuntiamus. Eſt itaq; eccleſiæ noſtræ à patribus adminiſtratæ etiam à ſanctis patribus, qui Niceæ conuenère, conſcripta fides, quam tametſi arbitramur oretenus & apud uos in uſu haberi, non tamẽ detrectabimus, ne deſidiei crimine notemur, ipſa quoq; uerba literis annotare. Sunt aũt iſta. Credimus in unum deum patrẽ omnipotentẽ, uiſibilium omniũ & inuiſibilium factorẽ. Et in unum dominũ Ieſum Chriſtum, filiũ dei, genitũ ex patre unigenitũ, hoc eſt, †ex patris eſſentia, lumen ex lumine, deum uerũ ex deo uero, genitũ nõ factũ, † coëſſentialem patri per quem omnia facta ſunt & quæ in cœlo ſunt & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtrã ſalutẽ deſcendit è cœlis, incarnatus eſt, homo factus eſt, paſſus eſt, reſurrexit tertia die, aſcendit ad cœlos, uenturus ad iudicandum uiuos ac mortuos. Et in ſpiritum ſanctũ. Eos uero qui dicunt, erat aliquando tempus quando non erat, & antequã gigneretur nõ erat, & quod ex nõ exiſtentibus factus ſit, aut† ex alia ſubſiſtentia eſſe, uel uertibilem aut alterabilem filium dei dicunt, anathemate Catholica & Apoſtolica eccleſia condemnat. Iſtis credimus. Quoniam uero doctrina de ſpiritu ſancto indefinita eſt, propterea quòd tum nondum comparerent pneumatomachi, an condemnandi ſint qui ſpiritum ſanctum creatæ ac ſeruilis eſſe naturæ dicunt, in ea ſynodo nulla facta eſt mentio. Nihil enim prorſus creatum eſt in diuina & beata trinitate.

Symbolum Niceni conſilij.
ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός.
ὁμοούσιον τῷ πατρί.
ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας.
Bellum contra ſpiritũ gerentes.

OCCIDENTALIBVS FRATRIBVS ET epiſcopis Baſilius.

BONVS deus, qui tribulationibus ſemper admittit cõſolationes, & nũc nobis in multitudine dolorũ mediocrem aliquam conſolationẽ aſſequi dedit ex literis, quas à ueſtra rectitudine colendiſſimus pater noſter Athanaſius epiſcopus acceptas nobis ſanę fidei teſtimoniũ, & inoffenſę cõſenſionis ac concordiæ demonſtrationẽ habentes tranſmiſit: ita ut ex illis paſtores & patrum inhærere ueſtigijs, & populum domini, cum intellectu ac ſcientia paſcere declarentur. Hæc omnia uſq; adeò nos exhilarârunt, ut ad ridendum ſtatim triſtem hunc rerũ ſtatũ in quo ſumus, animos noſtros impulerint. Solatiũ uero auxit nobis dominus etiam per religioſiſſimũ filiũ & ſyndiaconũ Sabinũ, qui & rerũ ueſtrarũ proſperitatem diligenter prædicando animos noſtros refocillauit: qui & noſtra per experientiam edoctus euidenter uobis exponet, ut cũ primis quidem continua ac ſedula prece apud dominũ nos adiuuetis: deinde uero quantã poteritis cõſolationẽ & opem laborantibus & afflictis eccleſijs adferre ne detrectetis. Defatigata enim hic eſt, fratres colendiſſimi & animo planè deſponſo eccleſia, propter continuos rerũ aduerſarũ aſſultus: perinde atq; ſi in medio mari nauigiũ aliquod ſuccedentibus inuicem fluctuũ colliſionibus agitetur: niſi repentina quadam dominicæ bonitatis cura & uiſitatione liberetur. Quemadmodum igitur nos concordiã & unitatem ueſtrã, qua mutuo inter uos iſthic fruimini, inter propria nobis bona deputamus: ita & uos oportet in hiſce diſſidijs, quibus premimur, nobiſcũ collaborare: ita ut nõ ideo mutuam inter nos cohæſionẽ facta propter locorũ diſtantiã ſeparatione deſeramus, ſed quoniam ſpiritus cõmunione unimur, ad unius corporis conſenſum mutuo nos cõplectamur. Sunt autem quę nos adfligunt ſatis nota, etiam ſi nihil illorum dicamus. Nam rumor eorum in uniuerſo orbe diuulgatus eſt. Spreta ſunt patrum decreta: apoſtolicæ traditiones nihili fiunt, recentiorum hominum adinuentiones ad gubernandas eccleſias

LXI.

B

uſurpantur

τεχνολογοῦσιν λοιπὸν οὐ θεολογοῦσιν οἱ ἄνθρωποι. uſurpantur, †ex artificio denicp iam loquũtur homines nõ theologicè: ſapiẽtia mundi primas obtinet, neglecta crucis gloria pelluntur paſtores: ſubintroducuntur in illorũ locũ lupi graues gregẽ Chriſti diſcerpentes: ædes oratoriæ concionibus eccleſiaſticis deſtitutæ: ſolitudines refertæ ſunt plangẽtibus: ſeniores lamentantur uetera præſenti bus cõferentes: iuniores hoc ſunt miſerabiliores, quòd quibus bonis priuati ſint igno rant. Iſta quidem ſuffecerint ad hoc ut ad cõmiſerationem permoueãtur, qui dilectio ne Chriſti imbuti ſunt. Si uero ad rerũ ipſarũ ueritati ſermo hic collatus fuerit, pluri mum aberit, ut illas pro dignitate deploret. Si itaqꝫ aliquod eſt dilectionis ſolatiũ, ſi qua cõmunicatio ſpiritus, ſi qua uiſcera & cõmiſerationes, permoueamini ad ſuccur rendũ nobis. Arripite pietatis zelum, eximite nos ex iſta tẽpeſtate. Dicatur & apud nos cum fiducia & ſecuritate præconiũ illud patrũ, quo execrabilis Arij hæreſis ſub uertitur, & eccleſiæ in doctrina ſana corroborantur, in quo filius patri coëſſentialis aſ ὁμοούσιος. ſeritur, & ſpiritus ſanctus pari honore cõnumeratur & adoratur: ita ut quã uobis do minus pro ueritate fiduciã, & in confeſſione ueritatis ac ſalutiferæ triadis gloriam & exultationem dedit, eandem, & nobis per ueſtras preces & mutuum ſubſidium largia tur. Singula uero ſuprà dictus ſyndiaconus dilectioni ueſtræ ſignificabit. Quæcunqꝫ autẽ à dignitate ueſtra canonicè geruntur conſentientes amplectimur, Apoſtolicum ueſtrum pro orthodoxa doctrina zelum approbaturi.

ECCLESIAE NEOCAESARIENSI CONſolatoria Baſilij Magni.

LXII. EFFLAGITABANT quidẽ quæ acciderunt ut præſentis ipſi corã eſſemus, & unà uobiſcũ debitum beato honorẽ perſolueremus, & in triſti iſta cala mitate ipſo aſpectu mœrentibus uobis cõiungeremur, ſimulqꝫ in neceſſa rijs conſilia cõmunicaremus. quoniam uero multa ſunt quæ corporalem noſtri coniunctionẽ prohibent: reliquũ erat uel literis uobis in rebus iſtis pręſentibus cõmunicare. At uiri huius uirtutes, in quarũ potiſſimũ priuatiõe intolerabili nos affe ctos eſſe damno reputamus, tantæ ſunt, ut epiſtolæ menſurã excedant. Et alioqui in tempeſtiuum fuerit de multitudine eorũ quæ uir iſte probè ac fortiter geſſit ſermonẽ iam inſtituere: cũ animus noſter admodum ſit ex mœrore deiectus. Quid enim illius tale eſt, quod uel memoriæ noſtræ excidere, uel ſilentio obtegi mereatur? Iam omnia ſummatim ac ſemel dicere, impoſſibile fuerit: particulatim uero ſi uoluero, uereor ne nõ ſim impar futurus ueritati. Mortuus eſt uir, omniũ lucidiſſimè eos quos iuxta ſe habebat omnibus ſimul humanis bonis excellẽs, fulcimentũ patriæ, eccleſiarũ decus, colũna & firmamentũ ueritatis, robur eius quæ in Chriſtũ eſt fidei, ſuorũ munimẽtũ, aduerſarijs inexpugnabiliſſimus, cuſtos rituũ paternorũ, inimicus nouandarum rerũ ſtudio, qui in ſeipſo uiſendã præbuit priſcã eccleſiæ formã, uelut ad ſacrã quãdam ue teris ſtatus imaginẽ eccleſiæ ſibi cõmiſſæ faciẽ effingẽs: ita ut ſubditi illius cũ illis uixiſ ſe uideãtur, qui ante ducẽtos annos, & ultra, inſtar luminariũ reſplenduerũt: ita nihil de ſuo, nihil quod nouæ alicuius cogitatiõis inuentũ reſiperet, in mediũ attulit hic uir: ſed iuxta benedictionẽ Moyſi ex ipſis arcanis cordis ſui ac bonis theſauris uetera ue terũ, & quę ante faciẽ iuniorũ uetera eſſent, proferre nouit. Hac ſanè ratione & in ipſis conſortiũ ac coæqualiũ cõſilijs primo honore potitus eſt, nõ propter ætatis prærroga tiuã: ſed quoniã omnes ſapiẽtiæ uetuſtate ſuperabat, cõmuni cõſenſu & cõdonatione primas obtinuit. Quantũ uero lucri dederit talis inſtitutio, nemo quęſierit, qui ad uos reſpexe-

A reſpexerit. Nam ſoli inter eos quos nouimus uel admodum cum paucis in tanta re-
rum tempeſtate ac turbine tranquillam per illius gubernationem uitam egiſtis. Non
enim apprehendit uos hæreticorũ ſpirituũ procella quæ mentibus leuiuſculis & ſedu
ctioni facile expoſitis, ſubuerſiones adfert & naufragia. Neq; uero unquã apprehen-
dat, precor ô dominator omniũ, qui famulo tuo Gregorio, qui crepidã eccleſię ab ini
tio bene commiſſam accepit, conſtantis tranquillitatis gratiã dediſti. Hanc nolite uos
pręſenti tempeſtate amittere, neq; threnorũ immodeſtia, & rebus triſtibus uos ipſos
exponendo, opportunitatẽ neceſſaria curandi inſidiatoribus prodere: ſed ſi omnino
lugendũ eſt, quod nõ dico, ne ſimiles ſimus hac in re illis qui ſpem nõ habent, ſi uide-
tur, ordinato uoſipſis coryphęo, aliquo decẽter & cõcordi fletu cũ illo plorate. Quan
quam etiamſi ad extremã ſenectam uir iſte nõ peruenit: at certè quod ad tempus atti
net ad præſidendũ nobis ſatis uitæ habuit: & corporis uiribus tantũ potitus eſt, quan
tum ad declarandam animi tolerantiã in rebus mœſtis opus habuit. Cogitabit aũt
forſan aliquis ueſtrũ quod & tempus, cõpaſſionis augmentũ, & amoris acceſſio, ad ſa
tietatem ijs qui experti ſunt nõ faciũt: ita ut quanto prolixore tempore beneficiũ ex-
perti eſtis, tanto amplius amiſſionẽ illius ſentiatis: corporis uero iuſti uel umbrã apud
pios quouis honore dignã eſſe. Et ſit quidem, quod multi ueſtrũ hoc animo præditi
ſitis. Neq; enim ipſe quoq; uirũ iſtum negligendũ eſſe dico, ſed ut quod triſte accidit
humano more feratur conſulo. Quandoquidem & me ipſum haud fugit, quænam
ab illis dici poſſint, qui damnũ acceptum deplorant. Silet quidem lingua, aliâs inſtar
fluuiorũ ad aures alluens: cordis uero profundum, nemini conprehenſibile, ſomnijs
imbecillius (quantũ ad homines attinet) auolauit. Quis acutius illo futura præuidit?
B Quis tam ſtabili ac ſolido ingenio idq; fulmine citius ad occurrendum imminentibus
cauſis ſuffecerit? O ciuitas multis quidem iam occupata perturbationibus, à nulla ta-
men illarũ ad iſtum modum letali damno affecta. Obtigit nũc quidem pulcherrima
tibi uenuſtas: eccleſia uero lamentatur, ſolemnes cõuentus lugent: ſacer ſeniorum con
ſeſſus coryphęum aliquẽ deſiderat: ſermones myſtici interpretẽ ſuum: expectãt: ado
leſcentes patrẽ, ſenes æqualẽ, qui in magiſtratu ſunt principẽ, populus præſidentẽ, ali
monia deſtituti nutritorẽ, proprijſſimis omnes illũ nominibus implorãtes, iuxta pro
priam quiſq; affectionẽ proprijs & accõmodis quoq; uocibus ipſum deplorãt. Sed
quò mihi ſermo præ lacrymarum uoluptate rapitur? An ſobrietati non reſtituemur?
Non reddemur nobiſipſis? Non reſpiciemus ad cõmunem dominum, qui poſtquã
unumquenq; ſanctorum ſuæ ætati ſeruire permiſit, cõpetenti tẽpore illos iterum ad
ſe reuocauit? Iam in iſta tempeſtate cõmodum quæ ille dixit ad memoriã reuocate,
qui cum uobis concionaretur perpetuò reprimebat ac denuntiabat dicens, cauete ca
nes, cauete malos operarios. Multi ſunt canes. Quid dico canes? Imò lupi graues, qui
ſub prætextu ouicularum fraudem tegentes, Vbiq; terrarum gregẽ Chriſti diſſipãt,
qui uobis præſidio uigilantis cuiuſdã paſtoris cauẽdi ſunt. Hunc animis ab omni con
tentione & ambitione repurgatis petere ueſtrũ eſt: domini uero deſignare, qui à tẽpo
re magni præſidis eccleſiæ ueſtræ Gregorij uſq; ad beatum iſtum, alium poſt alium
ſemper, quaſi ex quadam pretioſorum lapidum ſerie, depromptos adijciens & ada-
ptãs admirabilẽ eccleſiæ ueſtræ pulchritudinẽ largitus eſt. Itaq; neq; deinceps de fu
turis deſperãdũ eſt. Nouit enim dominus ſuos, & in mediũ eos plerũq; producit, de
quibus apud nos forſan nihil tale expectatur. iam olim ſermonẽ terminare uolẽtem,
dolor

dolor cordis non permittit, quin obteſter uos per patres, per rectã fidem, per beatũ C iſtum, ut uigili mẽte quiſq; ueſtrũ quid ſibiipſi quærat, expendat: & quocũq; res, ſiue bene, ſiue malè cadãt, ſe cũ primis illarum participẽ fore putet: neq; publicarũ rerum curam, quod multi aſſolent, in proximum reijciat: ne poſtea dum eodem ſinguli animo res agendas negligitis, antequam animaduertatis, proprium ſibi quiſq; malum per incuriam accerſatis. Iſta, ſiue tanquam ex uicinorum cõmiſeratione, ſiue ex eadem ſentientium cõmunicatione dicta, aut etiam, quod uerius eſt, tanquam ab ijs, qui legi dilectionis obediunt, & periculũ quod ſilentibus timendum eſſet, fugiũt, cũ omni beneuolẽtia accipietis, perſuaſi quòd gloria noſtra ſitis, quẽadmodum & nos ueſtra, in diem domini, & quod propter paſtorem qui uobis dabitur, futurum ſit, ut uel amplius & arctius dilectionis uinculo uniamur, uel prorſus diſiungamur, quod abſit oro, nec fiet, per gratiã dei. Neq; ipſe iam ſanè quicquã maledicti dixerim in quenquã. Hoc aũt ſcire uos uolumus, quod etiamſi beatũ iſtum ad conſeruandam eccleſiarum pacẽ coniunctũ nobis non habemus, propter quaſdam, ut ipſe uobis aſſeruit, anticipationes: at certe ab eo quod eadẽ ſentiremus cũ ipſo, & ad certandum aduerſus hæreticos, perpetuò coniungeremur, teſte deo, & hominibus illis qui noſtri experientiam ceperunt, nunquam defecimus.

CLERICIS ECCLESIAE NEOCAESARIANAE epiſtola Baſilij Magni.

LXIII. *Apologetica eſt*

QVOD concordi nos odio proſequimini, & ad unũ quiſq; omnes ei adhæretis, qui belli, quod aduerſum nos geritur, dux eſt, ut erga omnes uos pariter ſilẽtio hactenus ſtuduerimus, & neq; amicis uos literis, neq; aliquo prouocauerimus alloquio, ſed dolorẽ noſtrũ ſilentio cõtinuerimus, D cauſam dedit. Quoniã uero ad calumnias tacendũ non eſt, nõ ut contradicendo nos ipſos ulciſcamur, ſed ne mendacio inoffenſum progreſſum permittamus, aut eos qui ſeducti ſunt damno quo afficiuntur inhærere ſinamus, neceſſariũ mihi uiſum eſt & hoc omnibus proponere, ueſtræq; prudentię ſcribere, licet & paulo ante cũ omnibus præsbyteris ſcriberemus, nullo nos reſponſo dignati ſitis. Nolite aſſentari fratres, ijs qui prauas adferũt animis ueſtris opiniones: neq; populum dei impijs doctrinis ſubuerſum propter ueſtrã uelitis ſcientiã contemnere. Sabellius Libijs, & Marcellus Galates ſoli ex omnibus iſta & docere auſi ſunt & ſcribere, quæ nũc apud uos ueluti propria eſſent ipſorum inuẽta in mediũ adferre conantur: qui populum inſtituũt, lingua perſtrepentes, & ne ad ueriſimilẽ quidẽ probationẽ ſophiſmata iſta & paralogiſmos deducere ualentes. Hi ſunt, qui fanda atq; nefanda publicis aduerſum nos concionibus eiaculantur, noſtrũq; ſummo ſtudio cõgreſſum declinant. Quamobrẽ? An non ideo quod ſe de prauis ſuis doctrinis coarguẽdos ſuſpicantur? Iſti tantã cõtra nos impudentiã induerũt, ut & ſomnia quædã in nos cõminiſcantur, doctrinã noſtrã tanq̃ nociuã traducẽtes: qui tamẽ, etiamſi capitibus ſuis uniuerſa eorũ menſiũ quibus arborũ folia ſternũtur phantaſmata cõplecterentur, nullã nobis prorſus poterũt aſpergere calumniã: quandoquidẽ plurimos habẽt ſingulæ eccleſiæ, qui ueritati teſtimoniũ ferũt. Si quandoq; cauſam indicti iſtius & irrecõciliabilis belli rogantur, pſalmos cauſantur & modũ melodiæ, quo ſit uetus apud nos immutata canendi cõſuetudo, & huiuſmodi quædam alia: de quorũ illos prætextu pudere debebat. Accuſamur uero & huius, quod homines habeamus pietati deditos, qui mũdo renuntiârint, & uniuerſis

A ſeculi iſtius curis, quas Dominus comparat ſpinis fertilitatem uerbi impedientibus.
Qui huiuſmodi ſunt, mortificationem Ieſu corpore circumferunt, ac cruce quiſq; ſua
accepta Deum ſequuntur. Ego uero omnem uitam meam impenderem ut mihi poſ/
ſent iſta impingi delicta, haberemq; apud me uiros, qui me doctore hoc pietatis ſtu/
dium amplecterentur. Nunc autem in Aegypto quidem audio talem eſſe uirorum
quorundam uirtutem, & forſan in Palęſtina quoq; ſunt, qui ad Euangelij normam
uitæ ſuæ conuerſationem perfectam reddant. Audio & in Meſopotamia uiros eſſe
perfectos ac beatos. Nos uero perfectis collati, pueri ſumus. Sunt autem & fœminæ
Euangelicam uitam amplexæ: quæ uirginitatem quidem nuptijs præferunt: ſenſum
uero carnis ſeruituti ſubijciunt: & beato luctui immorantes beatæ ſunt ex propoſito,
ubicunq; terrarum degant. Apud nos uero iſta, qui primis adhuc elementis ad pieta
tem inſtituimur & initiamur: minuta ſunt ac rudia. Quòd ſi qui dedecoris & indigni/
tatis aliquid mulierum uitæ ac ſtatui inferunt: non eſt quod illos ego defendere ue/
lim. Illud uero uobis aſſero & confirmo: quòd quæ hactenus pater mendacij Sata/
nas non eſt auſus dicere: ea temeraria corda iam & effrena ora indeſinenter & cum
ſumma licentia loquuntur. Scire autem uos uolo, quòd optamus nobis & uirorum
& mulierum cœtus dari, quorum conuerſatio in cœlis ſit: qui carnem ſuam cum affe/
ctionibus ac concupiſcentijs crucifixerint: quiq; nec de cibis, nec de indumentis ſoli/
citi ſint: ſed immobiles & aſſidui apud Dominum noctes ac dies precationibus im/
morentur: quorum os non loquatur opera hominum, ſed hymnum concinat Deo
noſtro: quiq; ſedulò proprijs manibus operentur: quò poſſint impartiri illis qui o/
pus habent. Ad id uero quod propter pſalmodias accuſamur: quare potiſſimũ ſim/
B pliciores perterrefaciunt: qui nos traducunt: hoc habeo quod dicam: quod uidelicet
qui iam obtinuerunt ritus omnibus Eccleſijs Dei concordes ſunt & conſoni. De no/ *Vigiliæ.*
cte ſiquidem populus conſurgens antelucano tempore domum precationis petit: in/
que labore & tribulatione ac lacrymis indeſinentibus facta ad Deum confeſſione,
tandem ab oratione ſurgentes ad pſalmodiam inſtituuntur. Et nũc quidem in duas *Pſalmodiæ.*
partes diuiſi alternis ſuccinentes pſallunt: atq; ex eo ſimul eloquiorum Dei exercita/
tionem ac meditationem corroborant: & cordibus ſuis attentionem, & reiectis uanis
cogitationibus mentis ſoliditatem ſuppeditant: deinde uni ex ipſis hoc muneris dato
ut quod canendum eſt prior ordiatur: reliqui ſuccinunt: atq; ita pſalmodiæ uarietate
precibusq; ſubinde interſertis noctem ſuperant. Illuceſcente iam die pariter omnes
uelut ore uno ac corde uno confeſſionis pſalmum Domino offerunt, ac ſuis quiſq; *Pſalmus con/*
uerbis reſipiſcentiam profitentur. Horum gratia ſi nos fugitis: fugietis ſimul & Ae/ *feſſionis.*
gyptios: fugietis Libyam utranq;, Thebæos, Palęſtinos, Arabes, Phœnicas, Syros,
& qui ad Euphratem habitant: & ut ſemel dicam, omnes, apud quos uigiliæ ac pre/
ces communesq; pſalmodiæ in pretio ſunt. Sed iſta dicitis tempore Gregorij ma/
gni non fuiſſe: uerum, neq; Litaniæ, quas uos iam in uſu habetis, illius tempore fue *Litaniæ.*
runt. Quòd non reprehendendi gratia dixerim. Optarim enim uos omnes in lacry
mis & iugi pœnitẽtia uiuere, quandoquidem & nos nihil aliud facimus, quàm quòd
pro peccatorum noſtrorum remiſſione ſupplicamus, dempto eo, quod non huma/ *λιτανεύο/*
nis uerbis, quẽadmodum uos ſoletis: ſed oraculis ſpiritus Deum noſtrum placamus. *μεν.*
Quòd autem ea quæ facimus ſub præclaro Gregorio in uſu non fuerint, quibus te/
ſtimonijs euincere poteritis? Nihil eorum quæ ille in uſu habuit: ad hunc uſq; diem

Gregorius nudo capite orauit.

illibatum ſeruâſtis. Gregorius in oratione conſtitutus tecto capite non fuit. Quamobrem? Germanus erat diſcipulus Apoſtoli dicentis. Omnis uir orans aut prophetans tecto capite, dehoneſtat caput ſuum. Et uir non debet uelare caput ſuum, cũ ſit imago & gloria Dei. A' iuramentis abſtinuit munda illa anima, ac digna ſpiritus ſancti communione, cui propter mandatum Domini dicentis, Ego uero dico uobis, ne iuretis omnino, ſatis erat etiam & non. Non eſt auſus ille fratrem ſuum uocare fatuum comminationem Domini ueritus, Tumor, & ira, & amarulentia ex ore illius non proceſſerunt. Conuicium odio proſequutus eſt: ut quod in regnum cœlorum haud inducat. Inuidia & arrogantia à ſyncero illo animo procul abfuerunt. Altare non acceſſit, niſi fratri reconciliatus: falſum ſermonem & artificioſum, & ad detractionem concinnatum ita abominatus eſt, ut qui ſciret mendacium ex diabolo prognatum eſſe, Dominumq; omnes eos qui mendacium loquuntur, perditurum. Horum ſi nihil in uobis eſt: ſed mundi eſtis ab his omnibus, uerè diſcipuli eſtis eius, qui præceptorum Domini diſcipulus fuit. Si uero ſecus, uidete ne culicem excoletis dum in pſalmodijs de ſonitu uocis diſceptantes, quæ maxima ſunt præceptorum Dei diſſoluitis. Ad hæc me uerba defenſionis adegit neceſſitas, ut diſcatis trabem primum ex ueſtris oculis eijcere, & tum demum ſtipulas euellere alienas. Veruntamen omnia condonamus: licet nihil ſit extra diuinam examinationẽ, duntaxat quæ principalia ſunt ſalua ſint: & nouationes iſtas circa fidem compeſcatis, hypoſtaſes diuinas non irritetis, nomen Chriſti non abnegetis, Gregorij uoces ſiniſtrè nõ interpretemini. Quòd ſi ſecus egeritis, donec ſpirandi loquendiq; facultas erit, ad tantam animarum pernitiem nunquam ſilere poterimus. C

PRVDENTIORIBVS AC DOCTIORIBVS Eccleſiæ Neocæſarianæ Baſilius. D

LXIIII. PLANE nihil opus erat, ut animi mei uobis ſententiam patefacerem, aut cauſas referrem, propter quas iſtis iam in locis agam. Etenim neque alioqui ex illuſtrium ego ſum numero: neq; res iſta tantis teſtibus digna eſt. Verum ut puto, non quæ nos uolumus, ſed ad quæ nos præceptores noſtri uocant, facimus. Nam mihi magis hactenus quęritur, ut prorſus ſim ignobilis, quàm ijs qui gloriæ ſtudent, ut ſint illuſtres. Quia uero omnium, qui in urbe ueſtra morantur, aures, iſto repletos eſſe rumore intelligo, & non deſunt, qui nugas & mendacia confingant ad hoc ipſum mercede conducti: ut res meas uobis exponant: non putaui uos malo animo pollutaq; uoce inſtructos, negligendos: ſed opus eſſe, ut ipſe de ſtatu rerum mearum referam. Ego, cum propter loci huius conſuetudinem, qua illi à puero aſſueui (Hic enim à nutrice mea educatus ſum) tũ propterea quòd poſtea quoq; ſæpenumero in hoc loco uerſatus ſum: quem cũ urbanos tumultus fugerem, & propter ſolitudinis ſilentium, illum ad philoſophiæ ſtudium commodum eſſe ſcirem: complures continuos annos incolui, & propter iam inhabitantium ſecuritatem breuem aliquam à negotijs quibus diſtinebamur reſpirationem adeptus, cum gaudio ſolitudinem hanc acceſſi: non ut alijs hnic quicquam negotij faceſſam, ſed ut deſiderio meo morem geram. Quid igitur opus eſt ad inania ſomnia confugere, ac ſomniatores iſtos conducere, noſq; publicis conuiuijs temulentorum inter pocula fabulam facere? Ego uero, etiam ſi apud nonnullos alios locum habuiſſent iſtæ calumniæ, uos tamen animi ac ſententiæ meæ teſtes aduocâſſem. Et nunc quoque unumquenq; ue-

Vide Monodiam Gregorij Nazanzeni.

A quenq; ueſtrum oro,ut ueterum actorum illorum recordemini: quæ geſta ſunt,cum nos urbs ueſtra uocaret:mittereturq; legatio uirorum , qui Magiſtratu apud uos fun guntur,deinde quomodo paſſim nobis populus omnis circumfuſus ſit. Hic quid nõ dabant omnes? Quid non pollicebantur? Et tamen obtinere nos nequibant . Quo/ modo igitur qui tum cum uocabar non obediui : nunc citra uocationem meipſum in/ trudere conatus eſſem ? Quomodo conſectarer & ambirem iam calumniantes : cũ aliquando laudantes me & celebrantes fugerim? Ne credatis hoc optimi uiri. Nõ uſ que adeò noſtra floccifacimus . Neque enim prudens quiſquã nauigium gubernato re deſtitutum ingredietur:neque Eccleſiam temerè accedet : in qua qui ad clauum ſe/ dent tẽpeſtatem ac turbinem ipſi excitant . Vnde nanq; tumultu referta eſt urbs? Ex eo uidelicet,quod alijs,cum nemo perſequeretur,fugientibus,alijs cum nemo im/ mineret,urbem clanculum egredientibus, diuinatores ac ſomniatores neminem non χρησμολόγοι ϗ ὀνειροσκό- perterrefecerunt. Vnde iſta ſunt niſi ex hac cauſa ? An non puero cuiuis manife/ ποι. ſtum eſt quod uitio eorum hæc ita habent : qui in populo primores ſunt : quorum me quidem crimina proferre non decet:uobis autem illa intelligere perfacile eſt.

Quando enim amarulentia & diſſidium nullo pacto à ſæuitia cohiberi poſſunt,& culpæ expoſitio intolerabilis prorſus habetur & ridicula, conſpicuum eſt , magnam eſſe animi ægritudinem , quæ alienis quidem bonis inſidiatur : domeſticum uero, id/ que,cum primis,malum ei eſt à quo poſſidetur. Huic hominum generi & aliud quid/ dam pulchrè accidit . Poſtquàm enim in profundum malorum detracti , animiq; mœſtitia occupati ſunt,acceptum damnum fateri ac conqueri præ pudore non ſinun tur. Iſta animi illorũ affectio non ſolum ex ijs quæ aduerſum nos acta ſunt : ſed &
B ex reliqua uita conſpicua eſt. Si uero ignota eſſet, non admodum multum rebus Eccleſiæ noceret . Certiſſimam uero cauſam , ob quam noſtrum fugiendum eſſe pu/ tant congreſſum,quoniam ea complures forſan ex uobis latet,ego docebo:uos audi/ te . Hoc ſtudioſe agitur apud uos,ut fides ſubuertatur, idq; ſubuerſione apoſtolicis & Euangelicis doctrinis inimica : inimica quoque traditioni magni reuera Gregorij, & eorum qui illum ex ordine ſubſequuti ſunt ad beatum uſque Muſonium : cuius etiamnum dogmata quàm ſint apud uos ſonora , manifeſtum eſt . Sabellij nanque peſtem , olim quidem motam, traditione uero magni Gregorij conſopitam , reno/ uare conantur : qui ne deprehendantur & conuincantur, iſta contra nos ſomnia con/ finxerunt . Vos itaque ualedicto temulentis hiſce capitibus, quibus ſuffumigatio illa crapulæ ſurſum inæſtuans phantaſmata gignit : ueſtrum damnum ab ijs perci/ pite,qui & uigilantes ſunt,& propter timorem Dei tacere nequeunt . Iudaiſmus eſt, *Sabellij hære-* Sabelliſmus iſte , ſub prætextu Chriſtianiſmi in Euangelicam prædicationem ſub/ *ſis.* inuectus. Qui enim tres illas patris,& filij , & ſpiritus ſancti perſonas rẽ dixit eſſe unam , unamq; trium poſuit hypoſtaſim , quid aliud fecit ? An non ſempiternam, quæ ante ſecula fuit , unigeniti eſſentiam negat ? Negat ſimul & œconomicum illius ad homines aduentum , deſcenſumq; ad inferos , reſurrectionem & iudicium . Ne/ gat autem & proprias ac diſcretas ſpiritus operationes . Apud uos uero iam eſſe audio,qui etiam inconſideratiora audeant,quàm ineptus auſus eſt Sabellius. Dicunt *uel † Nomen* enim,qui id audierunt : eos qui apud uos ſapientes ſunt contendere ac dicere, nomen *uero id eſt,* unigeniti non eſſe traditum : † eſſe uero nomen oppoſiti,atque in iſto tanquam pro/ *quod ſignificã* prio ipſorum inuento plurimũ gloriari ac ſuperbire. Dictum eſt enim,inquiunt,Ego *dæ rei loco po* *nitur.*

 ueni,in

ueni in nomine patris mei,& non accepiſtis me: ſi alius quiſquã in ſuo ipſius nomine uenerit:illum accipietis. Et quia dictum eſt: Docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomen patris, & filij, & ſpiritus ſancti, manifeſtum eſt, inquiunt, unum eſſe nomen. Non enim dictum eſt in nomina, ſed in nomen. Hæc uobis cum rubore ſcripſi:quoniam de noſtro ſunt ſanguine quidam, qui iſtis ſunt obnoxij, & contra meum ipſius animum ingemiſco: quoniam perinde atque ſolent quibus cum duobus pugnandum eſt, utraſq; falſæ doctrinæ exorbitationes repellendo & ſternendo, competens ueritati robur aſſerere cogor. Hinc enim nos uellicat Anomius: illinc,ut apparet,Sabellius. Sed obſecro uos, ut execrandis iſtis & neminem ſubuertere ualentibus ſophiſmatis animum non aduertatis, ſed ſciatis, nomen Chriſti eſſe ſuper omne nomen, hoc ipſum ſcilicet nomen, quo filius Dei uocatur & iuxta Petri ſermonem, non eſt aliud ſub cœlo nomen datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Ad illud autem, quod Chriſtus dixit. Ego ueni in nomine Patris mei, hoc ſcire oportet, quod hoc ideo dixerit, ut principium ac cauſam ſui patrem eſſe demonſtraret. Ex eo uero quod dictum eſt: Euntes baptizate in nomen patris & filij & ſpiritus ſancti, non eſt putandum unum duntaxat traditum eſſe nomen. Quemadmodum enim qui Paulum & Siluanum & Timotheum nominat, tria quidem nomina dicit: per ſyllabam tamen, &, illa inter ſe coniungit: ita & qui patris & filij & ſpiritus ſancti nomen dicit: cum tria dicat coniunctione illa complexus: unicuiq; nomini proprium ſubeſſe ſignificatum docet. Quapropter & rerum in ſe ſignificationem habent nomina, res uero diſcretam & abſolutam habere eſſentiam nemo eorum qui uel ſenſu prædití ſunt, ambigit. Patris enim & filij & ſpiritus ſancti natura quidem eadem eſt & diuinitas una: nomina uero diſcreta, determinatas nobis & abſolutas intelligentias offerunt. Impoſſibile nanque eſt, mentem uniuſcuiuſque nominis propriæ ſignificationi intentam, non poſſe ſeparatam & patri,& filio, & ſpiritui ſancto glorificationem aſſignare & offerre.

Itaque ſi negant ſe iſta dicere, aut ad hunc modum docere, correcta ſunt quæ ſalua uolumus. Quanquam difficilem illis negationem uideo: propterea quòd complures habemus ſermonum iſtorum teſtes. Veruntamen nullam habebimus præteritorum rationem, modò præſentia ſanentur. Si uero in iſtis perſeuerauerint: cogemur & ad alias Eccleſias acceptum damnum proclamare, efficereq; ut à pluribus ad uos Epiſcopis mittantur literæ, quibus impij huius figmenti magnitudo deſtruatur. Aut enim ad diligentiam & cautionem nonnihil proderit præſens iſta conteſtatio: aut nos in iudicio à culpa liberos reddet: imò iam libris ſuis has nugas proſtrârunt: quas primum illi & Meletio Epiſcopo homini Dei miſerunt: & ab illo condigno accepto reſponſo, perinde atque propter naturæ mutilationem pudefieri ſolent quæ monſtra pepererunt: ita & ipſi turpes ſuos fœtus competentibus abditos tenebris lactant ac nutriunt. Dederunt autem experimentum aliquod per Epiſtolam etiam ad eiuſdem nobiſcum ſententiæ Anthimum Thyanorum Epiſcopum de eo, quod Gregorius in expoſitione fidei dixerit: patrem & filium iuxta mẽtis quidem conſiderationem duos eſſe, hypoſtaſi uero unum. Hoc autem non dogmaticè ſed contentioſè in diſputatione aduerſus Aelianum dictum eſſe, intelligere nequiuerunt: qui propter intelligendi ſubtilitatem beatos ſeſe reputant: in qua concertatione multi ſunt eorum quæ deſcripta ſunt, lapſus: quemadmodum,ſi Deus uolet,

A us uolet, ex ipſis uerbis oſtendemus. Quandoquidem ſanè qui Græcum infidelem ad credendum perſuadere nititur, is non putat ſibi circa uerba exactius diſceptan/ dum eſſe: ſed alicubi conſuetudini eius quem ad fidem inducit, nonnihil condonat: dummodo principalibus ac neceſſarijs non reluctetur. Quapropter & multas in/ uenias illic uoces, quæ iam hæreticis plurimum addant roboris, utpote † creatura, & τὸ κτίσμα καὶ
factura, & ſi quid aliud eiuſmodi eſt. Inuenias etiam multa quæ ad hominis con/ τὸ ποίημα.
iunctionem pertinent: quæ ad diuinitatis rationem referunt: qui præter eruditio/ nem quæ ſcripta ſunt audiunt: quale & hoc ipſum eſt quod ab iſtis circumfertur.

Eſt nanque & hoc probè tenendum, quod quemadmodum in errorem multorum Deorum incidit, † qui eſſentiæ diuinæ communionem negat: ita Iudaiſmo obnoxius τῆς οὐσίας.
redditur: qui proprietatem ac diſcretionem † ſubſiſtentiarum non admittit. Oportet † τῶν ὑποστάσεων uel
enim mentem noſtram, quaſi ſubiecto cuidam fundamento innitentem, characte/ personarum.
resque illi euidenter impreſſos: in certa eius quod queritur intelligentia & compre/ henſione fundare. Niſi enim paternitatem intellexerimus, proprietatemque illius in eo quo ſeparata eſt conſiderauerimus: quomodo poterimus competentem de Deo cogitationem accipere? Non enim ſatis eſt perſonarum numerare differentias, ſed fatendum eſt unamquanque perſonam † in uera eſſe ac certa ſubſiſtentia. Alioqui fi/ ἐν ὑποστάσει ἀληθινῇ.
gmētum illud perſonarum quæ nō habeant ſingulæ ſuam † peculiarē hypoſtaſim, ἕνα τοῦ ὑπο-
neque ipſe Sabellius reprobâſſet: cum diceret eundem Deum, in ſubiecto quidem κειμένου ὄντα.
unum exiſtentem: ad res tamen neceſſarias quotidie ac paſſim incidentes transfor/ matum, aliquando patrem, aliquando filium, nonnunquam ſpiritum ſanctum di/ ci. Errorē hūc iam olim ſopitum infandæ iſtius hæreſis inuentores nūc renouant: qui

B dum ſubſiſtentias perſonarum irritant, ſimul nomen filij Dei pernegant: quos niſi aduerſus Deum iniquitatem loqui deſtiterint: cum negatoribus Chriſti deplorare oportebit. Hæc uobis neceſſariò ſcripſimus: ad hoc, ut peruerſarū doctrinarum peſtes obſeruetis. Siquidem enim pernicioſis pharmacis aſſimilandæ ſunt prauę do ctrinæ, quemadmodum ſomniatores quoque ueſtri dicunt: cicuta reuera ſunt & a/ conitum, iſta figmenta: aut ſi quod aliud eſt letale uenenum. Non noſtri ſermo/ nes, ſed hæc ſunt animarum uenena, quæ temulentæ illæ meningæ uociferantur, in/ numeris propter affectionum uarietatem phantaſijs refertæ, quibus hoc erat, ſi ſa perent, agnoſcendum, quod impollutas & ab omni macula puras animas donum prophetiæ illuſtrat. Neque enim ſpeculum, ſi pollutum ſit: imaginum poterit im/ preſſiones recipere: neque anima ſecularibus occupata curis & carnalis ſenſus affe/ ctionibus obtenebrata illuminationis ſpiritus ſancti capax eſſe ualebit. Non enim mox quodcunque ſomnium prophetia eſt, dicente Zacharia. Dominus phanta/ Zach. 10.
ſiam fecit, & pluuiam hymbriferam: quapropter diuinatores loquuti moleſtias, & ſomnia uana protulerunt. Iſti autem qui ſecundum Eſaiam ſomniantes, in cubili/ bus oſcitare dormitaréque gaudent, & hoc ignorant, quòd plerunque propter fi/ lios inobedientiæ operatio mittitur erroris, & ſpiritus mendax eſt, qui, cum in pſeu doprophetis eſſet, Achab Regem decepit. Iſta ſcientes oportebat non uſque adeò ſuperbire, ut ſibiipſis prophetiæ donum adſcriberent: qui & auguris Balaam cau/ tionem non aſſequi probantur. Is enim cum à Rege Moabitarum magnis eſſet mu/ neribus aduocatus, auſus non eſt aliquam præter uoluntatem Dei uocem emittere,

 aut Iſraëli

aut Iſraëli maledicere, cui non maledicebat Dominus. Itaque ſi phantaſiæ quas iſti C
in ſomnijs habent, cum præceptis Domini concordant, contenti ſint Euangelijs,
quibus non eſt opus ut aliquo ſomniorum auxilio fide digna reddantur. Si uero pa
cem ſuam nobis reliquit Dominus, nouumq; dedit mandatum, ut nos diligamus
mutuo, ſomnia uero iſta pugnam ac diſſidium dilectionisq; extinctionem docent,
non dent occaſionem ac locum Diabolo per ſomnium mentes ipſorum inuadendi,
neque maioris phantaſmata ſua faciant autoritatis quàm ſalutares doctrinas.

AD SOZOPOLITANOS MAGNI Baſilij Epiſtola.

LXV.

Arguit eos, qui aſſerebant Chriſtum carnem é cœlo ſecum attuliſſe non de carne Mariæ aſſumpſiſſe, uetus Valentini dogma reſuſcitantes.

POTITVS ſum literis ueſtris, fratres colendiſſimi, quas de ijs quæ ad/
uerſum nos geruntur ſcripſiſtis. Et quòd in conſortium nos curarum,
ac rerum quę neceſſariæ uobis diligentiq; cura dignæ ſunt, aſſumpſiſtis:
gratias quidem egimus Domino, ſimul tamen ingemuimus, ubi præ/
ter eam perturbationem quæ ab Arianis in Eccleſias introducta eſt, præterq; con/
fuſionem quam circa fidei rationem illi ſuſcitârunt, aliam adhuc apud uos uocum
nouitatem inductam audiuimus: quæ in magnum mœrorem fraternitatem conjece/
rit: quemadmodum quorundam nobis hominum noua & auribus fidelium inſolita
cõmenta, quæ illi, quaſi ſumpta ſint ex doctrina ſcripturarũ, ſubintroducant, ſcripſi/
ſtis. Scripſiſtis autem eſſe apud uos qui ſalutarem Domini noſtri Ieſu Chriſti œco/
nomiam, quantum in ipſis ſit, irritam faciant: gratiamq; reprobent magni illius my/
ſterij, quod tacitum quidem fuit à ſeculis, ſuis uero temporibus patefactum: quando D
quæcunq; ad curandum omnium mortalium genus pertinebant, exequutus, præſen
tiam deniq; ſuam nobis largitus eſt Dominus. Opem enim tulit figmento ſuo, pri/
mum quidem per patriarchas, quorum uita exempli ac canonis uice propoſita eſt
ijs, qui ſanctorum inſequi ueſtigia, & pari cum illis zelo ad bonorum operum cupi/
unt perfectionẽ pertingere. Deinde legem auxilij gratia, per angelos in manu Moy
ſi diſpenſatam dedit. Poſtea prophetas, qui futuram prædixere ſalutem. Item iudi
ces ac Reges iuſtos, qui in manu † occulta fecere uirtutes. Poſt hos omnes, nouiſſi/
mis diebus ipſe in carne apparuit: factus ex muliere, factus ſub lege, ut eos qui ſub
lege erant redimeret: ut adoptionem in filios reciperemus. Si ergo in carne Domi/
nus non uenit: & pretium pro nobis morti redemptor non dedit: & regnum mortis
per ſeipſum non deſtruxit. Si enim alia caro ſub regno mortis fuit: alia à Domino
ſuſcepta eſt: mors utiq; nondum ceſſauit quin opus ſuum operetur: nihil nobis pro/
fuerunt † deiferæ carnis paſſiones, peccatum in carne non occidit: in Chriſto uiuificati
non ſumus, qui in Adam mortui ſumus: non eſt reſtauratum quod lapſum eſt: nõ
eſt redintegratum quod protritum eſt: non eſt reconciliatum Deo quod per ſerpen/
tis fraudem abalienatum eſt. Hæc enim omnia irrita redduntur ab iſtis, qui Domi/
num cœleſte corpus ſecum ferentem adueniſſe dicunt. Quis autem uſus & quæ ne/
ceſſitas erat ſanctæ uirginis, ſi ex maſſa Adæ non erat † Chriſtifera ſuſcipienda caro?
Sed quis iſte, qui tãtæ eſt audaciæ, ut ſuppreſſum olim Valentini dogma, uerbis iam
Sophiſticis, & ſimulato ſcripturæ teſtimonio audeat renouare? Non enim recens
eſt opinio/

† uel obſcura.

τῆς θεοφόρου σαρκός.

ἡ χριστοφόρος σάρξ.

A eſt opinionis iſtius impietas, ſed originem ſuam iam olim habet à uano ac dementi Valentino, qui paucis Apoſtoli uerbis excerptis, impium hoc ſibijpſi conſtruxit figmentum, ita colligens formam quidem ſerui, at non ſeruum ipſum, à Domino ſuſceptam: & in figura & habitu quidem factum Dominum, ſed non hominem ipſum ab eo aſſumptum eſſe ſcribit Apoſtolus. His uidentur ueſtri conſona loqui, quos deplorare conuenit: nouas nobis perturbationes ſubintroducentes. Dicere uero, quòd humanæ paſſiones ad ipſam pertingant diuinitatem, nequaquam eorũ eſt, qui rationem & ordinem in ſententijs ſeruent: neque eorum qui ſciant alias eſſe carnis in ſe, & alias carnis animatæ, rurſusque alias animæ corporis uſum habentis paſſiones. Carnis quidem proprium eſt, ſecari, minui, ac diſſolui. Item carnis animatæ, laborare, dolere, eſurire, ſitire, ſomnoq; occupari. Animæ uero corpore utentis, ſunt, triſtitia, mœſtitia, curæ, & quæcunque alia eiuſmodi, quorum alia ſunt naturalia & homini, ut animanti neceſſaria: alia uero ex uoluntatis malitia, propter uitæ intemperantiam & ad uirtutem ineptitudinem, introducta: unde conſpicuum eſt Dominum, naturales quidem paſſiones, ad ueri non phantaſtici hominis confirmationem ſuſcepiſſe: affectiones uero malitiæ, quæcunque uitæ noſtræ puritatẽ polluunt, tanquam immaculata ſynceráque diuinitate indignas reſpuiſſe. Hac ratione, in ſimilitudine carnis peccati factus eſſe dictus eſt. Non in ſimilitudine carnis ſimpliciter, ut iſtis uidetur: ſed in ſimilitudine carnis peccati. Itaq; carnem quidem noſtram naturaléſque illius paſſiones ſuſcepit: peccatum uero non fecit: ſed quemadmodum mors, in carne nobis per Adamum immiſſa, per diuinitatẽ abſorpta eſt: ita conſumptum eſt & peccatum per iuſtitiam quæ eſt in Chriſto Ieſu: ita ut in reſur-

B rectione carnem ſimus recepturi nec morti nec peccato obnoxiam. Hæc ſunt fratres Eccleſiæ myſteria. Hæc ſunt patrum traditiones. Conteſtamur quemuis hominem Domini timentem, iudiciúmque Dei expectantem, ne ſe uarijs doctrinis circumagitari ſinat. Si quis aliter docet, & ſanis fidei ſermonibus non acquieſcit, ſed reiectis ſpiritus oraculis ſuam ipſius doctrinam maioris facit autoritatis quàm Euangelicas inſtitutiones, huiuſmodi cauete. Largiatur autem Dominus, ut in unum aliquando conueniamus, ut quæ ſermo hic noſter non eſt aſſequutus ad oculum præſentes ſarciamus. Nam ex multis pauca uobis ſcripſimus: nolentes Epiſtolæ excedere menſuram, ſimulq; perſuaſi, quòd uel modica timentibus Dominum ſufficiat admonitio.

NICOPOLITANIS BASILIVS Magnus.

QVANDO malum proſpero ſucceſſu augeri, ueſtram uero pietatem languere animumq; uos propter irremiſſas calamitates deſpondere uideo, mœſtitia repleor. Quando uero rurſus magnificam Dei conſidero manum quomodo is ſciat, quæ protrita ſunt reſtituere, iuſtos diligere, ſuperbos cõterere, & de throno deijcere potẽtes, mutata iterũ ſentẽtia ſpei beneficio reddor alacrior. Noui autẽ, quòd precationibus ueſtris motus, uelocẽ nobis Dominus conceſſurus ſit tranquillitatem: duntaxat ab oratione non deficiatis, ſed quæ

LXVI. *Conſolatoria.*

uerbis alios docetis, horum præſenti tempeſtate omnibus ipſo opere euidentia ſtudeatis proponere exempla. C

AD ECCLESIAM ANCYRAE BASILII MAGNI Conſolatoria.

LXVII. *Solatur eos, uel magis deflet mortem Epiſcopi ipſorum.*

IAM aliquandiu nobis ſilentium incuſſit conſternatio illa quam acerbitas intulit mali, quod uobis accidiſſe nuntiatum eſt. Poſtquã uero à ſtupore linguæ quem quaſi grandi tonitruo aures percuſſi paſſi ſumus, parumper reſpirare datum eſt: neceſſariò iam ſuper eo quod accidit ingemuimus: iſtamq; uobis interea dum lugemus Epiſtolam miſimus: non ut uos conſolaremur: (quis enim ſermo excogitari poterit, qui tantæ calamitati medeatur)ſed ut dolorem cordis noſtri quãtum fieri poteſt hac uobis lugubri uoce ſignificaremus. Opus nunc haberem threnis Hieremiæ,& ſi quis alius beatorum uirorum calamitatis alicuius magnitudinem affectibus percitus lamentatus eſt. Mortuus eſt uir qui columna erat & ſtabilimẽtum Eccleſiæ. Imò magis ad beatam uitam ſublatus à nobis abſceſſit. Haud parum autem periculi eſt ne ſubtracto hoc fundamento ſimul cum illo multi decidant: & quæ in nonnullis ſunt putrida ac marcida manifeſta fiant. Clauſum eſt os,quod hactenus & competenti fiducia, & ſermonibus gratiæ ad fraternitatis ædificationem, ſcaturiuit. Ablata ſunt conſilia mentis, quæ reuera diuinitus agitabatur.

O quoties animum meum (accuſabo enim meipſum)nonnihil contra hunc uirum indignationis ſubijt: quòd totus hoc deſiderio tenebatur, ut diſſolueretur & eſſet cum Chriſto: nec hoc pluris faciebat, ut diutius propter nos in carne maneret. Cui D nam deinceps Eccleſiarum curam imponemus? Quem in rebus hiſce triſtibus accipiemus conſortem? Quem habebimus † modeſtiæ ac temperantiæ diſpenſatorem? O grandem prorſus ac triſtem deſolationem. Quàm planè pelecano ſolitudinem incolenti ſimiles facti ſumus? Attamen ſi coniuncta Eccleſiæ membra, & ab illius præſidentia, tanquam anima quadam in unam ſympathiam iuſtámque ſint communionem coaptata, ſolidè conſeruantur ad ſpiritalem harmologiam per uinculum pacis, conſeruabuntúrque in ſempiternum, largiente Domino, ut firma & immota maneant beatæ illius animæ acta, quibus pro Eccleſijs Dei decertauit. Alioqui haud exiguus agon ſupereſt, ne contentiones & ſeditiones, dum eligendus eſt præſul,renaſcentes,omnem ſimul laborem,ſi contigerit diſſidium,ſubuertant.

† τῆς σωφροσύνης.

SENATVI TYANORVM BASILIVS Magnus.

LXVIII. *Hortatur ad concordiam, inſertis quibuſdam concordiæ exemplis.*

QVI profunda retegit, & cordium conſilia patefacit Dominus, humilibus etiam intellectum fraudum earum dedit: quæ quibuſdam deprehenſu uidebantur haud faciles. Nihil nos latet: neque quicquam eorũ quæ acta ſunt,clam nobis eſt. Attamen nihil nos aliud neq; ſpectamus neque audimus, quàm pacem Dei, & quicquid ad illam facit. Licet enim reliqui & potentes & magni,deq; ſeipſis multa pollicentes,nos tamẽ qui & nihil nulliusq; mo-

menti ſu-

A menti ſumus, de nobis ipſis uſque adeò nunquam præſumpſimus: ut nos putaſſe/
mus ſolos res tantas obire poſſe: probè ſcientes, quòd magis uniuſcuiuſque fratrum
operam neceſſariam habemus, quàm altera manu opus habet altera. Ex ipſa nan/
que nos corporis noſtri ſtructura Dominus, cōmunionis neceſſitatem docuit.
Quando enim ad hęc ipſa membra noſtra reſpicimus: quomodo nullum ex ipſis ad
operam ſuam præſtandam ſibijpſi ſufficiat: quo nam me pacto ad neceſſaria mihi/
ipſi uitæ negotia ſufficere putabo? Neque enim pedis unius greſſus, altero non
iuxta ſuffulciente tutus erit: neque oculus perfectè uidebit, niſi & alterius utatur con
ſortio, & concorditer cum illo ſpectandis rebus incumbat. Et auditus plenior eſt,
qui utriſque poris uocem excipit: & fortius apprehenditur quod communi digito/
rum opera apprehenditur: &, ut ſemel omnia dicam, nihil eorum quæ uel ex natu/
ra, uel ex animi uoluntate rectè geruntur, ſine cognatorum concordi opera perfici
uideo: quandoquidem & ipſa precatio, ſi non habeat qui ſimul conſona mente pre/
centur, ſeipſa multo eſt imbecillior. Et Dominus in medio ſe duorū aut trium, qui
unanimi ipſum conſenſu inuocent, futurum pollicitus eſt. Quin ipſam quoque di/
ſpenſationem Dominus in ſe recepit: ut pacificaret per ſanguinem crucis ſuæ tam
quæ in terris ſunt quàm quæ in cœlis. Horum omnium itaque gratia reliquos ui/
tæ noſtræ dies in pace perdurare optamus, útque in pace dormitio noſtra futura
ſit petimus. Pro iſta nullum, quem ſciam, laborem omittam: nihil non humile
& dicam & faciam: nullius profectionis prolixitatem alicuius faciam: neque aliud
quicquam utut moleſtum ſubterfugiam: quo pacificationis pręmio potiri liceat.

Quod ſi quis nobis iſta docentibus obſequutus fuerit, hoc ſanè optimum eſt,
B ac ſupra quàm optari poteſt, utile. Si uero in contrarium declinauerit: ego qui/
dem neque ſic ab hoc iudicio diſcedam: operis uero ſui quiſque fructus in die retri/
butionis ipſe agnoſcet.

ITALIS AC GALLIS DEO DILECTISSIMIS ET ſanctiſſimis fratribus cōminiſtris in Italia & Gallia concordibus Epiſcopis, Meletius, Euſebius, Baſilius, & reliqui in Domino ſalutem.

NON NIHIL quidem conſolationis animis mœſtis ſæpenumero LXIX.
gemitus ex imo pectore effuſus adfert: & fit aliquando, ut proma
nans lacryma magnitudinem triſtitiæ mitiget: nos uero non ita ge
mitus & lacrymæ conſolantur, atque ſi afflictiones noſtras dile/
ctioni ueſtræ exponere liceat. Quin & ſuauiore quadam ſpe nu/
trimur: quod mox atque ea uobis, quibus contriſtamur, ſignifica
uerimus, ad opem nobis ferendam uos ſimus excitaturi: qua quidem iam olim à uo
bis Eccleſijs Orientalibus ſuccurſum iri ſperauimus: nunquam tamen hactenus poti
ti ſumus: propterea quòd omnino res noſtras ſapienter gubernans Deus ſecundum
inſcrutabilia iuſtitiæ ſuæ iudicia in iſtis nos periculis diutius detineri ac prorogari di
ſpoſuit. Non enim certe res noſtras ignoráſtis fratres colendiſſimi, quorū fama uſq;
ad extremas quoq; orbis partes pertigit: neq; adeò duri eſtis, ut nulla cōmiſeratione
erga fra/

erga fratres afficiamini, qui idem uobiſcum ſentiunt, cum diſcipuli ſitis Apoſtoli, qui C
plenitudinem & conſummationem legis eſſe dilectionem erga proximum docuit. Verum ut diximus, feruorem ueſtrum iuſtum Dei iudicium cohibuit: donec menſuram tribulationis, quæ peccatorũ noſtrorũ nobis gratia impoſita eſt, impleremus. Nunc uero ut & ad zelum pro ueritate, & ad cõmiſerationem adflictionũ noſtrarũ excitemini, obſecramus: cum noſtra omnia didiceritis: & quæ hactenus ad aures ueſtras non peruenerunt, à pientiſſimo fratre noſtro & Syndiacono Sabino, cognoſcere liceat: qui uobis etiam ea quæ Epiſtola capere nequiuit, per ſeipſum exponere poterit: per quem uos oramus, ut uiſcera miſerationum induamini: omniq; cunctatione reiecta, charitatis laborem ſuſcipiatis: & neque itineris prolixitatem neque domeſtica negotia, nec aliud quicquam rerum humanarum prætexatis. Non enim una tantum periclitatur Eccleſia: neque duæ ſolummodo aut tres in moleſtam hanc tempeſtatem incidunt. Nam ferme à finibus Illiricis ad Thebaidam uſque hæretica peſtis omnia depopulatur: cuius mala ſemina principio quidem execrandus ſeuit Arius: radices uero in profundum actæ, poſtquàm à compluribus interea temporis ſtudioſæ culta ac fota eſt impietas, tabificos nunc demum hoſce fructus protulerunt.

Subuerſa nanque ſunt pietatis dogmata, turbati pietatis ritus, ambitio eorum qui Dominum non metuunt, Eccleſiarum gubernacula inuadit, & iam manifeſtè uelut impietatis præmium primæ ſedis dignitas proſtituitur, ita, ut qui maledicendo eſt ſæuior, ad Epiſcopatum populi acquirendum ſit prior ac potior. Euanuit honeſtas Sacerdotalis: deſierunt qui gregem Domini paſcant cũ ſcientia, diſpenſationes pauperum ad propria oblectamenta munerumq; largitiones abſumentibus ijs, qui ambitionis dominandiq; ſtudio tenentur. Elanguit canonum exacta diligentia, multa D
eſt peccandi licentia. Qui enim humanis officijs adiuti ad principatum peruenerunt: hac ipſa delinquendi permiſſa licentia uiciſſim gratificantur. Interijt iuſtum iudicium: iuxta deſiderium cordis ſui nemo non ambulat: malitia omnem excedit mẽſuram: plebs emendari non ſuſtinet: qui præſunt, corrigendi libertatem ac fiduciam amiſerunt. Serui nanque ſunt eorum qui beneficium antea dederunt, hi uidelicet, qui humano patrocinio potentatum ſibiipſis acquiſierunt. Iam ad defenſionem mutui belli ac diſſidij excogitatus eſt quibuſdam hic prætextus, ut ſimulent ſe orthodoxiam ulciſci, & quò proprias obtegant inimicitias pietatis ſe gratia hoſtes nobis eſſe factos, uideri uolunt. Alij uero quò caueant, ne de erroribus & commentis hiſce turpiſſimis argui poſſint: plebem ad mutuam contentionem inſtigant, ueſanamq; reddunt: ut publicis poſtea malis ſua ipſorum delicta obſcurent. Quocirca & irreconciliabile eſt hoc bellum: propterea quòd qui male egerunt, communem pacem ſuſpectam habent ac metuunt: ut quæ turpitudinis ipſorum abſcondita in lucem productura ſit. Interea rident nos infideles: nutant qui modicæ ſunt fidei: fides ipſa in ambiguum uocatur: ignorantia offunditur mentibus: propterea quod formam ac ſpeciem ueritatis prætexunt, qui ſermonem uerſutè adulterant. Silent enim piè docẽtium ora: reſoluta uero eſt quæuis blaſphema lingua. Prophanata ſunt ſacra, qui ſani ſunt in plebe, domus orationis fugiunt, utpote in quibus impia docentur.

In ſolitudinibus uero degentes, manus ſuas ad Dominum in cœlis, cum gemitibus ac lacrymis extollunt. Rumor enim & ad uos uſque peruenit: quæ ſint in compluribus geſta ciuitatibus, quomodo plebs cum mulieribus ac pueris, ipſis quoque

ſenibus

A ſenibus, extra portas effuſa, preces ſuas ſub dio peragant, omnem aëris moleſtiam multa cum animi lenitate tolerantes, opemq; Domini expectantes. Quæ nam poterit lamentatio calamitates iſtas condignè exprimere? Qui fontes lacrymarum ad deplorandum hæc mala ſufficiant? Itaque dum adhuc aliqui ſtare uidentur, dum adhuc ueſtigium aliquod ueteris ſtatus utcunq; ſeruatur, antequàm conſummatum ac plenum Eccleſiam opprimat naufragium, properate ad nos, properate uel iam tandem. Næ fratres Synceriſſimi. Porrigite manum in genua depreſſis: commoueantur erga nos fraterna ueſtra uiſcera: profundantur cõmiſerationis lacrymæ: dimidium orbis errori immerſum nolite cõtemnere: ne feratis, ut fides apud eos extinguatur apud quos primum eluxit. Quid uero faciendum ſit, quo rebus noſtris ſuccurratis, & quomodo commiſerationis affectum erga adflictos declarare poſſitis: nihil prorſus opus habetis, ut per nos inſtruamini: ſed ipſe uobis ſpiritus ſanctus iſta ſuppeditabit, niſi hoc, quod properandum eſt: ut qui peſte hac undique occupantur, ſaluentur: & quod præſentia ad hoc plurium fratrum opus eſt: quo qui aduenturi ſunt, conſummatam faciant ac iuſtam Synodum, ne ex eorum tantum, à quibus mittendi ſunt grauitate, ſed ſimul etiam ex conſueto fratrum numero, autoritatem ad ea quæ componenda ſunt habeant: qui & à patribus noſtris conſcriptam in Nicæna Synodo fidem renouabunt, hæreſimq; eradicabunt: & quæ pacis ſunt ad Eccleſias loquentur: atque eos qui idem ſentiunt ad concordiam reducent. Hoc enim profectò omnium eſt miſerrimum, quod & ea pars quæ uidetur eſſe ſana, in ſeipſa diuiſa eſt. Apprehenderunt nos, ut apparet, conſimilia mala his quæ aliquando tempore obſidionis Veſpaſianicæ Hieroſolyma occupârunt. Hieroſolymitani
B enim ſimul & externo bello premebantur: & interna conſortium ſeditione abſumebantur. Ad hunc modum & nobis præter apertum hæreticorum bellum etiam quod ab ijs qui eiuſdem nobiſcum uidentur eſſe ſententiæ, excitatum eſt, Eccleſiæ imbecillitatem in extrema pericula deduxit: quorum potiſſimum gratia auxilio ueſtro opus habemus, quo qui fidem confitentur Apoſtolicam, quæ excogitârunt & exercent ſchiſmata abolentes, autoritati ſe deinceps ſubijciant Eccleſiæ, ut integrum ſit corpus Chriſti omnibus ſuis membris ad integritatem receptis: ne aliorum duntaxat admiremur ſuſpiciamuſq; bona, quod iam facimus: ſed & noſtras quoq; Eccleſias ueterem orthodoxiæ gloriam & exultationem recepiſſe uideamus. Reuera namque ſuprema felicitate reputandum, quod pietati ueſtræ à Domino quæ adultera ſunt à probato ac ſyncero diſcernere, patrumq; fidem ſine aliquo metu prædicare, datum eſt: quam fidem & nos accepimus, & ex Apoſtolicis characteribus formatã agnouimus, aſtipulantes & illi, & quibuſcunq; alijs quæ in Synodica cautione canonicè & legitimè decreta habentur.

VERB

VERE PIENTISSIMIS AC DESIDERATISSIMIS fratribus,cōcordibusq; cōmi niſtris Galliæ & Italiæ Epiſcopis Baſilius Cæſariæ Cappadociæ Epiſcopus. C

LXX. DOMINVS noſter Ieſus Chriſtus quoniam omnem Eccleſiam Dei ſuū ipſius corpus nominari uoluit, & unumquenq; noſtrum alterius eſſe mē brum declarauit:dedit quoq; nobis,ut erga omnes iuxta membrorū cō/ ſenſum,amicè ſimus affecti. Quapropter etiamſi habitationibus ſumus alter ab altero quàm longiſſimè ſeparati: ratione tamen coniunctionis huius,propin qui ſumus inuicem. Quoniam igitur pedibus caput dicere non poteſt:non eſtis mihi neceſſarij: planè neq; uos amicitiam nobis renuntiare ſuſtinebitis: ſed tātum uos ad cōmiſerationem permouebunt adflictiones noſtræ, quibus propter peccata noſtra traditi ſumus,quantum nobis congratulationis adfert, quod in pace quam uobis lar gitus eſt Dominus celebres eſtis. Hac itaq; ratione & nunc & aliâs dilectionem ue/ ſtram imploramus:ut noſtræ miſeriæ condoleatis ac ſuccurratis. Verum planè pro/ hibiti eſtis:ne ad iuuandum nos excitaremini:propterea quòd ultio diuina qua caſti/ gandi eramus,nondum eſſet impleta. Nam hoc potiſſimum eſt,quod requirimus,ut ipſi quoq; Imperatori per ueſtram pietatē innoteſcat: orbis noſtri perturbatio. Hoc ſi factu difficile fuerit,ut uel aliqui ueſtrum ad uiſendum & conſolandum afflictos ue niant:qui ipſis oculis calamitatem Orientis conſpiciant, quæ auditu percipi nequit: propterea quòd nullo uobis ſermone res noſtras dilucidè exprimere poſſumus. Per/ ſequutio nos apprehendit, fratres colendiſſimi, perſequutionum omnium grauiſſi/ ma. Abiguntur enim paſtores,ut diſpergantur greges. Et quod omnium eſt duriſſi/ mum,neq; qui adfliguntur, per martyrij certitudinem illatas paſſiones tolerant:ne/ D que plebs martyrum loco athletas habet ac ueneratur: propterea quòd Chriſtiano rum nomine tecti ſunt perſequutores. Vnum iam crimen eſt,quod uehementer pu/ nitur:ſi paternas quis traditiones diligenter obſeruet. Ob hanc cauſam paternis ſedi bus abiguntur pij,& ad ſolitudines migrare cogūtur. Nulla eſt apud Iudices iniquos cani capitis reuerentia, nulla exercitæ pietatis, nulla conuerſationis ad euangelij nor/ mam ab adoleſcentia ad ſenectam uſq; peractæ: ſed cum nemo ſceleratus ſine certis indicijs condemnetur: epiſcopi ſola intercedente calumnia damnantur: & nulla eui/ denti probatione aſſertis ac corroboratis criminationibus,ſupplicijs traduntur. Nō/ nulli ne nouerūt quidem accuſatores ſuos, neq; tribunalia uiderunt:neq; delati ſunt primum, ſed nocte intempeſta abrepti,in exilium fugati ſunt: ſolitudinis calamitati/ bus ad mortem uſq; traditi. Quæ uero iſta cōcomitentur neminem latet:etiam ſi nos ſileamus. Exilia preſbyterorum,exilia diaconorum,totiuſq; cleri depopulationes. Neceſſe enim eſt uel adorare imaginem,uel ſeuæ flagrorum flammæ tradi. Gemitus plebis,lacrymæ continuæ & per ſingulas domos & publicè omnibus quæ patiuntur inter ſe complorantibus. Nemo enim corde eſt uſq; adeò lapideo,ut patre priuatus placidè ferat orphaniam. Sonitus lamentantium in ciuitate, ſonitus in agris, in uijs, in ſolitudinibus. Vox una omnium miſeranda ac triſtia loquentium. Sublatum eſt gaudium,& lætitia ſpiritalis,in luctum mutatæ ſunt feſtiuitates noſtræ. Domus pre/ cationum clauſæ ſunt. Altaria cultu ſpiritali uacant. Nulli amplius Chriſtianorū cœ/ tus,nulla amplius doctorum præſidentia:ceſſârunt doctrinæ ſalubres: ceſſarunt pa/ negyres,hymnodiæ nocturnæ non habentur: neq; ſupereſt beata illa exultatio,qua Domino

A Domino credentium animæ in Synaxi ac communione ſpiritalium chariſmatū exhilarantur. Nobis iam dicere licet, quòd in hoc tempore ſit neq; princeps neq; propheta, neque præſes, neque oblatio, neque incenſum, neque locus ubi coram Domino poſſit offerri ſacrificium ac miſericordia acquiri. Hæc ſcientibus ſcribimus: propterea quòd nulla orbis pars eſt, quæ calamitates noſtras ignoret. Quare non putabitis: quòd iſta uobis docendi, uel admonendæ diligentiæ ueſtræ gratia loquamur. Nouimus enim, quòd noſtri nunquam ſitis obliti: non minus quàm mater filiorum uteri ſui. Sed, quemadmodum qui dolore aliquo occupantur, per gemitus ſolent releuare mœrorem: ita & nos facimus: ut mœſtitiæ grauitatem nonnihil refellamus: multiformes noſtras calamitates ueſtræ dilectioni narramus, ſi quo pacto ad precandum pro nobis aliquanto feruentius permoti, impetretis à Domino, ut nobis placatus concilietur. Quòd ſi hæ tribulationes nos ſolos preſſiſſent, uiſum nobis utique fuiſſet & ſilentio illas obtegere, & de afflictionibus pro Chriſto illatis gloriari: quoniam præſentis temporis afflictiones nō ſunt pares ad gloriam quæ futura eſt ut reueletur in nobis. Nunc autem metuimus, ne quandoq; malum hoc acceptis uiribus, inſtar flammæ per accenſam & ardentem materiam ſerpentis, ſi quæ uicina ſunt corripuerit & abſumpſerit, corripiat & remotiora. Depopulatur enim hoc hæreſeos malum. Et periculum eſt, ne uaſtatis noſtris Eccleſijs, & ad ſanam incolatus ueſtri partē ſerpat. Nos enim forſan primi quidem propter excellens peccatum noſtrum crudis iſtis hoſtium Chriſti dentibus ut abſumamur obiecti ſumus: fortaſſis autem, quod & potiſſimum ueriſimile eſt, quoniam à noſtris locis exortum Euangelion regni, in totum orbem egreſſum eſt: hac ratione communis animarum noſtrarū hoſtis † de-

Initium defectionis. † τῆς ἀποστασίας σπέρματα.

B fectionis quoq; ſeminaria, quæ in eiſdem noſtris locis initium ceperunt: in uniuerſum orbem traijcere contendit. Nam quibus illuxit cognitionis Chriſti lumen, ſuper eoſdem & impietatis tenebras inducere cogitat. Afflictiones itaq; noſtras, ueſtras reputate: tanquam germani Domini diſcipuli. Non impugnamur propter pecunias, non propter gloriæ ſplendorem, non propter aliquid aliud rerum temporalium: ſed propter communem theſaurum, propter hæreditatem paternam, propter ſanam fidem in acie ac certamine ſtamus. Lugete nobiſcum ô fratrū amantes. Occluſa nanq; ſunt apud nos piorum ora: reſerata uero eſt quælibet audax blaſphemaq; lingua, eorum qui aduerſus Deum loquuntur iniuſtitiam. Columnę & ſtabilimentum ueritatis diſſipantur. Nos, qui tenuitatis gratia deſpicimur: fiducia loquendi deſtituti ſumus. Certate pro plebe, & non ueſtra tantū ſpectate: quoniam ad portus appuliſtis tranquillos, per gratiam Dei, quæ uos à turbine malorum ſpirituum protegit: ſed & Eccleſijs illis quæ per tempeſtatem iactantur, manus porrigite: ne prorſus omni deſtitutæ auxilio fidei naufragium patiantur. Ingemiſcite noſtri gratia. Nam unigenitus blaſphematur, & nemo eſt, qui contradicat: ſpiritus ſanctus dehoneſtatur, & qui reprehendere poſſet fugatur. Error multorum Deorum obtinuit. Magnus apud illos Deus eſt & paruus: filius, non naturæ nomen, ſed honoris appellatio reputatur: Spiritus ſanctus nec ad ſanctæ Triadis complementū pertinere, nec diuinæ beatæq; naturæ conſors: ſed ex creatorum numero temerè & utcunq; patri & filio adiectus eſſe docetur. Quis dabit capiti meo aquam, & palpebris meis fontem lacrymarum, & deplorabo complures dies populum peruerſis iſtis doctrinis ad perditionem adactū. In tranſuerſum rapiuntur ſimpliciorum aures, & in conſuetudinem tranſeunt hæreticæ im-

pietatis. In iſtis impietatis doctrinis educantur Eccleſiæ infantes. Nam quid aliud eti C
Quibus rebus populus aſſueſcat hæreticis. am facient? Baptiſmata ſunt apud hæreticos. Illi deducunt progredientes: inuiſunt infirmos, ſolantur mœſtos, adiuuant laborantes & preſſos, omnis generis opem adferunt: myſteriorum communionem adminiſtrant. Quòd omnia per illos diſpenſantur ac perficiuntur: quaſi retinaculum quoddam eſt plebi quo ad illorum concordiā aſtringuntur, ita ut breui temporis decurſu, etiam ſi reſtituatur aliqua libertas, nulla tamen ſpes reliqua futura ſit ad ueritatis iterum agnitionē reducendi eos, qui diuturnæ dilectionis uinculo hæreticis obſtricti ſunt. Quapropter cōplures ex nobis oportebat ad grauitatē ueſtram accurrere, & unumquenq; rerū ſuarum expoſitorē fieri. Iam uero & hoc ipſum, quod profectionis huiuſmodi poteſtate priuati ſumus, documentum uobis ſit adflictionis eius qua premimur. Nam ſi quiſquā Eccleſiam ſuam uel breuiſſimo momento deſeruerit, plebem confeſtim inſidiatoribus expoſitā relinquet. Verum per gratiam Dei unum miſimus pro multis, pientiſſimum hunc & dilectum fratrem noſtrū Dorotheum ac Sympreſbyterum, qui & quæcunq; literis noſtris nō ſatis exprimuntur, ſuaipſius poterit narratione adimplere: qui & cuncta diligenter perueſtigauit: & zelo rectæ fidei ducitur, quem ubi pacificæ ſuſceperitis prope rè ad nos bona nobis ſtudij ueſtri, quo ad iuuandum fraternitatē præditi eſtis, euangelia referentem remittite.

ALEXANDRINIS BASILIVS MAGNVS

LXXI. *Conſolatoria.* DE perſequutionibus apud Alexandriam & reliquam Aegyptū iamdudum ad nos fama peruenit, animoſq; noſtros affecit ut par erat. Expendimus enim aſtutiam belli diabolici, quomodo is ubi Eccleſiam ex perſequutione ab inimicis illata, multiplicari magiſq; florere uidit, inſidias D
ſuas mutauerit: ut iam nos non ex aperto oppugnet, ſed occultas inſidias ſtruat, conſilium ſuum per nomē Chriſtianum quod hæretici prętexunt, obtegens, ut & eadem cum patribus noſtris patiamur, & tamen haud uideamur pro Chriſto pati: propterea quòd & ipſi perſequutores noſtri Chriſtianorum nomine cenſentur. Iſta conſiderantes, plurimū temporis ex eorum quę apud uos geſta nuntiata fuerant animo perculſo fuimus. Reuera nanq; inſonuerunt utræq; noſtrę aures, ubi cognouimus impudentem, & humano generi inimicam hæreſim eorū qui uos perſequuti ſunt: quomodo nec aliquam uenerati ſint ætatē, nec moleſtias caniciei, nec plebis dilectionem, ſed corpora uerberārunt & dehoneſtārūt, inq; exilia eiecerunt ac bona diripuerunt, quę cūq; acquirere potuerunt: neq; humanā ueriti condemnationē, neq; terribilem iuſti iudicis retributionem proſpicientes. iſta nos ſtupefecerunt, & ipſo propè ſenſu deſtituerunt. Acceſſit autē ad haſce animi mei diſceptationes, & iſta cogitatio: An Eccleſias ſuas prorſus reliquit Dominus? An nouiſſima hora eſt, & hoc pacto initiū ſumit defectio, ut iam deinceps reueletur iniquus ille filius perditionis qui aduerſatur & extollitur ſupra omnē qui dicitur Deus, aut numē? Attamē ſiue tēporaria eſt iſta tentatio, ferte eam ut boni Chriſti athletæ: ſiue omnimodæ res noſtræ traditæ ſunt corruptioni, ne ſocordes ſimus ad ea quæ accidunt, ſed reuelationē è cœlis & apparitionem magni Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti expectemus. Si nanq; uniuerſa creatura ſoluetur, & tranſmutabitur figura huius mundi, quid fuerit inſolentiæ, ſi & nos, qui creaturæ portio quædam ſumus, cōmunes adflictiones tulerimus, tribulationibuſq; traditi fuerimus: quas pro menſura potentiæ ſuæ ſuper nos iuſtus inducit iudex, qui nos tenta-

Suſpicatur Baſilius ἀποστασίαν, de qua Paulus, iam ſuo tempore initiū cœpiſſe.

A nos tentari non ſinet ſupra quàm ferre poterimus, ſed & cum tentatione exitum da/ bit,ut ferre queamus.Expectant nos fratres martyrum coronæ.Parati ſunt confeſſo rum chori ut manus uobis porrigant,inq; numerum ſuum uos recipiant. Memores eſtote ueterum ſanctorum,quàm nemo ſit illorum delitijs & aſſentationibus patien/ tiæ coronis dignus effectus:ſed omnes per magnas tribulationes ingreſſi,experimen tum ſui dederint.Alij enim illuſionibus & flagellis explorati ſunt:alij tentati ſunt,diſ ſecti ſunt,occiſione gladij occubuerunt.Hęc ſunt,unde decorantur ſancti.Beatus eſt, qui dignus habetur ut pro Chriſto patiatur. Beatior is eſt qui abundantiores adfli/ ctiones tulit.Quocirca afflictiones præſentis téporis pares non ſunt ad gloriam quæ futura eſt,ut reueletur in nobis. Quòd ſi ipſe ad uos uenire potuiſſem, congreſſu ue ſtro nihil fuiſſet charius, ut & athletas Chriſti uiderem & complecterer, ac precum donorumq; ſpiritalium quæ uobis data ſunt, conſortio potirer. Quoniam uero cor/ pus habeo diuturno morbo confectum,ita ut ne lecto quidem deſcendere queam,& multi ſunt, qui inſtar luporum rapaciũ nobis inſidiantur:occaſionẽ uenantes,an quo pacto ouiculas Chriſti aliquando rapere poſſint: neceſſariò per literas inuiſere uos inſtitui,obſecrans cum primis quidem,ut cõtinuè pro nobis precemini,quò reliquos dies,aut etiam horas, Domino ſecundum Euangelium regni ſeruire merear:deinde uero ut & imperitiæ meæ & literarum tarditati ignoſcatis. Nam ægrè nobis eius ho minis copia facta eſt qui deſiderio noſtro ſeruire queat.Dico autem de Eugenio mo nacho filio noſtro, per quem uos obſecro, ut pro nobis & uniuerſa Eccleſia oretis, deq; rebus ueſtris reſcribatis ut cognitis illis alacriores reddamur.

EVAISENIS BASILIVS MAGNVS

B LICET quamplurimis adobruamur negotijs, & innumeris animus no/ ſter diſtineatur curis, nunquam tamen ſolicitudinẽ eam,quam erga dile ctionem ueſtram gerimus memo riæ noſtræ excidere paſſi ſumus, pre cantes Deum noſtrum ut in fide perſeueretis, in qua ſtatis & exultatis in ſpe gloriæ Dei.Reuera nanq; inſolens iam eſt ac uehementer ratum Eccleſiam uide re ſynceram quæ nihil ſit à malitia temporum iſtorum læſa, ſed integram & inoffen/ ſam ſeruet Apoſtolicam doctrinã, qualem præſentibus téporibus ueſtram oſtendit: qui ſingulis generationibus eos qui uocatione ſua digni ſunt, manifeſtat. Det uobis Dominus cœleſtis Ieruſalem bona,pro eo,quod falſas contra nos calumnias in capi/ ta uaniloquorum reieciſtis:nec permiſiſtis ut cordibus ueſtris ſeſe inſinuarent. Noui autem & perſuaſum habeo in Domino, quòd merces ueſtra multa, etiam ob hanc cauſam,ſit in cœlis.Sapienter enim hoc apud uos ipſos conſiderâſtis,quod & uerum eſt,quòd qui mala mihi reddiderunt pro bonis,& odiũ pro dilectione mea, qua eos proſequutus ſum,iam me calumniantur,eorum gratia,quæ ipſi deprehenduntur ſcri pto æditis confeſſionibus approbâſſe.Et non ſolum hac ſibijpſis contrarietate repu gnant,egrapha ſua nobis accuſationis loco adducentes:ſed quod & ab Epiſcopis illis qui Conſtantinopoli cõuenerant communi decreto ab Epiſcopali functione depoſi ti,depoſitionem non agnouerunt, Synodum eam appellantes Synodum reprobo/ rum: nec paſſi quidem eos uocari Epiſcopos, ne contra ſe prolatã ſententiam firma/ rent. Et cauſam adiecerunt,ob quam illi non ſint Epiſcopi:quoniam malæ,inquiunt, hæreſi præſunt.Hæc uero ante annos, nondum planè exactos, decem & ſeptem fa/ cta ſunt.Erant autem ductores eorum à quibus iſti depoſiti ſunt:Eudoxius, Euippi/

LXXII. *Hortatur ad perſeuerantiã in fide orthodoxa.*

us, Georgius, Acacius & reliqui nobis ignoti. Qui uero iam Eccleſijs dominantur, illis ſucceſſerunt: alij in illorum Epiſcopatus ordinati: alij ab illis ipſis ad præſidentiam euecti. Dicant igitur nunc, qui hanc nobis infamiã intentant, quomodo hæretici fuerint illi, quorum depoſitionis ſententiam nõ agnouerunt: & quomodo iam orthodoxi ſint, qui & ab illis ad Epiſcopatus euecti ſunt, & eandem ſententiam cũ maioribus ſuis tuentur. Si enim Orthodoxus eſt Euippius, quomodo nõ Laicus eſt Euſtathius, qui ab Euippio eſt Epiſcopatu depoſitus? Si uero hæreticus eſt Euippius, quomodo ab Euſtathio in cõmunionem receptus eſt is, qui per manum Euippij ordinatus eſt? Sed hi ſunt iſtorum ludi, quibus Eccleſijs Dei pro ipſorum cõmodo illudunt: qui & calumniari homines, & rurſus cõmendare conantur. Baſilidis Paphlagonici altaria, cum Paphlagoniam tranſiret, ſubuertit Euſtathius, & proprijs menſis leithurgiã obiuit: & iam Baſilidi ſupplex eſt, rogans ut ſe ſuſcipiat. Elpidium pientiſſimum fratrem, propterea quòd Amaſenis cõiunctus eſſet excommunicauit: & nunc Amaſenis quoque ſupplex factus eſt petens illis coniungi. Quæ contra Euippiũ prędicauit, ſcitis uos ipſi, quàm fuerint horrenda. Et nunc eos qui cũ Euippio ſentiunt tanquã rectè docẽtes cõmendat ac celebrat, duntaxat ad confirmandum ipſius ſtudium & conatũ cooperentur. Nos uero traducimur: nõ ideo quòd iniqui quicquã deſignemus: ſed quòd hoc ſibi putauerit apud Antiochenos profuturum. Quos autem anno præterito ex Galatia accerſiuerunt, ut per ipſos autoritatẽ & confidentiam Epiſcopatus accipere poſſent, tales ſunt, quales eos nouerunt quidem qui illis uel pauliſper cõuixére. Mihi uero nondum tantũ concedit otij Dominus, ut acta illorum recenſeam: ueruntamen per ſuſpiciendiſſimos ipſorũ ſatellites & ſymmyſtas comitati totam ipſorum regionẽ † tranſiuimus: Epiſcoporũ habentes obſequia & famulatus. Introducti autem in ciuitatem magnificè cũ autoritate concionati ſunt. Traditus eſt enim illis populus, traditum altare. Hi poſteaquã ad Nicopolim uſq; progreſſi nihil eorũ potuerunt quę polliciti fuerant ad effectum perducere, quomodo reuerſi ſunt? Et quales in reuerſione uiſi ſint, ſciunt qui pręſentes fuerunt. Ita perpetuò omnia ſuo ipſorum cõmodo metiri deprehenduntur. Si uero dicunt, quòd reſipuerint, oſtendant ſcripto ſuã reſipiſcentiam, & anathematiſmũ conſtantinopolitanæ fidei, ſeparationemq; ab hæreticis, nec ſimpliciores ſeducant. Talia ſunt quæ iſti agunt. Nos uero, fratres dilecti modici quidem momenti ſumus & humiles, ſemper tamen in eodem, per gratiã Dei, conſtantes nunquam ad rerũ innouationem conſenſimus: fides apud nos non alia in Seleucia, alia Conſtantinopoli, in Zelis alia, & in Lampſaco alia, & alia Romæ. Et quod nunc circumfertur fidei ſymbolum, non eſt à prioribus diuerſum, ſed unum & idem. Sicut enim à Domino accepimus, ita baptizamur: ſicut baptizamur ita credimus, quemadmodum credimus, ita glorificamus, neq; à patre & filio ſpiritum ſanctũ ſeparantes, neq; patri præponentes, aut filio antiquiorem eſſe ſpiritum ſanctũ dicentes: quemadmodum blaſphemantiũ linguæ aſtruunt. (Quis enim uſq; adeò temerarius fuerit, ut audeat Dominica reprobata conſtitutione nominibus patris ac filij & ſpiritus ſancti ſuo figmento alium excogitare ordinem?) Sed neq; creatũ dicimus ſpiritum, qui patri & filio coniunctus eſt: neq; ſeruile audemus dicere, quod † principale eſt. Vos autẽ obſecramus, ut Dominicæ cõminationis memores qua dixit omne peccatũ ac blaſphemiam hominibus remitti, blaſphemiam uero in ſpiritum ſanctũ non remitti, neque in iſto ſeculo neq; in futuro, uobis ipſis à peſtiferis contra ſpiritum doctrinis caueatis. Sta-

[Margin: C; D]

[Margin note: † forte, tranſiuerunt legendũ eſt.]

[Margin note: † τὸ ἡγεμονικόν.]

A ueatis. State in fide. Ipſum orbem inſpicite, & uidete quàm modica ſit ea portio quę ex hoc morbo laborat, reliqua uero uniuerſa Eccleſia, quę ab orbis finibus uſq; ad fines Euangeliũ recepit, ſanam hanc & rectam doctrinam ſectetur, à cuius & nos cõmunione ne excidamus petimus ſimulq; precamur, ut partẽ uobiſcum capiamus in die Domini noſtri Ieſu Chriſti, iuſta illa, in qua uenturus eſt ad dandum unicuiq; iuxta facta ſua.

BASILIVS MAGNVS MONACHIS SVIS

LXXIII. *Vt hæreticos conſtanter caueant.*

POTEST quidem ſanctus Deus etiam eam animi iucunditatem quæ ſit ex mutuo congreſſu & conuictu largiri nobis, qui ſemper & uidere uos, & de rebus ueſtris audire cupimus, propterea quòd nulla alia in re animi recreationem habemus, quã in ueſtro profectu, & abſoluta præceptorũ Chriſti obſeruantia. Interea uero, dum hoc negatur, neceſſarium arbitramur, ut per germaniſſimos Dominiq; timentes fratres noſtros uos inuiſamus, ac literis dilectionem ueſtram alloquamur. Huius itaq; gratia miſimus religioſiſſimum ac germaniſſimum fratrem noſtrum, cooperatoremq; Euangelĳ Meletum ſympreſbyterum, qui uobis deſiderium noſtrum quo erga uos afficimur, ſolicitudinemq; & curam animarum exponat. Nam noctes atq; dies Dominum precamur ut probati habeamini, quo & nobis fiducia ſit in die Domini noſtri Ieſu Chriſti per ueſtram ſalutem, & uos clari ſitis in ſplendore ſanctorum, opusq; noſtrum iuſto Dei iudicio probetur. Simul uero multam nobis ſolicitudinem obtinentis iam rerum ſtatus moleſtia generat: in quo omnes Eccleſiæ turbatæ ſunt, omnes animæ concutiuntur. Nam temerè nonnulli ora ſua aduerſus conſeruos reſerârunt. Mendacium ſine timore effutitur, ueritas
B obſcurata eſt. Et qui quidem accuſantur: mox ſine iudicio condemnantur: qui uero accuſant ſine omni examinatione fidem inueniunt. Vnde & ego ubi complures percepi contra me circumferri Epiſtolas, quibus perſtringamur ac notemur, propterq; ſcripta quædam accuſemur, quorum apologiam coram ueritatis tribunali paratam habemus: cogitaui quidem ſilendum eſſe, quòd & feci. (Nam tertius iam annus hic eſt ex quo à calumniatoribus notatus accuſationis flagella ſuſtinere cœpi, hoc uno contentus quòd Dominum habeo ſecretorum cognitorem ac ſycophantiæ huius teſtem) Quoniam uero multos iam ſilentium noſtrum eò rapuiſſe uideo, ut ex illo intentatas calumnias confirmârint: noſq; non lenitatis ac patientiæ gratia, ſed quod cõtra ueritatem os aperire non auſimus, ſilere putauerint: ob eam uobis cauſam ſcribere conatus ſum: obſecrans ueſtram in Chriſto dilectionem, ut calumnias quas una pars obĳcit, non mox ut prorſus ueras admittatis: propterea quòd ut ſcriptum eſt, neminem iudicat lex, niſi primum audiat & cognoſcat, quid ſtatuat. Quanquam æquo iudici ad ueritatis declarationem ipſa rerum cognitio ſatis eſt. Itaq; poteſtis uos ipſi, etiam ſi nos ſileamus, ea quæ fiunt obſeruare. Qui enim errorum nos inſimulant conſpicuè deprehenſi ſunt hæreticorum fauere parti. Qui nos propter aliena quædã uolumina condemnant: proprĳs confeſſionibus, quas ſcripto nobis expoſuerunt: cõtrarĳ inueniuntur. Obſeruate conſuetudinem eorum, qui talia temerè audent. Solent perpetuò ad præualentem deficere partem, & imbecillibus proculcatis amicis, colere potentes. Qui enim diuulgatas illas Epiſtolas aduerſus Eudoxium, totamq; illorum partem conſcripſerunt: ac omnibus fraternitatibus tranſmiſerunt, conteſtatiq; ſunt ut communionem illorum, tanquam animarum peſtem fugerent: & huius gratia prola

tas de ipſorum depoſitione ſententias non receperunt, eò quòd eſſent ab hæreticis C
deciſæ: ſicut nobis tum perſuadebant: hi iam omnium obliti, hæreticis illis coniuncti
ſunt, nec ullo pacto negare poſſunt. Animi nanque ſui ſententiam manifeſtè declarâ-
runt in eo quòd Ancyræ per ſingulas domos communiones illorum ſalutârunt, quã-
doquidem ad conſortium ab ipſis ad hunc modum ſuſcepti ſunt. Itaque interrogate
† uel ex æquo ac pari. eos. Si iam orthodoxus eſt Baſilidis conſors † Ecdicæi, quam ob rem cum Darda-
nia redirent altaria ipſius in agro Gangrenorum ſubuerterint, menſasque ſuas ſubſti-
tuerint: qua ratione etiamnum Eccleſias Amaſiæ ac Zelorum inuadant, ſuaque ipſo-
rum autoritate conſtituant presbyteros ac diaconos. Nam ſi cum illis tanquam or-
thodoxis communicant, qua de cauſa Eccleſias ipſorum uelut hæreticorũ inuadunt?
Si uero hæreticos eſſe arbitrati ſunt, quomodo de communione ipſorum haud pu-
deſiunt? An iſta, colendiſſimi fratres, non ſunt ita manifeſta ut à quouis puero intelli-
gantur, quòd perpetuò proprium ſpectantes commodum, uel traducere quos uo-
lunt, uel commendare conantur. A' nobis itaque defecerunt: nec præmiſſis querelis
(Nam hoc eſt, in quo ſe potiſſimum exacerbatos eſſe dicunt) nec ideo, quòd Chore-
piſcopos quos ſe miſiſſe dicunt, non ſuſcepimus. Quanquam reddent Domino ratio-
nem, qui hoc ſubornârunt. Vnus enim Euſtathius ad nos uenit. Is cũ literas † adpa-
† uel collegio aut ſtationi. ritoribus Icarij dediſſet, tribus expletis in ciuitate diebus, cum ad ſua redire uellet,
multo iam ueſperi, cum dormirem, ædibus noſtris appropinquare narrabatur. Vbi
uero me dormire audierat, poſtridie, cum diſcederet, denuò me non acceſſit: ſed
ad hunc modum perfunctoriè quod nobiſcum agere debebat exequutus, ad ſuos
reuerſus eſt. Atque hoc eſt crimen illud, quod commiſimus nos, & patientes iſti ac le-
nes homines iſti delicto non contulerunt ſeruitutem eam quam ipſis antea in dile- D
ctione exhibuimus: ſed huius erroris ac caſus gratia uſque adeò grauiter nobis ſuc-
cenſuerunt, ut ab omnibus nos totius orbis Eccleſijs quantum in ipſis fuit, excom-
municari & explodi fecerint. At non eſt iſta in ueritate diſſidij huius cauſa, ſed quo-
niam putârint ſe gratificaturos tum Euzoio, ſi ſeſe à nobis abalienarent, iſtos ſibij-
pſis prætextus commenti ſunt, ut hoſtes nobis facti aliquò uſque ſeſe iſtis commen-
datos redderent. Cæterum & Nicænam fidem calumniantur, nosque homouſiaſtas
probroſè uocant: propterea quòd in ea fide filium Dei unigenitum cum Deo ac pa-
eiuſdem eſſentiæ. tre † homouſion confitemur. Non quòd ſit ex una eſſentia in duas partes diuiſa, fra-
tres, abſit. Non enim hoc cogitauit ſancta illa ac Deo dilecta ſynodus, ſed quòd i-
dem intelligi ſecundum eſſentiam debet filius, quòd pater eſt ſecundum eſſentiam.
Sic enim nobis illi ipſi patres expoſuerunt, dicentes: Lumen ex lumine. Eſt autem
Nicæna fides quam Occidentales attulerunt, Tyanenſique ſynodo tradiderunt: à qua
& ſuſcepti ſunt. Sed habent aſtutum quoddam dogma, ad eiuſmodi ſuas mutatio-
nes paratum. Nam uerbis fidei more medicorum utuntur, pro commoditate aliter
atque aliter ſeſe ad affectionũ rationem ac uarietatẽ attemperantes. Marcidum uero i-
ſtud ſophiſma, nõ cõuenit ut ego redarguã, ſed uobis obſeruandũ eſt (dabit enim uobis
intellectũ Dominus ut cognoſcatis) quę recta ac plana ſit ſentẽtia, quę obliqua & per-
uerſa. *Si* enim alias licet atque alias fidei cõfeſſiones conſcribere, & pro temporũ uarie-
Eph. 4. tate mutare, falſa eſt ſententia eius qui dixit: unus Dominus, una fides, unũ baptiſma.
Si uero hæc uera ſunt, nemo uobis inanibus iſtis ſermonibus imponat. Traducunt
nos, quaſi inſolens ac nouũ quiddã de ſpiritu ſancto doceamus. Rogate igitur ipſos,

quæ ſit

A quę ſit illa noſtra inſolentia. Nos enim, quod & accepimus, paracletũ patri ac filio cõiunctũ non creaturæ connumeratũ eſſe confitemur. In patrẽ namq́ꝫ, & filiũ, ac ſpiritũ ſanctũ credimus, deniq́ꝫ in nomen patris ac filij & ſpiritus ſancti baptizamur. Quapropter nunquã à coniunctione patris ac filij paracletũ ſeparamus. Mens enim noſtra à ſpiritu ſancto illuſtrata ad filiũ reſpicit: & in illo, ueluti imagine, patrẽ contẽplatur. Neq́ꝫ igitur nomina ex nobis ipſis comminiſcimur: ſed ſpiritum ſanctum paracletum quoque nominamus, neque debitam illi gloriam caſſari ſuſtinemus. Hęc ſunt noſtra illa cum omni ueritate coniuncta. Si quiſquam nos horum gratia accuſat, accuſet: ſi quis nos perſequitur, perſequatur: ſi calumnijs quiſquã nobis intentatis fidem habet, paratus ſit ad iudicium. Dominus è uicino eſt, nulla in re ſoliciti ſumus. Quòd ſi in Syria quiſquam aliquid conſcribit, noſtra nihil intereſt. Nam ex uerbis tuis, inquit, iuſtificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis. Mea me uerba iudicent: propter alienos uero errores nemo nos condemnet: neq́ꝫ Epiſtolas quiſquã quas ante annos uiginti ſcripſimus, probationis uice obijciat: quòd iam cum illis faciam qui illa conſcripſerunt. Nos enim cum ante ſyngrammata iſta laici eſſemus, ad laicos ſcripſimus, nihil de fidei cauſa, neque qualia nunc ad noſtram calumniam circumferunt iſti, ſed ut amicos ſalutaremus, ſimpliciter eos per literas compellauimus. Pariter enim nos & eos qui Sabellij morbo infecti ſunt, & qui Arij dogmata tuentur, ut impios fugimus & anathematizamus. Si quis eundem & patrem & filium ac ſpiritum ſanctum dicit: & quod † polyonymon eſt rem unã arbitratur: unamq́ꝫ hypoſtaſim tribus appellationibus nominatam putat, talem nos Iudæorum parti coniungimus. Simili ratione ſi quiſquam filium patri, quod ad eſſentiam attinet, diſſimilem eſſe dicit, aut ad creaturam deiecit ſpiritum ſanctum, & hunc anathematizamus: & gentili errori uicinum eſſe iudicamus. At impoſſibile eſt, ut literis noſtris accuſantiũ nos ora cohibeamus: imò credibilius eſt noſtris illos apologijs iritari quoque, ut maiora ac peiora contra nos machinentur. Interea tamen ueſtras communire aures non eſt difficile. Itaque quod ueſtrum eſt facietis. Syncerum nobis, & quod nullis ſit calumnijs corruptum cõſeruabitis pectus, & ſi quid criminis nobis obijcitur, illius à nobis rationem exigetis: & ubi ueritatem apud nos deprehenderitis, non dabitis locum mendacio. Si uero nos in reddenda ratione deficere ſenſeritis, tum demum accuſatoribus noſtris tanquam ueracibus fidem habebitis. Vigilant illi in hoc ut nobis noceant. Hoc à uobis non requirimus. Nundinariam uitam exercentes, quæſtuariam ſibi reddunt, quam nobis intentant calumniam. Vos uero obſecramus, ut domi maneatis: honeſteq́ꝫ uiuatis, opus Domini cũ ſilentio perficientes. Congreſſus ſanè illorum, ſubdolos & ad ſubuerſionem audientium inſtructos declinetis, ut & dilectionem erga nos ſyncerã cuſtodiatis, patrumq́ꝫ fidem infractam ac ſanã ſeruetis: & apud Dominum tanquam ueritatis amici probati deprehendamini.

† multorum nominum.

B

AD OCCIDENTALES EPISCOPOS DE Euſtathio, Apolinario, & Paulino, deq́ꝫ unius iſtorum cuiuſq́ꝫ hæreſi, Baſilius Magnus.

LXXIIII. TANTVM cuiq; ueſtrum, Dominus Deus noſter in quem ſperauimus largiatur gratiæ, ut propoſita ſpe potiamini, quanto ipſi gaudio pectora noſtra repleſtis, cum per literas quas nobis per deſideratiſſimos ſympreſbyteros noſtros ſcripſiſtis: tũ ex eo quòd calamitatibus noſtris tanquã uiſcera miſerationis induti condoletis: quemadmodum nobis prædicti fratres indicãrunt. Nam etiamſi uulnera noſtra eodem modo perſeuerant, nonnihil tamen inde releuamur: quòd paratos habemus medicos qui uelocem ac maturã poſſunt, ſi detur opportunitas, doloribus noſtris adferre medelam. Quapropter iã denuo uos per dilectos hoſce fratres compellamus & obſecramus, ne, ſi dederit uobis Dominus copiam ac ſecuritatẽ accedendi, inuiſere nos detrectetis. Maximũ enim Domini mandatum eſt, infirmorũ uiſitatio. Si uero optimus Deus ac prouidus uitæ noſtræ moderator hanc gratiã in aliud tempus reiecit, ſaltem ſcribite nobis, quæ uos cũ ad conſolationem adflictorũ, tum ad erectionem confractorũ ſcribere decet. Plurimum enim iã confracta eſt Eccleſia, cuius nomine & nos multũ in modum triſtamur. Non eſt autẽ quòd alicunde opem expectemus, niſi per uos Dominus, à quibus ſyncerè colitur, curationem miſerit. Improba quidem & impudens Arianorũ hæreſis manifeſtè ab Eccleſiæ corpore diuulſa proprio immoratur errori, parumq; nos lędit: propterea quòd illius impietas omnibus nota eſt: qui uero ouinã pellem induti, manſuetudinẽ ac placiditatẽ externè quidem ſimulant, internè uero gregem Chriſti crudeliter lacerant: & hoc nomine, quod ex noſtro gremio progrediuntur, ſimpliciores facile lędũt, ij ſunt pernicioſi illi & qui nõ ita facile caueri poſſunt, quos per ueſtrã diligentiam omnibus Orientis Eccleſijs publicari ac manifeſtari petimus, ut uel recta ingredientes ſyncere nobis coniuncti ſint, uel ſi peruerſi eſſe perrexerint, peſtẽ ſuam ſibijpſis ſolis contineant, ne poſthac per incautam cõmunionem morbũ ſuum uiciniorib us affricare poſſint. Neceſſariũ uero eſt, ut mentionẽ iſtorum nominatim faciam, ut & ipſi cognoſcatis eos qui nos conturbant & offendicula gignunt: illoſq; Eccleſijs ueſtris manifeſtos, ut uitari poſſint, faciatis. Quæ nos eñ loquimur multis ſuſpecta ſunt, quaſi propter priuatas quaſdã contentiones metũ ac puſillanimitatẽ illis incutere uelimus. Vos uero, quanto ab illis habitatione remotiores eſtis, tãto plus apud plebẽ habetis fidei, ad quod & hoc accedit, quod ad curandos oppreſſos adiumento uobis eſt gratia Dei. Quòd ſi plures quoq; unanimes eadem decreueritis, manifeſtum eſt quòd multitudo eadem decernentiũ indubitatã omnibus efficiet dogmatis ſuſceptionẽ. Eſt itaq; unus ex illis qui plurimũ excitant turbarũ, Euſtathius ex Sebaſtia minoris Armeniæ. Hic olim inſtitutus ab Ario, cũ is Alexandriæ florens, impias aduerſus unigenitũ Dei blaſphemias ſtrueret, ſectator illius & inter ſelectiſſimos diſcipulos connumeratus fuit. Poſteaquã uero ad ſuos reuerſus à beatiſſimo Hermogene Cæſariæ Epiſcopo propter impiã opinionẽ cõdemnaretͭ, confeſſionẽ illi obtulit ſanæ fidei, atq; ita manus impoſitionẽ ab ipſo obtinuit. Vbi uero dormitionẽ accepit Hermogenes, mox ad Euſebiũ Cõſtãtinopolitanũ ſeſe cõtulit: qui & ipſe nihilo minus impiũ Arij dogma tuetur. Inde pòſt quibuſdã de cauſis pulſus, ad patriã ſeſe recepit: illicq; denuo erroris purgationẽ obtulit: ſed ita ut celata & obtecta mẽtis impietate quandã exhiberet uerborũ rectitudinẽ. Mox uero ubi utcũq; adeptus eſſet Epiſcopatũ, anathematiſmũ cõtrã homouſion in ſynodo Ancyrę habita ſcripſiſſe deprehenditͭ. Ex illa ad Seleuciã profectus cũ illis quos eiuſdem habet opinionis ea geſſit quæ omnes nôrunt. Con-

Euſtathius Arij diſcipulus.

C

D

A runt. Conſtantinopoli uero iterum ad ea quæ ab hæreticis propoſita ſunt, conſenſit. Atq; ita Epiſcopatu eiectus, propterea quòd iam in Meletina ſynodo depoſitus eſſet, uiam ſibiipſi per quã reſtitueretur excogitauit, eam uidelicet, ut ad uos proficiſceretur. Quę uero ſint illi à beatiſſimo Epiſcopo Liberio propoſita, & ad quæ conſenſerit, nobis clàm eſt: niſi quòd Epiſtolam attulit, per quam reſtitueretur: eam ubi Tyanæ ſynodo exhibuit, in ſuum locũ reſtitutus eſt. Iſte itaq; iam fidem eam in quam receptus eſt depopulatur, cũq; illis facit qui homouſion condemnant. Deinde & pneumatomachorum quoq; hæreſi patrocinatur. Quoniam igitur iſthinc uires accepit lędendi Eccleſias, ac parrheſia quã uos dediſtis ad ſubuerſionem multorum uſus eſt, neceſſe eſt ut iſthinc quoq; ueniat malorum iſtorum correctio, ſcribaturq; Eccleſijs, quibus quidem conditionibus ad cõmunionem ſuſceptus ſit: ſimul uerò adijciatur, quomodo iam immutata ſententia gratiam à patribus qui tũ erant, acceptam irritã reddat. Alter ex illis, de quibus uos admonemus, eſt Apollinarius, haud parum & ipſe Eccleſias contriſtans: facilitati nanq; ſcribendi, qua per occaſionem ad quoſuis irrepit, coniunctam habens ſufficientem linguæ facultatem orbem libris ſuis repleuit: cõtempto Eccleſiaſte qui cauendum eſſe dicit ne mutili fiant libri. In multitudine autẽ certum eſt quòd multa delinquantur. Nam quomodo poteſt in multiloquio uitari peccatum? Sunt uero quæ ſcribit, etiam ad theologiam pertinentia: non ex ſcripturæ probationibus, ſed ex humanis argumentis aſtructionem habentia. Scripſit & de reſurrectione quædam fabuloſè imò iudaicè compoſita: in quibus dicit nos iterum ad cultum a lege præſcriptum reuerſuros, ita ut iterum & circuncidamur, & Sabbatum obſeruemus, & à cibis in lege prohibitis abſtineamus, ſacrificiaq; Deo offeramus, &

πνευματομάχοι qui ſpiritũ ſanctum oppugnant.

Apollinarius.

Vide quid in Apollinarij libris culpet Baſilius.

B in templo Ieroſolymis adoremus, atq; prorſus ex Chriſtianis Iudęi reddamur, quibus quid nam poterit ridiculum magis imò alienius ab Euangelico dogmate dici? Deinde & de incarnatione tantam mouit fratribus perturbationem, ut pauci eorum quibus colloquij cũ illo nonnihil interceſſit, priſcum pietatis characterem cõſeruent: multi uero rerũ nouationi attendentes ad quæſtiones & cõtentioſas inutilium uerborum hæreſes auerſi ſint. Paulinus uero, an qua in re, quòd manus impoſitionem cernit, reprehenſibilis ſit, uos ipſi dicetis. Nos ſanè cõtriſtat quòd Marcelli dogmatibus fidem habet, & ſectatores illius ſine diſcrimine ad cõmunionem admittit. Scitis colendiſſimi fratres, quàm omnẽ ſpem noſtram irritã faciat dogma Marcelli, quòd neq; filium propria ac diſcreta hypoſtaſi præditum confitetur, ſed productum, & in eum ipſum iterum conuerſum ex quo uenerat tradit: neq; paracletũ propriam habere hypoſtaſim concedit: ita ut non aberret ſi quiſquam hanc hæreſim prorſus alienã eſſe à chriſtianiſmo determinet, ac corruptum quendam Iudaiſmum appellet. Horũ curam à uobis requirimus. Eam adhibebitis, ſi uniuerſis orientis Eccleſijs ſcribere dignabimini, ut eos qui ueritatis doctrinam ad hunc modum adulterârunt, tum demũ ad cõmunionem admittant, ſi quando errata correxerint, ſi uero contentioſe rerum nouationi immorari uoluerint, ab illis ſecedant. Cæterum haud ignoramus & ipſi, quòd oportuerat nos ueſtræ prudentiæ aſſeſſores, communi de his rebus conſideratione tractare: uerum quoniã nec temporis id ratio permittit, & dilatio pernicioſa eſt, propterea quòd hominũ iſtorum peſtis radices agit, neceſſitate adacti fratres hoſce miſimus, ut ſimul quæcunq; literas fugiunt, de ſuo uos perdocentes pietatem ueſtrã eò pelliciant ut quæſitum Eccleſijs Dei auxilium exhibeatis.

Paulinus.

AD NEOCAE-

AD NEOCAESARIANOS BASIlius Magnus

C

LXXV.

Queritur de improborum calumnijs, & iuxtà hortatur, ut non cuiuis delatori credant, ſed iuſtè iudicent.

IAM diu inter nos nihil interceſſit mutui alloquij fratres colendiſſimi ac deſideratiſſimi, non ſecus atq; qui animis ſunt ira ſuccenſis. At quis uſq; adeò acceptæ iniuriæ memor eſt, & irreconciliabilis erga eum à quo læſus eſt, ut per totam ferè hominis ætatem conceptam odij ac iræ commotionem protendat? Id quod in nobis factum eſſe apparet, cū nulla ſit iuſta ratio, ob quā ſeparari, quantum nos ſcimus, imò contrà multæ ſint & magnæ cauſæ propter quas ſumma inter nos amicitia & unitate coniungi debuerimus. Prima eſt, quod unicum ac primarium eſt maximi Domini noſtri præceptum luculenter dicentis, In hoc cognoſcent omnes quòd diſcipuli mei eſtis, ſi charitatem habueritis inter uos mutuam. Et Apoſtolus quoq; manifeſtè nobis dilectionis bonum commendat: cum quòd decernit conſummationem legis eſſe dilectionem, tum quòd dilectionis bonum omnibus reliquis utut magnis præponit, ubi dicit. Si linguis loquar & hominum & angelorū, charitatem uero non habeam, factus ſum æs reſonans, uel cymbalum tinniens. Etſi habeam prophetiam, & nouerim omnia myſteria, & omnem ſcientiam, & ſi habeam omnem fidem, ita ut montes tranſponam, charitatem uero non habeam, nihil ſum. Et ſi impendam in alimoniam omnes facultates meas & corpus meū tradam, ut comburatur, charitatem autem non habeam, nihil inde lucri capiam. Non quòd quicquam eorum quæ connumerata ſunt, unquam ſine charitate præſtari poſſit: ſed quòd ſanctus Apoſtolus, ut & ipſe dixit, hyperbolico modo uoluerit excellentiam omnia ſuperantem iſti adſcribere præcepto. Altera cauſa eſt, quòd ſi quid aliud certè & hoc ad concordiam plurimum confert: ſi datur ijſdem uti doctoribus. Sunt autem ijdem & nobis & uobis doctores myſteriorum Dei & ſpiritales patres, qui ueſtram ab initio fundârunt Eccleſiam: Gregoriū dico priſcum illum, & quotquot poſt ipſum Epiſcopalem apud uos ſedem ſuſceperūt: qui ordine ſuccedaneo inſtar aſtrorum exorti ijſdem ingreſſi ſunt ueſtigijs: ita ut haud facile ſit uolentibus conuerſationis ipſorum indicia deſerere. Si uero & corporalis familiaritas haud aſpernanda eſt, ſed ipſa quoq; multum ad ſolidam amicitiam uitæq; communionem conducit: & ea uobis erga nos non deeſt occaſio. Cuius itaq; gratia, ô urbium ornatiſſima (per uos enim toti urbi loquor) nō indidem ueniunt literæ ueſtræ, non amica eſt uox ueſtra, ſed apertæ ſunt aures ueſtræ & expoſitæ calumniari conantibus. Itaq; tanto altius ingemiſcere debeo, quanto magis quod illi ſategerunt effectū eſſe uideo. Quandoquidem delationis opus, manifeſtum habet magiſtrum ac doctorem, qui cum ex multis ſit malefactis notus, ab iſta tamē deferendi malitia deſignatur: ita ut ex hoc peccato nomē inuenerit: uos uero mihi permittite, ut liberè loquar, utraſq; aures delatoribus noſtris reſerâſtis, ac quicquid illi ad uos deferunt, ſine omni examinatione admittitis, nemine exiſtente qui falſum à uero diſcernat. Quis unquam in accuſandis uitijs nemine contradicente defecit? Quis deferendo mendacij conuictus eſt, non coram conſtituto eo quem falſò detulit? Quidnam dici poteſt, quod credibile non ſit auſcultantibus, ſi dum criminator ita ut aſſerit habere contendit: criminis accuſatus nec adeſt, nec calumnias audit? Neque ipſa uos uitæ huius conſuetudo hiſce in rebus erudit ac docet: quòd qui futurus ſit æquus ac nulli parti addictus iudex, nō debeat ſe totū præoccupanti permittere, ſed & apologiā expectare eius qui defertur, ut

1 Cor. 13

D

Diabolus unde dictus ſit.

A ex collatione eorum quæ ab utriſq; partibus dicuntur ueritas pateſiat. Iuſtum iudiciſum iudicate, unum hoc eſt ex præceptis ad ſalutem neceſſarijs. Et iſta dico, non oblitus uerborũ Apoſtoli, quibus ille relictis humanis iudicijs uniuerſam uitã ſuam eius tribunalis examini reſeruauit: quòd falli nequit, ubi dicit, Mihi uero pro minimo eſt ut à uobis dijudicer, aut ab humano die. Veruntamen quoniã aures ueſtras falſæ delationes præoccupatas detinent, delataq; eſt & calumnijs impetita cũ uita noſtra, tũ & fides quam habemus erga Deum, ſciens delatorem tribus perſonis mali huius noxã aſpergere (Lædit enim & eũ quem falſò defert, & eos quibus loquitur, & ſeipſum. Quàm ego lędar, ſcitis ipſi, etiam ſi ego ſileam) non cõtemnens ueſtram reprehenſionem (quomodo enim contemnerem, qui ne illam incurram, iſta ſcribo, & huius iam gratia certo) ſed uidens me eſſe in tribus iſtis perſonis qui lęduntur: qui omniũ minimo damno afficiar. Nam ego quidem amicitia ueſtra deſtituor: uos autem ueritate. Et qui huius cauſam dedit, me quidem à uobis ſeparat, ſeipſum uero alienum à Domino reddit: propterea quòd nemo reproborum ac nefandorum hominũ cum Deo commercium habere poteſt. Propter uos itaq; magis quàm propter me, & ut diſpendio uos haud ferendo eximam, iſta ſcribo. Quod enim maius malum cuiquam accidere poterit, quàm ut rem omniũ pretioſiſſimam, ueritatem uidelicet amittat? Quid igitur dico fratres? Non quòd ego peccatis caream, neq; quòd uita mea, non referta ſit innumeris delictis. Noui enim meipſum, nec ceſſo lacrymas profundere propter peccata mea, ſi quo pacto mihi Deum placare, ac futuri ſupplicij comminationem effugere queam. Sed hoc dico. Quòd ſi qui noſtra iudicat, mundum ſibi uindicat oculum, auferat ex noſtro oculo feſtucam. fatemur enim nos multa eorum qui probè ualent

B opus habere curandi diligentia. Si uero hoc non facile dicet, & tanto minus dicet quanto magis fuerit mundus, propterea quod perfectorum hoc eſt proprium, ut ſeipſos non extollant (alioqui arrogantiæ phariſei obnoxij eſſent, qui ſeipſum iuſtificãs condemnauit publicanum) neq; mihi querat medicũ, nec iudicet ante tempus, donec ueniat Dominus, qui reuelabit occulta tenebrarum, & manifeſtabit cõſilia cordium. Memor ſit eius qui dixit, nolite iudicare, ne iudicemini, neq; condemnare ne condemnemini. In ſumma fratres, ſi curabilia ſunt noſtra delicta, quare non obeditis doctori Eccleſiarum, dicenti, argue, increpa, obſecra? Si uero ſcelus noſtrũ ita habet, ut ſit immedicabile, quamobrem non in faciem nobis reſiſtit aduerſarius, ut patefactis ſceleribus noſtris, Eccleſias ab ea pernicie liberet, qua per nos illę perduntur? Itaq; ne feratis conuiciũ illud quod ſub dentibus aduerſarij clanculum aduerſum nos immurmuratur: ferendum enim nõ eſt, etiam ſi id ancilla faciat ex piſtrino, aut aliquis ſupra modum agreſtis, cui hominũ generi hoc uitij eſt, ut linguas in omnis generis conuicia acutas habeant. Iam ſunt Epiſcopi, uocẽtur illi ut cauſam cognoſcant. Eſt clerus in unaquaq; Dei parœcia. Congregentur ſelectiores ac probatiores. Dicat cũ fiducia ac liberè qui uolet, ut examen ſit quod agitur non conuiciũ. In conſpectum ac publicum producat, ſi qua ſunt malitiæ meæ occulta facinora. Odio uero me, ne tum quidem proſequatur, ſed admoneat ut fratrem. Si pecatores ſumus, commiſerandi potius ſumus apud uiros beatos & innoxios, quàm acerbè & odioſe tractandi. Si uero erroris circa fidem culpamur, oſtendatur nobis Syngrapha. Deinde iudicium detur æquum & neutri parti ſeparatim addictum. Legatur obiectum delictum. Probetur natura ſui cõdemnatum eſſe ſcriptum quod obijcitur magis quàm quod ex ignorantia accu/

rantia accuſatoris culpandum eſſe uideatur. Sunt nanque multa bona, quæ non ex/ C
acto mentis iudicio præditis talia non apparent. Neq; enim quæ eiuſdem ſunt pon/
deris paria eſſe uidentur: niſi æquilibres ſint inter ſe lances. Et melli acerbum quid in/
eſſe, illis apparet, quibus ex paſſione corruptus eſt guſtandi ſenſus. Quin & oculus ui
tiatus multa non uidet eorum quæ ſunt, & multa ſuſpicatur quæ non ſunt. Idem &
in iudicanda ſermonum uirtute ſæpenumero fieri uideo: quando eorum qui conſcri/
pſerunt mentem non aſſequitur iudex. Oportet enim ut eadem propè ſint animi in/
duſtria præditi: & qui aliorum ſcripta iudicaturus eſt, & qui illa conſcripſit. An cum
de agriculturæ operibus iudicare non poterit, qui non ipſe eſt agricola: & qui muſices
ſcientiam non tenet, nec conſonantiã nec diſſonantiam in muſicis rithmis cognoſcat:
ſermonum iudex mox erit quicunq; uolet: qui neq; præceptorem ſuum, neque tem/
pus in quo didicerit, aſſignare ualet: nec prorſus quicquam eorum quæ ad ſermones
iudicandos attinent: ſiue multum ſiue parum intelligit? Ego uero noui quòd quæ in
oraculis ſpiritus dicuntur, haud cuiuis liceat proprio ſubijcere examini, ſed ei qui ſpiri/
tum habet diſcretionis, quemadmodum nos Apoſtolus in diuiſionibus chariſmatũ
docuit dicens. Huic nanq; per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ ſe/
cundum eundem ſpiritum, alij fides in eodem ſpiritu, alij operationes uirtutum, alij
prophetia, alij diſcretiones ſpirituum. Itaque ſi noſtra ſpiritalia ſunt, oſtendat ſe do/
num habere diſcernendorum ſpiritalium, qui noſtra iudicare præſumit: ſi uero, quẽ/
admodum ipſe cõuiciatur, ex ſapientia ſunt mundi huius, declaret ſe mundanæ ſapiẽ
tiæ experientiam habere, & tũ demum ipſi iudicandi calculos permittemus. Nemo
autem putet iſta nos ad hoc excogitare, ut cauſæ examen fugiamus. Vobis enim, fra/
tres deſideratiſſimi, permitto, ut inter uos ipſos eorum de quibus incuſamur examẽ D
faciatis. An uſq; adeò tardo eſtis ingenio, ut ad ueri cognitionem omnium opus ha/
beatis patrocinio. Quòd ſi noſtra uobis indubitata uidentur, curate ut omnem con/
tentionem abijciant contentioſi illi nugatores. Si uero ambiguum quid illis ineſſe ui/
detur, rogate nos, per intermediatores, qui noſtra uobis fideliter referre & exponere
queant. Vel ſi uidebitur, ſcripto comprehenſas probationes exigite. Omnino quo/
uis modo curate, ut iſta quę nobis obijciuntur inexcuſſa non relinquantur: fidei uero
noſtræ quæ poterit eſſe euidentior probatio, quàm quòd à nutrice beata fœmina,
quæ ex ueſtro gremio progreſſa eſt, (Macrinam dico, illuſtrem illam) educati ſumus:
à qua & beatiſſimi Gregorij uerba, quæ memorię beneficio ad illius uſq; ætatem ſer
uata ipſa retinuit, edocti ſumus, quibus illa nos adhuc infantes, tanquam pietatis do/
gmatibus finxit ac formauit. Poſteaquam uero & nos, completa per ætatem ratio/
nis maturitate, intelligendi facultatem accepimus, multum telluris ac pelagi emenſi ſu
mus, an aliquos inueniremus iuxta traditum nobis pietatis canonem ambulantes: &
eos quos inuenimus patrum loco complexi ſumus, & pro animarum noſtrarum ad
Deum proficiſcendi ducibus reputauimus. Et ad hanc uſq; horã gratia eius qui ſan/
cta nos uocatione ad cognitionẽ ſui uocauit, nullius ſententię conſcij ſumus, quã ſanę
doctrinæ contrariã & inimicam cordi noſtro admiſerimus. Neq; mentẽ noſtram un
quam execranda Arianorum blaſphemia polluimus: ſed ſi nonnullos aliquando
Arij diſcipulos ad communionem aſſumpſimus, ita illos admiſimus, ut morbum ſu/
um quàm intimè celantes pietatis uerba loquerentur: uel certè doctrinæ noſtræ nihil
obluctarentur. Et hac in re non noſtro ipſorũ erga tales uſi ſumus iudicio, ſed magis
decreta pa/

A decreta patrum noſtrorum, quibus illi de talibus iam olim quid faciendum ſit ſtatuerunt, ſectati ſumus. Ego enim cum accepiſſem beatiſſimi patris Athanaſij Alexandrini epiſcopi literas, quas etiamnum in manibus habeo, & requirentibus obijcio, quibus ille manifeſtè edixit, quòd ſi quiſquam ex Arianorum hæreſi ad nos tranſire uoluerit, admittendum eſſe, nec quicquam in illo aſſumendo hæſitari debere, ſi Niceni concilij fidem confiteatur, & dogmatis huius conſortes: ille mihi omnes cum Macedoniæ tum Achaiæ epiſcopos allegâſſet, neceſſariũ arbitratus ſum ut tanto uiro propter autoritatem eorum qui id decreuerant obſequerer, ſimulq́ præmium pacis ſtudioſis deſtinatum adipiſci cupiens, eos qui fidem iſtam confitebantur communicantium parti adſcripſi. Fuerat autem iuſtius res noſtras æſtimare non ex uno aut altero eorum qui ad ueritatem haud recto pede ingrediuntur, ſed ex multitudine totius orbis epiſcoporum, qui gratia Chriſti coniuncti nobis ſunt. Requirantur uero Piſidæ, Lycaones, Iſauri, Phryges, & qui utriuſq́ ſunt Armeniæ, quotquot uicini uobis ſunt Macedones, Achæi, Illyrij, Galli, Hiſpani, tota ſimul Italia, Siculi, Aphri, & qui in Aegypto adhuc ſani ſunt, & quæ reliqua portio eſt Syriæ, qui quidem literas ad nos mittunt & uiciſſim à nobis recipiunt: ex quibus cum quæ illinc ad nos feruntur, tum quæ uiceuerſa iſthinc ad ipſos mittũtur cognoſcere poteſtis, quod unanimes omnes eodemq́ ſenſu præditi ſumus. Itaq́ ſi quiſquam communionem noſtram fugit, ne prudentiam ueſtram lateat, ab uniuerſa illum eccleſia ſeſe diuulſiſſe. Attendite igitur fratres cum quibus cõmunicetis. Poſtquã à nobis excludimini, quis deinceps uos ſit agniturus. Nolite nos in eam neceſſitatem cõſtituere, ut de dilectiſſima nobis eccleſia triſte quid ac durũ ſtatuamus. Ne detis occaſionẽ ut quæ iam in corde primo apud
B meipſum gemẽs temporiſq́ malitiã deplorans, quod ſine omni ratione maximæ eccleſiarum, & quæ iam olim fraterna inter ſe amicitia coniunctæ fuerunt, nunc inter ſe diſſident, ne detis, inquam, occaſionem, ut iſta ad uniuerſos cõmunionis noſtræ conſortes deplorem. Ne cogatis me ut proloquâr quæ hactenus rationis freno cohibitus apud meipſum occulta premo. Melius eſt ut nobis è medio ſublatis, eccleſiæ inter ſe conſentiant, quàm ut propter pueriles haſce mycropſychias noſtras tantum malum populis dei inferatur. Interrogate patres ueſtros & annunciabunt uobis, quod etiam ſi loci ſitu diuiſæ inter ſe uiſæ ſint parœciæ, tamen ueluti coronamento quodam unitæ, unaq́ ſententia gubernatæ fuerunt. Aſſidua quidem fuit populi inter ſe commixtio: ipſi uero paſtores tanta præditi fuerunt mutua charitate, ut alius alio in negotijs domini pro præceptore ac duce uſi ſint.

AD EPISCOPOS CVRAE SVAE COMMISSOS, NE pecuniæ gratia manus cuiquam imponant.

Baſilius Magnus.

ABSVRDITAS rei, de qua ſcribo, animum quidem meum mœſtitia repleuit: propterea quòd omnino in ſuſpicionem abijt & rumore percrebuit, hactenus tamen mihi incerta uiſa. Quod igitur de illa ſcribo, medicinę loco ſit, ſi quiſquam ſibi malè conſcius eſt. Qui ſibi uero nihil huius eſt conſcius, ei ſit uice præmonitionis, ut id mali præcaueat. Si quis autẽ hanc rem ſuſq́ deq́ fert, id quod in uobis deprehendi nolim, illi ſit pro conteſtatione. Quid eſt autem quod dico? Feruntur quidam ex uobis ab illis qui ordinantur accipere pecuniã, idq́ quod peius eſt pietatis nomine palliare. Duplo nanq́ puniendus uenit, qui prætextu LXXVI.

G boni quod

boni quod malum eſt facit,cum quòd operatur quod bonum non eſt, tum quòd ad C
perficiendum peccatum bono,ut dicitur,utitur cooperario.Hæc ſi ita habēt,poſthac nō fiant ſed emendentur. Alioqui neceſſariò dicetur ad accipientē pecunias,quod ab Apoſtolis ad eum dictum eſt,qui pecuniā dare uolebat, ut cōmunicationem emeret ſpiritusſancti uidelicet,argentū tuum tecū ſit ad perditionē.Leuius enim deliquit, qui propter inexperientiā emere uolebat,quàm qui iam domū dei uendit.Auctio nanq; eſt.Etſi,quod gratis accepiſti,uendideris. Tanquā Satanæ uenundatus, chariſmate priuaberis.Quæſtū enim rebus ſpiritalibus infers,& eccleſiæ,ubi corpus nobis & ſanguinem Chriſti concreditū habemus.Iſta ad hunc modū fieri nō debent. Quæ uero ſit hic impoſtura dicā.Putāt ſe nihil delinquere,quod nō ante, ſed poſt manuū impoſitionem pecuniā accipiūt.At pecuniā accipere,accipere eſt quandocūq; fiat. Hortor itaq; ut quæſtum hunc, imò tranſitum ad gehennā, declinetis:nec magnus tali lucro polluentes indignos uoſipſos ad tractandum ſancta myſteria conſtituatis. Ignoſcite autem mihi:Primum quidem rumori iſti fidem non dedi:poſtea uero tanquam perſuaſus interminor.Si quis poſt hanc epiſtolam meam tale quid deſignauerit,cum noſtris hic altaribus nihil habebit commune,ſed quæret ubi donum dei coëmptum denuò uendere queat. Nos enim & eccleſiæ dei talem conſuetudinem non habemus.
ἀπὸ τῆς φιλαργυρίας. Ceſſabo,ſi adhuc unum adiecero.† Propter auaritiam iſta fiunt. Auaritia uero, malorum omnium radix eſt, & eidololatria uocatur. Ne uelitis igitur modicæ pecuniæ gratia eidola Chriſto præferre, neq; Iudam ſectantes, quæſtus gratia ſecundo illum prodere, qui ſemel pro nobis cruci eſt affixus. Alioqui & ipſi agri, & manus eorum qui hoſce fructus metunt,akeldama uocabuntur.

TRANSMARINIS EPISCOPIS D

Baſilius Magnus.

LXXVIII *Hortatur Italos ad charitatem.*

MAGNO deſiderio congreſſum ueſtrum expetenti, ſemper impedimēti aliquid accidit,unde prohibeor ne uoti cōpos euadam. Aut enim corporis imbecillitate impedior,quam planè haud ignoratis, quanta mihi ſit à prima ætate ad iſtam uſq; ſenectam, una mecum educata, neq; iuxta iuſtum dei iudicium qui omnia ſapienter diſponit, caſtigans & erudiens, aut ſolicitudo nos eccleſiarum,uel certamina quibus reſiſtendum eſt ueritatis ſermonem impugnantibus, remorantur. Quò circa in hunc uſq; diem in multa triſtitia & mœſtitia dego, ſciens quòd ope ueſtra deſtituor. Ego enim quoniam audiui à deo, qui ob id per carnem nos acceſſit, ut & factorum ſuorum exemplis uitam noſtram inſtrueret, & uoce ſua euangelium regni nobis annuntiaret, quod dixerit, In hoc cognoſcent omnes meos uos eſſe diſcipulos,ſi mutuam inter uos charitatem habueritis, & quòd pacem ſuam,ueluti extremum munus,diſcipulis ſuis cum iam diſpenſationem quam in carne obibat abſoluturus eſſet, reliquerit dicens. Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis, non poſſum mihi ipſi perſuadere, quod ſine mutua charitate, & niſi quantum in me eſt paci erga quoſuis ſtudeam, ſeruus Ieſu Chriſti dignè uocari queam. Multum iam temporis expectaui an aliquando & à ueſtra dilectione aliqua noſtri habeatur ratio.Non enim clam uobis eſt, quod publicè quibuſuis expoſiti,ueluti eminentes maris ſcopuli furias hæreticorum fluctuum excipimus, qui ubi nobis illiſi infringuntur,quæ retro nos ſunt haud illuunt.Quando uero de nobis dico, non ad humanas uires refero,ſed ad gratiam dei, qui in mortalium imbecillitate potentiā

ſuam decla

A ſuam declarat, quemadmodum propheta ſub perſona dei loquitur, dicens. An me non timebitis, qui arenam mari terminum poſui? Arena nanque, re omnium infirmiſſima, & nullius momenti, amplitudinem ac magnam molem maris cohibuit potens deus. Cum itaque ad hunc modum habeant res noſtræ, debebant continuè à ueſtra dilectione ex ſynceris fratribus aliqui mitti qui nos adflictos & oppreſſos inuiſerent, & multo crebrius amicæ ad nos ueſtræ deſtinari literæ, quibus uel in propoſito confirmaremur: uel ſi qua in re offendimus, corrigeremur. Non enim negamus innumeris nos erroribus obnoxios eſſe, cum homines ſimus & in carne uiuamus. Verum quoniam ſuperiori tempore fratres colendiſſimi uel quia quid ex decoro faciendum fuerit ignoràſtis, debita nobis obſequia exhibita non ſunt: uel quia quorundam malitia factum eſt, ut in calumnias quibus traducimur abrepti & præoccupati indignos nos amica uiſitatione iudicaueritis: ecce iam literis uos ipſi prouocamus, & cauſas huius quæ nobis adſcribuntur fatemur, parati ueſtram hac in re inſtitutionem amplecti: hoc tantum orantes, ut ſi quos admiſeritis qui nos traducant ac uituperent, in conſpectum noſtrum coram ueſtra pietate conſtituantur. Nos enim ſi conuincamur, peccatum noſtrum agnoſcemus, & nobis poſt eam reprehenſionem, à domino non imputabitur, ſi communionem noſtram tanquam peccatorum declinaueritis, deinde, & premium habebitis, ſi nos reprehenderitis, ut qui occultam noſtram malitiam patefeceritis. Si uero antequam communicamur nos condemnaueritis, nos quidem nihil inde diſpendij accipiemus: propterea quòd omnium pretioſiſſimum bonum noſtrum dilectio uidelicet, qua erga uos præditi ſumus, lædi nequit: uos autem, & hoc ipſum nobis amiſſis patiemini, & Euangelio repugnare uidebimini,
B dicenti, Num lex noſtra iudicat hominem, niſi primum audierit cognoueritque quid faciat? Qui uero calumnias nobis quidem offundit, non autem quæ dicit certo probat, uidebitur ſibijpſi mali nominis accerſere appellationem, ex eo, quod uerbis iniquè & abſurdè utitur. Quo nanque alio nomine delatorem, uocare conueniet, quàm ea appellatione, quam ex re ipſa cui ſtudet, ſibi ipſe imponit? Neque igitur qui nos uituperat, diabolus ſit; ſed accuſator: imò neque accuſatoris nomen accipiat, ſed frater ſit, in dilectione nos admonens, & ad emendationem reprehenſionem noſtri inducens, nec uos, auditores ſitis conuiciorum, ſed redargutionũ probatores, & examinatores, neque nos ſine remedio relinquamur, nondum patefacto nobis quid deliquerimus. Nolim enim uos hac teneri cogitatione, qua dicatis. Quoniam loca tranſmarina inhabitamus, extra periculum ſumus earum adflictionum quæ complures occupant: neque opus habemus aliorum auxilio. Itaque quid proderit nobis ut cum alijs communicemus? Nam inſulas quidem dominus à continenti per maris interſtitium diuiſit: inſulanos uero cum his qui tellurem continentem & firmam inhabitant per charitatem cõiunxit. Nihil nos, fratres, ſeparat, niſi animi propoſito ſeparationi cauſas roburque demus. Vnus nobis eſt dominus, una fides, ſpes eadem. Siue caput uoſipſos uniuerſalis eccleſiæ reputatis, non poteſt pedibus dicere caput, non eſt mihi opus uobis: ſiue in reliquum uos eccleſiaſticorum membrorum ordinem locatis, non poteſtis nobis dicere, qui in eodem uobiſcum corpore conſtituti ſumus, non eſtis nobis neceſſarij. Nam & manus mutuam inter ſe operam neceſſariam habent, & pedes mutuo ſeſe firmant, & oculi per concordiam habent, quod obiecta clarè ac dilucidè apprehendunt. Nos quidem noſtram ipſorum imbecillitatem agnoſcimus & ue

Diabolus, id eſt delator.

1. Cor. 12.

ſtram auidè cõcordiam requiremus. Nouimus enim quòd etiam ſi corpore non ad- C
fueritis, precum tamen auxilio, magnum nobis grauiſſimis iſtis temporibus emolu-
mẽtum adferre poteritis: uobis uero nec coram hominibus decorum erit, nec coram
deo gratiæ quicquam conciliabit, ſi talibus uolueritis uti uocibus quibus nec Gen-
tes, quæ deum non nouerunt, utuntur. Nam & illas audimus, etiam ubi pro omni
ſufficientia agrorum fructus demetunt, propter futurorum incertitudinem mutuum
obſequium amica inuicem ſalutatione offerre, & mutuum commercium inter ſe, tan-
quam rem utilem, ſectari. Nos uero, cum ſimus ex illis patribus, qui uel modi-
cis indicijs conſortij ſymbola de terræ finibus ad fines uſque circumferenda, & quoſ-
uis eiuſdem fidei pro ciuibus & familiaribus habendos eſſe putârunt, iam nos ip-
ſos à reliquo orbe ſeparamus, & neque de ſingularitate erubeſcimus, nec damni
quicquam concordiæ diruptionem adferre putamus, neque horremus, quod in no-
bis formidanda domini prophetia adimpletur, qua dixit, quod propter iniquita-
tis abundantiam refrigeſcet charitas multorum. Nolite fratres colendiſſimi, nolite
hoc perpeti: ſed cum propter præcedentia nos literis pacificis conſolemini, & amicis
ſalutationibus, ueluti miti quadam ac blanda contrectatione pectoris noſtri ulcus
quod ipſi nobis præterita noſtri negligentia inflexiſtis, mitigate, tum ſiue uolueri-
tis ad nos proficiſci, & per uoſipſos infirma noſtra ſcrutari, an uerè ita habeant ut
auditis, uel ex falſis adiectionibus grauiora de nobis ſint ad uos relata delicta, fiat
& hoc. Parati nanque ſumus obuijs manibus ueſtrum excipere aduentum, noſq;
ipſos diligenti ſiſtere examini, duntaxat in ijs quæ fiunt ſuperiores habeat chari-
tas. Siue ueſtro iudicio locum quendam deſignare placuerit, in quo & quod nos
concernit uiſitationis debitum implebimus, & quantum fieri poteſt noſtri experi- D
entiam offeremus, ut & præterita curentur, & nullus deinceps detractioni locus re-
linquatur, per nos licebit ut & hoc fiat. Nam omnino, licet infirmam circumfera-
mus carnem, tamen donec ſpirare datur, noſtri eſt officij ut nihil omittamus eorum
quæ ad eccleſiarum Chriſti ædificationẽm pertinent. Ne uelitis igitur aſtutis nos
rationibus hac quam petimus conſolatione fraudare, ne in eam nos neceſſitatem
conſtituatis ut & alijs noſtrum reuelare dolorem cogamur. Nam hactenus, ut ſci-
tis, fratres mœſtitiam noſtram in nobis ipſis contegimus, pudore prohibiti, quo mi
nus conſortibus noſtris procul diſſitis ueſtram erga nos abalienationem ſignifice-
mus, ne & illos tribulemus, & ijs qui nos odio proſequuntur gaudendi occaſionem
demus. Hæc ſolus quidem iam, attamen ex omnium Cappadociæ fratrum ſententia
ſcripſi, qui me & hoc rogârunt ne quouis tabellione ad uos utar, ſed uirum mittam,
qui quæcunque per epiſtolam aſſequuti non ſumus, ueriti ne ultra competentem
menſuram ſermonem extendamus, ſua prudentia, quam ex gratia dei habet, ipſe
ſufficienter exequi ualeat. Dicimus autem deſideratiſſimum ac religioſiſſimum fra-
trem & ſympresbyterum noſtrum Petrum, quem & in charitate complectemini, &
cum pace ad nos, ut rerum ſecundarum ſit nuncius, ante ueſtrum aduentum prçmit-
tere dignabimini.

EXEMPLAR FIDEI QVAM BASILIVS Magnus prædicauit, cui Euſtathius epi- piſcopus Sebaſtiæ ſub- ſcripſit.

Tam illi

A TAM illi, qui alia hactenus fidei confeſſione præoccupati, ad orthodoxorum iam unitatem tranſire uolunt, quàm qui nunc primum ad ueritatis doctrinam & inſtructionem aſſumi deſiderant, eam fidem docendi ſunt, quæ in ſynodo Niceæ olim collecta à beatis patribus conſcripta eſt. Fuerit enim hoc utile, aduerſus eos quoqꝫ, de quibus ſuſpicio eſt quod aduerſus ſanam doctrinam contrario ſenſu afficiantur, & tamen malæ opinionis mentem ſpecioſis effugijs adumbrent. Nam & iſtis ſufficiet ſi ad hanc fidem urgeantur. Aut enim emendabunt morbum quem in occulto habent: aut ſi profundius ipſum celauerint, ipſi quidem fraudis condemnabuntur: nobis uero facilem in diem iudicij parabunt apologiam, quando reuelabit dominus abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Conuenit igitur ut ſuſcipiantur, ſi ſe iuxta uerba, quæ à patribus noſtris in Nicea ſunt expoſita, & iuxta intellectum qui ſane per uerba illa ſignificatur, credere confiteantur. Sunt enim quidam qui in hac fide ſermonem ueritatis dolo inuertant, & ad ſuam ipſorum ſententiam intellectum ac mentem uerborum torqueant. Quandoquidem & Marcellus, impiè ſentiens contra perſonam domini noſtri Ieſu Chriſti, ac nudum illum eſſe uerbum exponens, illinc auſus eſt ſe impietatis huius cauſas ſumpſiſſe prætexere, malè uidelicet τὸ ὁμοούσιον intellectu expoſito. Et nonnulli ex illis qui impietatem Sabellij Libyci ſectantur, hypoſtaſim & οὐσίαν idem eſſe arbitrati, illinc argumenta ad tuendam blaſphemiam ſuam trahunt, quòd in ea fide ita ſcriptum eſt: Si uero quiſquam † ex alia eſſentia, uel ſubſiſtentia filium eſſe dixerit, hunc anathemate reijcit catholica & Apoſtolica eccleſia. Non enim idem eſſe dixerunt patres illi eſſentiam & ſubſiſtentiam. Si enim uoces

ὑπόστασιν.

ἐξ ἑτέρας οὐσίας ἢ ὑποστάσεως.

B iſtæ unam ac eandem ſignificationem haberent, quid alterutram ponere opus fuiſſet? Sed liquet ideo poſitas, quod alij quidem filium eſſe ex patris eſſentia negabant: alij uero & ipſi non eſſe ex patris eſſentia filium dicebant: adijciebant autem ex alia quoqꝫ eſſe ſubſiſtentia quadam, atqꝫ ita utramqꝫ opinionem tanquam alienam à ſenſu eccleſiaſtico à ſanctis patribus reiectam eſſe. Alioqui ubi mentem ſuam ſimpliciter declarârunt, ex patris eſſentia filium eſſe dixerunt, nec adiecerunt, & ex illius hypoſtaſi. Itaqꝫ illud quidem ad reprobandum malum ſenſum poſitum eſt: hoc uero declarationem habet ſalutaris dogmatis. Confitendum igitur eſt homouſium eſſe patri filium, quemadmodum in ſymbolo ſcriptum eſt: iuxtà tamen & hoc confitendum eſt, quod in propria hypoſtaſi ſit pater, in propria filius, in propria ſpiritus ſanctus, quemadmodum & ipſi patres manifeſtè expoſuerunt. Satis enim hoc, & clarè oſtenderunt, ubi dixerunt, lumen de lumine. Nam aliud eſt lumen gignens, aliud quod gignitur. Lumē tamen & lumen utrinqꝫ, ita ut unum ſit & idem † eſſentiæ uerbum. Inſeramus uero fidem ipſam, quæ Niceæ conſcripta eſt. Credimus in unum deum patrem omnipotentem, omnium tam uiſibilium quàm inuiſibilium factorem. Et in unum dominum Ieſum Chriſtum filium dei, unigenitum, ex patre genitum, hoc eſt, ex ſubſtantia patris, deum ex deo, lumen de lumine, deum uerum ex deo uero, genitum non factum, conſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt, cum quæ in cœlo, tum quæ in terra. Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus, homo factus, & paſſus eſt, & reſurrexit tertia die, & aſcendit ad cœlos, uenturus ad iudicandum uiuos ac mortuos. Et in ſpiritum ſanctum. Eos uero qui dicunt, erat aliquando tempus ubi non erat, & antequàm na-

τῆς οὐσίας λόγον.

Symbolum Nicænum.

ὁμοούσιον τῷ πατρί.

ſeeretur non erat, & quoniam ex non exiſtentibus factus eſt, aut ex alia hypoſtaſi, C
aut ſubſtantia eſſe dicunt, uel mutabilem aut alterabilem, filium dei, tales anathe/
mate percutit catholica & Apoſtolica eccleſia. Quoniam igitur in hac fide reliqua
quidem ſatis diligenter determinata ſunt: alia ad correctionem noxiorum: alia ad
præmunitionem contra ea quæ in futuro ſuboriri poſſunt: ſententia uero de ſpiritu
ſancto in tranſcurſu ſine omni diligentia poſita eſt, propterea quòd nondum mo/
ta eſſet iſta quæſtio, ſed adhuc credentium mentibus ſecurus ac nullis obiectus
inſidijs, ineſſet de ſpiritu ſancto intellectus: paulatim uero peruerſa impietatis ſe/
mina ſeſe exeruerunt: quæ primum quidem ab Ario hæreſis autore ſeminata, po/
ſtea uero ab illis, qui impia Arij commenta ſuſceperunt ad perniciem eccleſiarum
nutrita ſunt, & ipſa impietatis ſeries ac ratio, ad blaſphemiam contra ſpiritum ſan/
ctum reſpexit, neceſſarium eſt, ut aduerſum eos qui ſibi ipſis non parcunt, nec ine/
uitabiles minas proſpiciunt, quas in blaſphematores ſpirituſſancti dominus ui/
brauit, hoc cautionis protendatur, ut anathematizent ipſi eos qui ſpiritum ſanctum
creaturam eſſe dicunt, etiam eos qui id cogitant, & qui non confitentur illum natura
ſanctum eſſe, ſicut natura ſanctus eſt pater & natura ſanctus eſt filius, ſed alienum
illum à diuina & beata natura faciunt. Eſt autem declaratio recti ſenſus in eo, ſi a pa/
tre & filio non ſeparetur. Oportet enim baptizari nos, iuxta quod à domino accepi/
mus, & credere ſicut baptizamur: glorificare uero patrem & filium & ſpiritum ſan/
ctum, quemadmodum credidimus. Et poſteaquàm hac in re cõuenit, oportet ſimul
communionem eorum fugere qui ſpiritum ſanctum creaturam eſſe dicunt, tanquam
ὑποσημείω- aperte illum blaſphemantium. Eſt enim neceſſaria ſubſignatio propter calumnia/
σις. tores, quæ hoc habeat, quod neque ingenitum ſpiritum ſanctum, unum enim no/ D
uimus ingenitum, & unum, eorum quæ ſunt, principium, patrem domini noſtri Ie/
ſu Chriſti, neq; genitum dicimus, unum enim eſſe unigenitum in fidei traditione di/
dicimus: ſpiritum ueritatis autem, ex patre procedere edocti, ex deo ſine creatione
λειτουργικόν. eſſe confitemur. Anathematizare uero oportet & eos qui ſpiritum ſanctum administratorium ſpiritum eſſe dicunt: ita ut per eam uocem illum in ordinem creaturarum
deijciant. Adminiſtratorios nanque ſpiritus creaturas eſſe ſcriptura nobis tradidit,
dicẽs, quòd omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi. Propter eos au
tem qui omnia confundunt, nec doctrinam Euangelij cuſtodiunt, neceſſarium eſt &
hoc nominatim aſtipulari ut fugiantur, & ij qui ordinem à Chriſto datum inuer/
tunt, tanquam aperte ueritati repugnantes, & filium patri, ſpiritum ſanctum uero fi/
lio præponunt. Immotum enim & intactum conſeruare conuenit perſonarum ordi/
nem, quem ex ipſa domini uoce accepimus, qui dixit, profecti, docete omnes Gen/
tes baptizantes eos in nomen patris, & filij & ſpirituſſancti. Euſtathius epi
ſcopus tibi Baſilio. Legi, agnoui, & probaui hæc præſcripta. Subſcripſi autem cum
his qui mihi aderant fratribus, Phortone & chorepiſcopo Seuero atque alijs non/
nullis clericis.

EVSTATHIO EPISCOPO SEBASTIAE
Baſilius Magnus.

LXXIX. TEMPVS eſſe tacendi & tempus loquendi, ſermo eſt Eccleſiaſtæ. Et nunc
igitur, quoniam abundè ſat ſilentij hactenus præceſſit, opportunum
deinceps

A deinceps erit ut ad patefactionem eorum quæ ignorantur os noſtrum aperiamus. Quandoquidem & magnus ille Iob multo quidem tempore calamitates ſuas cum ſilentio tulit, hoc ipſo animi fortitudinem declarans: quod in moleſtiſſimis adflictionibus conſtans perdurauit: poſtquàm uero ſufficienti ſilentio laborauerat, inque imo pectore dolorem perſeueranter præſſerat, tum tandem ore aperto caloquutus eſt quæ omnibus nota ſunt. Et nobis igitur iam in tertium uſque ſilentij annum imitabilis uiſa eſt Prophetæ gloriatio illa, qua dicit, Factus ſum ſicut homo non audiens, & in cuius ore nullæ ſunt redargutiones. Quocirca in profundo pectoris noſtri dolorem quem nobis incuſſit calumnia, incluſum tenuimus. Vere nanque calumnia uirum humiliat, calumnia pauperem conturbat. Si ergo tantum eſt calumniæ malum, ut & perfectum iam (perfectum enim appellatione uiri ſignificat iſta parœmia) è ſublimi deijciat, conturbetque pauperem, hoc eſt, qui magnorum adhuc dogmatum indignus eſt, quemadmodum & Prophetæ uidetur dicenti, forſan pauperes ſunt, & propterea non audiunt. Ibo ad optimates, ubi pauperes uocat intelligentia carentes: unde liquet quòd eos, qui iuxta internum hominem nondum abſoluti nec perfectam ætatis menſuram aſſequuti ſunt, conturbari & iactari parœmia dicat. Attamen ſilentio res triſtes ferendas eſſe putaui, fore ratus ut ipſis aliquando operibus ueritatem edocentibus nonnihil corrigantur. Neque enim ex malitia aliqua ſed per ignorantiam talia contra nos dici arbitrabar. Quoniam uero inimicitiam unà cum ipſo tempore magis inualeſcere uideo, & aduerſarios meos ab ijs quæ initio ſparſerunt nihil nihil immutari, nec aliquam impendere curam, quo præteritis medeatur, ſed magis illa repetendo obfirmare, & ad ſco-

Eccl.s.7.

Hier.5.

B pum quem ſibi ipſis initio præfixerunt, compoſito greſſu contendere, ut & uitam noſtram adfligant, & nominis noſtri opinionem apud fratres callido commento polluant, iam mihi non uidetur tutum ut ſilentio me cohibeam amplius: ſed ſubit animum meum illud Eſaiæ dicentis. Silui, num ſemper ſilebo, & feram? patiens fui inſtar parturientis. Vtinam autem & mercedem ſilentij aſſequamur, & potentiam quandam redarguendi recipiamus, ut dum eos qui nos uituperant redarguimus, acerbum illum adobruentis nos mendacij torrentem exiccemus, quò & nobis dicere liceat, torrentem pertranſiuit anima noſtra. & illud, Niſi dominus fuiſſet in nobis, cum inſurgerent homines in nos, utique uiuos abſorbuiſſent nos. Ego ſanè, poſteaquam multum temporis uanitati impendiſſem, & omnem propè iuuentutem inani ſtudio attriuiſſem quo tenebar, cum apprehendendis infatuatæ à deo ſapientiæ diſciplinis immorabar: tandem aliquando, ubi uelut ex graui ſomno expergefactus, ad Euangelicæ ueritatis admirabile lumen reſpexi, agnouique inutilitatem ſapientiæ principum huius ſeculi, qui abolentur, deplorata plurimum miſerabili mea uita, ductorem mihi dari optabam qui ad pietatis me dogmata introduceret. Et cum primis hoc mihi curæ erat, ut morum correctionem aliquam inſtituerem, quos per diutinam conſuetudinem, cum improbis contractam peruerteram. Lecto itaque euangelio, animaduerſoque illic, quòd plurimum occaſionis & momenti adferat ad perfectionis ſtudium, ſi quis bona ſua uendat, deque illis egenis fratribus communicet, & prorſus nulla teneatur uitæ iſtius cura, nec patiatur mentem ſuam aliqua rerum præſentiũ affectione turbari, optabam dari aliquẽ ex fratribus, cui iſtud uitæ genus arrideret, quo unà cum profundum uitæ huius pelagus ſuperare liceret. Inueni

Quibus ſtudijs adoleſcens cum eſſet ſeſe dederit Baſilius, & quomodo pietati adhærere cœperit.

Vitæ immutationẽ, à lectione Euangelij orſus eſt.

Solitarij. ſanè multos apud Alexandriā,nec paucos apud reliquam Aegyptum,deinde & ali- C
κοιλοσυρία. os in Palæſtina, & in κοιλοσυρία & Meſopotamia, quorum admiratus ſum cum in ſeruanda diæta temperantiam, tum in obeundis laboribus tolerantiam: ad quorum obſtupui precandi uigorem & conſtantiam, cum obſeruarem quo pacto nec ſomno uicti,nec aliqua alia naturæ neceſſitate deflexi,ſublimem ſemper & inuictum animi ſenſum in fame & ſiti, in frigore ac nuditate ſeruarent, nec corporis rationem habentes ipſi, nec ab alijs aliquid illi curæ impendi ſuſtinentes: ſed quaſi in aliena carne degerent,ipſo opere oſtendentes,quid ſit in rebus huius uitæ peregrinum eſſe, & conuerſationem in cœlo habere. Cum illa admirarer, uitamq; uirorum illorum ob id beatam iudicarem, quòd ipſo opere ſe mortificationem Ieſu circumferre declararent:cupiebam & ipſe, quantum mihi poſſibile eſſet, illos æmulari. Huius itaque gratia ubi uidebam quoſdam in patria mea illorum inſtitutum ſectari cœpiſſe, commoditatem aliquam reperiſſe me ratus, inuiſibilium animi affectuum in ijs quæ uideri poſſunt experimentum cœpi. Quoniam igitur quæ in unoquoque noſtrum occulta ſunt, cognoſci nequeunt, ſatis indicij ad declarandam animi humilitatem eſſe putaui, ſi humili ueſte induerer, ſufficeretq; mihi ad faciendam eius rei fidem, rude pallium, & zona: & è rudi corio calceamenta. Et licet multa eſſent, quæ me ab illorum conſuetudine auocarent, non acquieſcebam tamen, cernens eos delicatæ uitæ temperatam præferre: ſed magis propter conuerſationis admirabilem inſolentiam zelotypia quadam erga illos tenebar, unde & cum dogmatum gratia accuſarentur,delationes haud admittebam: quamuis multi illos non rectas habere de deo opiniones, ſed autoris hæreſis eius quæ nunc eſt diſciplinæ ſubditos, illius clanculum ſpargere dogmata, aſſererent: quæ quia ipſe nunquam ex illis audieram, D
pro calumniatoribus habebam qui ea referebant. Poſteaquàm uero ad gubernandam eccleſiam uocati ſumus, qui nobis quaſi prætextu adiutorij & communionis agapem concernentis additi ſint cuſtodes & ſpeculatores, tacebo: ne uidear uel meipſum deferre uelut incredibilia dicens: uel ſi perſuaderem inhumanitatis cauſam dare credentibus, quod & mihi ipſi propè accidiſſet, niſi me properè miſerationes dei præſeruâſſent. Nam parum aberat, quin erga quoſuis in id ſuſpicionis incidiſſem,ut putâſſem nihil in quoquam eſſe fidei:propterea quod animus meus ſubdolis quorundam actionibus perculſus erat. Attamen uidebatur interea nobis aliquis eſſe prætextus eius neceſſitudinis, quam cum illis habebam. Contulimus uero ſemel atque iterum de dogmatibus: nec putauimus fugiendos eſſe unà nobiſcum conſentientes. Nam deprehendi nos utrinq; idem loqui de fide in deum, quod illi perpetuò ex nobis audierant. Licet enim reliqua uita noſtra digna ſit cuius gratia ingemiſcamus: de hoc tamen uno in domino gloriari auſim,quod nunquam falſas opiniones habuerim de deo: neq; aliter ſentiendo animi poſtea iudicium mutauerim: ſed quam à puero ſententiam de deo, à beata matre deinde & nutrice mea Macrina recepi,illam iuſtis incrementis auctā & adultā in meipſo conſeruauerim. Non enim alias poſt alias matureſcēte ratione aſſumpſi:ſed tradita ab ipſis principia abſolui,& ad perfectionē deduxi. Quēadmodum enim ſemen dum creſcit,maius quidem è modico redditur,idem tamen eſt quod antea non immutatū genere,ſed perfectū ex incremento:ita & mihi eandem ſententiā quidem ſuis auctā profectibus,nō aūt quę nunc eſt,ei quæ ab initio erat, aduerſam eſſe arbitror. Expendant ergo ſuas ipſorum conſcientias

A ſcientias,memores ſint tribunalis Chriſti, an aliud unquã ex nobis audierint præter quàm quod iam dicimus,qui malæ nunc opinionis rumorem de nobis inuulgârunt, famoſisq; epiſtolis,contra nos ſcriptis omniũ ubiq; auribus ingeſſerũt: unde & nos ad iſtam apologiæ huius neceſſitatẽ adacti ſumus. Accuſamur enim blaſphemiæ in deum,neq; ſyngrapha aliqua,quam dederimus,nec per ea quæ ſine ſcripto oretenus publicè in eccleſijs dei diſputauimus conuicti.Sed neq; teſtis aliquis inuentus eſt,qui ſe dicat impium quid ex nobis audiuiſſe,quod uel in obſcuro aliquo loco dixerimus. Vnde igitur condemnamur,cum neq; impij quicquam conſcripſerimus, neq; maximum quid concionati ſimus, nec domeſticis colloquijs eos qui nos conueniunt peruertamus? O inane figmentum. In Syria, inquiunt,nonnulla quidam haud piè ſcripſit:tu uero ad illum ante annos uiginti & plures etiam, literas dediſti. Socius igitur es hominis, & quæ in illo reprehenduntur, tua quoq; ſint crimina. At ô homo ueritatis amice,qui mendacium diaboli fœtum eſſe edoctus es,quomodo ſcis epiſtolam illam eſſę meam? Neq; enim miſiſti ut cognoſceres: neq; percontatus es, nec de me quidem qui tibi quod uerũ eſt aperire poſſum, ueritatem edoctus es. Et ſi meę eſſent literæ,unde liquet uolumen hoc quod nunc in manus tuas incidit,contemporaneum eſſe literis meis? Quis tibi retulit uolumen illud eſſe annorum uiginti? Vnde & hoc clarum eſt, quòd hominis illius ſit hoc uolumen, ad quem hæc mea miſſa ſit epiſtola? Sit uero ille qui uolumen hoc ſcripſerit,& miſerim ego ad illum literas meas, conueniat & literis meis & illius uolumini in ipſo quoq; tempore: unde probatur, quòd illud approbauerim, & in ſenſu cum illo mihi conueniat? Percontare teipſum. Sæpenumero nos ubi ad fluuium Iridem degebamus inuiſiſti. Cum mecum eſſet deo dile

B ctiſſimus frater Gregorius,& ad eundem mecum uitæ ſcopum contenderet,an audiſti tale quicquam, uel ſignificationẽ huius aliquam ſiue modicam ſiue magnam accepiſti? Aliquandiu in uilla quæ ultra fluuij ripam eſt,apud matrem meam,inſtar amicorum mutuò inter nos conuerſati ſumus, ac noctes atq; dies colloquia miſcuimus: An hic deprehenſi ſumus cognatum aliquid cum hæreſi habere in animo? Cum beatum Siluanum pariter inuiſeremus, an non illo itinere de his rebus commentabamur? Enſinoæ uero, quando me Lampſacum cum pluribus compreſſuri epiſcopis aduocâſtis,non de fide erant noſtri ſermones? Non per omne id temporis diſputanti mihi contra hæreſim præſto erant actuarij tui? Non mecum erant toto illo tempore germaniſſimi tui diſcipuli? Cum fratrum contubernia inuiſerem, unaq; cum illis in precationibus pernoctarem abſq; ulla contentione aſſiduè dicens & audiens quæ ad deum pertinent, an non euidentes illic animi cogitationumq; mearum notas & indicia exhibui? Quî fit ergo quod tanti temporis experientia,marcida adeò & imbecilli ſuſpicione minor eſſe uidetur? Quem uero oportebat me animi mei præ te teſtem habere,quæ in Chalcedone nobis de fide dicta ſunt,quæ & ſæpenumero.Heracliæ,& quæ antea in ſuburbio Cęſariæ,an non omnia cõſona nobis,& omnia inter ſe concordantia fuerint? Niſi,ut dixi,quod in his quę à nobis dicta ſunt, ex intelligentię profectu auxeſis quædã obſeruari poteſt, quæ certè non eſt immutatio ab eo quod peius,ad id quod melius ſit, ſed adimpletio defectus per acceſſionẽ & auxeſim ſcientiæ.Quomodo neq; hoc cogitas,quod in patrẽ non cadit peccatũ filij,nec in filiũ peccatum patris,ſed quiſq; in ſuo ipſius peccato morietur? Mihi uero is,qui apud te accuſatur,nec pater eſt nec filius.Neq; enim pręceptor mihi fuit,neq; diſcipulus.Quod ſi

peccata

peccata eorum qui genuerunt, filijs imputanda ſunt: multo iuſtius eſt, ut Arij pec- C
cata diſcipulis ipſius imputentur. Et ſi quis Aetium hæreticum genuit, ut in caput illius filij quem genuit delicta redundent. Si uero iniuſtum eſt, ut illorum gratia quiſquam culpetur, multo profectò iuſtius eſt, nullam à nobis rationem exigi eorum quæ qui ad nos nihil attinent dixerunt, etiam ſi omnino peccauerunt, etiam ſi quid ab illis ſcriptum eſt condemnatione dignum. ignoſcendum enim mihi eſt, quod fidem illis quæ de ipſis dicuntur non habeo. Quandoquidem certa de me experientia eorum qui nos accuſant calumniandi procliuitatem prodit & conuincit. Nam etiamſi ſeducti arbitratiq́ me eiuſdem cum illis eſſe ſententiæ qui uerba illa Sabellij, quæ ipſi circunferunt, conſcripſerunt, in iſtam contra me detractionem deueniſſent: neq; ſic tamen uenia digni eſſent, abſque euidentibus experimentis mox calumnijs impetentes ac uulnerantes, eos, qui neq; conuerſationis aliquid cum ipſis habuerunt, ne dicam, & eos quoq; quibus ſumma fuerunt amicitia deuincti, & quod hinc certò probatur, quàm non ducantur ſpiritu ſancto, quod falſas intra ſe ſuſpiciones alunt. Multa cura ac ſolicitudine opus eſt, multárumq́ noctium perferendæ uigiliç, ac multis lachrymis quoq; quærenda à deo ueritas, ei qui fratris uelit amicitiam abijcere. Si enim qui rerum in hoc mundo potiuntur, quando facinoroſum aliquem morti ſunt adiudicaturi, cortinas obducunt, & expertiſſimos quoq; ad cauſæ tractationem aduocant, multumq́ temporis inſumunt, nunc legis rigorem contuentes, nunc naturæ communionem ſuſpicientes, multumq́ ingemiſcentes ac iudicandi neceſſitatem deplorantes, nemini non manifeſtum faciunt, quod non ex propria libidine ſed ex neceſſario legis miniſterio condemnationis inferant ſententiam: quanto oportebat maiore diligentia, cura, pluriumq́ conſultatione dignum reputari, ſi quis ſeſe à fratrum amicitia, iam longo tempore confirmata auellere conetur? Iam una epiſtola, eaq́ ambigua (Neq; enim dices te illam ex certis ſubſcriptionis notis cognouiſſe, quum non eam quæ primum ſcripta, ſed quæ poſtea transſcripta eſt in manus acceperis) ex unis, inquam, literis, ijsq́ uetuſtis periclitatur inter nos amicitia. uiginti nanq; anni ab eo quod ad hunc uirum aliquid ſcriptum eſt fluxere. Interea uero temporis neminem talem habeo propoſiti uitæq́ meæ teſtem, atq; eos ipſos qui me nunc accuſando opprimunt. Verum epiſtola iſta non eſt ſeparationis huius cauſa. Alia eſt iſtius occaſio diſſidij, quam me quidem proferre pudet, quanq; perpetuò ſilentio preſſiſſem, niſi quæ iam acta ſunt neceſſariam mihi ad multorum utilitatem, propoſiti ipſorum patefactionem feciſſent. Putârunt ſuaues iſti homines impedimento ſibi ad acquirendum potentatum noſtram fore communionem. & quoniam quadam fidei ſubſcriptione præoccupati ſunt quam nos illis protulimus, non quòd ipſi de illorum ſententia hæſitaremus (fateor enim) ſed quod ſuſpicionibus, quibus apud complures fratres nobiſcum concordes laborabant, mederi cuperemus, ne quid ipſis ex ea confeſſione impedimenti ad hoc, ut ab ijs qui nunc dominantur ſuſciperentur, uideretur occurrere, communionem nobis denegârunt. Et pro ſeparationis huius cauſa literarum iſtarum prætextum commenti ſunt. Euidentiſſimum uero eorum quæ dico indicium eſt, quòd cum à nobis deficerent, accuſationesq́ quas uolebant contra nos fingerent, literas circumquaque ad omnes antequam ad nos miſerunt. Septem nanque dies priuſquam in noſtros manus ueniret, uiſa eſt illorum epiſtola; & qui illam ab alijs receperant ad alios quoque

Nota morem iudicandi

D

illam

A illam miſſuri erant. Nam ita inſtituerant, ut alius alij illam traderet, quo protinus in uniuerſam regionem diſtribueretur. Atq; iſta mihi iam tum narrata ſunt ab ijs, qui inſtitutum illorum manifeſtiſſimè nobis indicârunt. Decreuimus autem ſilendum eſſe, donec qui profunda reuelat, clariſſimis & irrefragabilibus indicijs conſilia illorum publicet.

EVSTATHIO MEDICO BASILIVS.

LXXX.

Tuetur innocẽtiam ſuam cõtra hæreticos.

EST quidem omnium ueſtrum officium, quotquot artem medendi exercetis, in philanthropia ſitum. Et mihi qui ueſtram ſcientiam omnibus rebus, quibus in hac uita ſtudetur præpoſuit, competenti uſus iudicio nec quicquam à ſcopo aberrâſſe uidetur. Siquidem, quæ pretioſiſſima omnium eſt, uita, fugienda eſt ac doloroſa, niſi illam cum ſanitate coniunctam habere liceat. Sanitatẽ uero ars ueſtra ſuppeditat. At tibi maximè ambidextra eſt iſta ſcientia, latioresq; tibi ipſi philantropię terminos conſtituis: dum nõ medendis duntaxat corporibus ſcientiæ iſtius gratiam aſtringis: ſed & de animarum languentium reſtitutione cogitas. Hæc ſcribo, non ſolum rumorem quem plurimi ſparſerunt ſequutus: ſed & ipſa experientia edoctus, quam ipſe cum ex multis alijs, tum præcipuè iam ex inenarrabili hoſtium noſtrorum malitia cœpi, quam inſtar fluenti contra uitam noſtram exundantem præter opinionem diſpuliſti, moleſtamq; hanc pectoris noſtri inflammationem larga conſolatoriæ diſputationis infuſione diſtraxiſti. Ego ſanè ad crebros & uarios hoſtium noſtrorum aduerſum nos conatus reſpiciens, ſilendum eſſe & quæ inferuntur animo quieto toleranda putaui, nec reſiſtendum illis, qui mendacio muniti ſunt, peſſima ſcilicet armatura, quæ ſæpenumero per ueritatis quoq; occaſionẽ aciem ſuam impellit. Tu uero rectè feciſti, iubens ne ueritatem prodam ſed

B redarguam ſycophantas, ne dum aduerſum ueritatem ſucceſſu potitur mendacium, quamplurimi perdantur. Videntur itaq; mihi qui odium hoc inexcuſabile cõtra nos induerunt, haud diſſimile ab eo facere, quod habet Aeſopica fabula. Quemadmodum enim illa Lupum culpas quaſdam aduerſus agnum producere facit, quaſi is turpe ſibi ac dedecoroſum fore putet, ſi pręter iuſtàm rationem interimat agnum, à quo nihil ſit læſus, ut tamen, licet omnem calumniam intentatã accuſationem agnus placide diluat, nihilo magis lupum ab impetu ſibi temperare, ſed etiamſi iuſtis rationibus uincatur, dentibus tamẽ uictorẽ euadere: ita & qui odio noſtri nõ ſecus atq; rei honeſtæ ſtudent, turpe forſan putantes, ſi abſq; ratione nos odio perſequi uideantur, cauſas odij cõtra nos & crimina fingunt. Nihil aũt eorũ quæ contra nos feruntur cõſtanter tuentur, ſed nunc hanc paulo pòſt aliam, & rurſus quoq; aliam inimicitiæ cauſam aſſignant, atq; ita nulla in re malicia illorũ ſolidè conſiſtit: ſed mox atq; ab hac intentata culpa reſiliunt, alij incumbunt, & rurſus illa neglecta, aliam apprehendunt, & ſi omnia de quibus me accuſant diluero, ab odio tamẽ haud recedũt. Tres deos prædicari à nobis cauſantur, iſtoq; figmento multorũ aures circunſonãt, nec ceſſant donec calumniam hanc credibilem faciant. At pugnat pro nobis ipſa ueritas, cum in genere aduerſus omnes: tum ſeparatim eos qui nos priuatim adoriuntur, dum oſtendimus, anathemate à nobis damnatum, quiſquis tres eſſe deos dixerit, nec pro Chriſtiano habendum eſſe iudicari. Sed ubi hoc audiũt, ad manum illis eſt contra nos Sabellius, & huius morbus in noſtro iactatur deprehendi ſermone. Et aduerſum hanc iterum calumniam conſuetum ueritatis telum obijcimus, oſtendentes nos talem

Aeſopica fabula.

Quæ in re ſit accuſatus Baſilius.

hæreſim

hæreſim non ſecus atq; Iudaiſmum deteſtari. Quid ergo? An poſt tantos conatus C
fruſtra tentatos defatigati quieſcunt? Nequaquā. Sed nouandi ſtudium nobis obijciunt, accuſationem contra nos texentes, ex eo quod tres confitemur hypoſtaſes. Hic cauſantur nos dicere, unam eſſe bonitatem, & unam potentiam, & unam diuinitatem. Atq; hoc extra ueritatem non dicunt. Nam id dicimus. Verum culpandi gratia hoc dicunt, quod ſit contra ipſorum conſuetudinē, & ſcriptura non aſtipuletur. Quid ergo ad hoc dicimus? Non putamus æquum eſſe, ut quæ apud ipſos obtinuit loquendi conſuetudo, pro lege ac canone habeatur rectę doctrinæ. Si enim ad probandam doctrinam rectam ualet cōſuetudo, licet & nobis omnino hac in re illos imitari. Stemus itaq; arbitratu inſpiratæ à deo ſcripturæ, & apud quos inueniuntur dogmata diuinis oraculis conſona, illis omnino ueritatis adiudicetur ſententia. Quid igitur habet iſta accuſatio? Duo pariter in iſta ſunt aduerſum nos accuſatione obiecta. Vnum, quod diuidimus hypoſtaſes: alterum quod nullum eorum nominum, quæ diuinam referunt maieſtatem, pluraliter numeramus, ſed unam, ſicut dictum eſt, bonitatem & potentiam, & diuinitatem, & quæ talia ſunt omnia ſingulariter proferamus. Igitur ab hypoſtaſium diuiſione alieni ſanè nō erunt, qui† ſubſtantiarum alterationē in diuina natura tradunt. Non enim ueriſimile eſt, quod qui tres ſubſtantias eſſe dicunt, nō etiam tres dicant eſſe hypoſtaſeis. Hoc itaq; tantū ineſt iſti accuſationi, quod competentia diuinæ naturæ nomina ſingulariter pronunciamus. Verum paratam habemus ad hoc & manifeſtam rationem. Quiſquis enim unam docentes diuinitatem cōdemnat, neceſſariò multas, uel prorſus nullam tradenti aſtipulabitur. Impoſſibile nanq; eſt, ut præterea aliud quid excogitetur. At ut multas dicamus, diuinæ inſpirationis doctrina nō admittit. Siquidem ubi diuinitatis meminit, ſingulariter mentionem illius facit dicens. Quoniam in ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis. Et alibi. Inuiſibilia nanq; illius à creatione mundi ex operibus intellecta peruidentur, ipſaq; æterna eius potentia & diuinitas. Cum ergo numerum diuinitatum ad multitudinem extendere, eorum tantum ſit, qui errori multorum deorum obnoxij ſunt: prorſus uero in uniuerſum negare diuinitatem atheorum ſit: quamobrem nos traducimur ob id quod unam confitemur diuinitatem? Verum manifeſtius aperiunt ſermonis huius ſcopum. Nam in patre quidem ferendum, ut deus eſſe dicatur, & filium ſimiliter diuinitatis nomine honorandum eſſe, conſentiunt: ſpiritum uero & patri & filio connumeratū per diuinitatis uocabulum unà cū patre & filio intelligēdum & cōplectendum nolunt: ſed à patre ad filiū uſq; diuinitatis potentiā terminandam, naturamq; ſpiritus à gloria diuina ſegregandam eſſe contendunt. Reſpondendum itaq; nobis eſt & ad iſtam ſententiā quàm poterimus breuiter. Quæ eſt ergo noſtra ratio? Cum ſalutarem fidem diſcipulis ſuis quos ſermone inſtruebat commendaret dominus patri ac filio, coniunxit ſpiritum ſanctum. Quod autem ſemel coniunctū eſt, perpetuò coniunctū eſſe dicimus. Non enim poterit in reliquis ſeparari, quod in aliquo coniunctum eſt. In potentia autem uiuificandi, per quam ex corruptibili hac uita ad immortalitatem natura noſtra tranſmutatur, una cum patre & filio potentia cōprehenditur & ſpiritusſancti: quemadmodum & in alijs multis, utpote ubi deus uocatur bonus, ſanctus, æternus, ſapiens, rectus, princeps, potens, & in alijs omnibus ubiq;. unde clarum eſt quod in omnibus nominibus illis quæ quod potius eſt concernunt, inſeparabilem habeat cōiunctionem. Arbitramur itaq; meritò quòd in tantis tamq;

Contra conſuetudinis autoritatem ad ſanctam ſcripturā prouocat.

† τῶν οὐσιῶν.

D

ſublimibus

A ſublimibus & deo competentibus elogijs patri ac filio coniunctum eſt, nulla in re ſeparari debere. Neq; enim ſcimus aliquam eorum nominum quæ de diuina natura intelliguntur, quod ad potius uel minus attineat, differentiam, ita ut execrandum ducamus, quòd qui inferiorum nominum communicationē ſpiritui ſancto concedunt, ſublimioribus indignum iudicant. Omnia nanq; deo cōpetentia tam cogitata quàm nomina, eiuſdem inter ſe ſunt conditionis, eo quòd circa ſubiecti ſignificationem nihil habent diſcriminis. Non enim mentis cogitationē ad aliud ſubiectum ducit appellatio boni, & ad aliud, ſapientis, potentis, & iuſti: ſed quæcūq; huiuſmodi nomina protuleris, unum eſt perpetuò, quod ſignificatur. Etſi deum dixeris, eundem ſignificâſti quem & in reliquis omnibus cogitaſti. Si uero omnia ea nomina quę de diuina dicūtur natura, eiuſdem inter ſe ſunt potentiæ: propterea quòd ſecundum ſubiecti demonſtrationem, licet ſecundum aliam atq; aliam ſignificationem inter ſe uarient, ad idem tamen mentis noſtræ cogitationem ducunt, quæ eſt illa ratio, propter quam, cum in alijs nominibus communicationem ſpiritui ſancto cum patre ac filio concedamus, in ſola illū diuinitate ſegregare debeamus? Omnimoda nanq; neceſſitas hoc urget, ut uel in iſta cōmunionem illi demus, uel in reliquis quoq; denegemus. Si enim in illis communione dignus eſt, planè neq; in iſta indignus haberi debet. Si uero minor eſt ſpiritus ſanctus, ut iſti putant, quàm ut in diuinitate illi cū patre & filio cōcedenda ſit communio, neq; reliquorum cuiuſquam nominum deo competentium participatione dignus erit. Nam ſi expendantur huiuſmodi nomina, & inter ſe conſiderata cuiuſq; ſignificatione cōferantur, nihil ab appellatione dei minus habere differreq; deprehendentur. Argumētum huius eſt, quòd appellatione dei multa ex inferioribus

B quoq; cognominantur. Imo non ueretur diuina ſcriptura homonymiam iſtam abſimilibus ac diſſentaneis rebus attribuere, quādo eidola appellatione dei denominat. *Hiere.10.* Dij enim, inquit, qui cœlum ac terram non fecerunt tollantur, & ſub terram abijciantur. Et omnes Dij Gentium, inquit, dæmonia ſunt. Et mulier illa Pytonica quæ Saulem ab inferis incantationibus ſuis euocauit, cum uideret animas, quæ requirebantur, deos ſe uidere dicebat. Quin & ipſe Balaam augur cum eſſet ac diuinator, perq; manum uaticinia ferret, ut ſcriptura refert, ac dæmoniacam ſibi doctrinam per auguran di curioſitatem ac ſuperſtitionē comparâſſet: deum tamen conſuluiſſe à ſcriptura traditur. Et multa huiuſmodi ex diuinis collecta ſcripturis produci poſſunt: unde probatur, nomē dei præ reliquis appellationibus ad deum pertinentibus nihil habere præcipui, quod &, ut dixi, de diſſentaneis æquiuocè dici deprehendimus. Sancti uero & incorrupti, & recti, boniq; nomina, nuſquam illis quibus haud oportet, communicari per ſcripturam edocti ſumus. Itaq; ſi in ijs quæ de ſola præcipuè diuina natura piè dicuntur, patri ac filio conſortem eſſe ſpiritum ſanctum haud contradicūt, quanam ratione aſtruere nituntur, in eo ſolo illum non eſſe conſortem, cuius communio declarata eſt iuxta quandam homonymiæ rationem & dæmonibus eſſe & eidolis? Sed dicunt appellationem dei hoc habere, ut naturam dei exprimat. Spirituſſancti uero naturam cum patre ac filio communicare non poſſe: atq; hac ratione illi neq; nominis huius conſortium competere. Oſtendant igitur quibus argumentis naturæ differentiam agnouerint. Si enim in ſeipſa diuinam contemplari naturam poſſibile fuiſſet, quid illi uidelicet proprium, quid alienum ſit, non opus eſſet omnino ex apparentibus, ſiue uerbis ſiue alijs indicijs eius quod quæritur cognoſcere ueritatē. Quoniam

autem illa contemplatione quidem eorum quæ inquiruntur ſublimior eſt: ex indicijs C
uero quibuſdam,de noſtram fugientibus recordationem iudicamus,planè neceſſariū eſt,ut per operationes ad ſcrutādum diuinam naturam ueluti manuducamur.Itaq; ſi uiderimus inter ſe differre patris & filij & ſpiritusſancti operationes, naturas quoq; operantes ex operationū alteratione inter ſe differentes eſſe cōijciemus. Nequit enim fieri,ut ſecundum naturæ rationem diſſidentia in forma ac ſimilitudine operationum inter ſe concordent. (Neq; refrigerat ignis neq; calefacit cryſtallus) ſed propter naturarum differentiam diuerſæ ſunt inter ſe & quæ ab illis fiunt operationes. Patris uero & filij & ſpiritusſancti cum nulla in re differens quid aut diuerſum habeant operationes,neceſſe eſt ut propter operationis ſimilitudinem naturę colligatur unitas. Sanctificat,uiuificat,illuminat,cōſolatur,& omnia huiuſmodi ſimiliter operatur,& pater & filius,& ſpiritusſanctus. Et nemo peculiariter poteſtatem ſanctificandi tribuat ſpiritui ſancto, cum audiat ſeruatorem in Euangelio de diſcipulis ad patrem dicentē, Pater ſanctifica eos in nomine tuo. Similiter & reliqua omnia æquè in ijs qui digni ſunt fiunt à patre & filio & ſpiritu ſancto: Omnis gratia & potentia,moderatio,uita, conſolatio,ad immortalitatem tranſmutatio,in libertatem tranſlatio,& ſi quod aliud eſt bonum,quod ad nos uſq; pertingit. Quę uero circa nos eſt œconomia,tam in rationali quàm ſenſibili creatura,ſi quid de excellentibus per ea conijciendū eſt,quæ in noſtram cadunt notitiam:neq; ipſa extra operationem & potentiam & ſanctiſſimi ſpiritus,unde quiſq; iuxta ſuam dignitatem & uſum neceſſarium participat. Licet enim ſenſibus noſtris obſcura ſit eorum quæ noſtram excellunt naturā tractatio ac diſpoſitio:ex ordine tamen ac ſerie rerū uериſimilius quiſquā per ea quę nobis nota ſunt,& in illis efficacē ſpiritusſancti potentiā quàm ab excellentiū rerū œconomia abalienatam eſſe animaduerterit. Nam ſi quis hoc dixerit,nudam & apertam blaſphemiam & nulla ratione tectā uel cōcinnatam abſurditatem incurret. Qui uero animaduertit & conſentit, quòd & ea quæ ſupra nos ſunt,ſimul cum patre & filio ſpiritusſancti quoq; potentia diſponantur,luculento indicio, obſeruatis quæ in propria ipſius uita geruntur,de iſtis etiam affirmat. Operationis itaq; ſimilitudo in patre & filio & ſpiritusancto, manifeſtè per omnia ſimilem & eandem illis eſſe naturā declarat. Quapropter diuinitatis nomē etiamſi naturę ſignificationem haberet,& ſpiritui ſancto iſtam propriè competere appellationem ipſa probaret eſſentiæ cōmunio. At ignoro quo pacto ad naturę ſignificationē uocabulum dei trahant, qui omnia ſic aſtruunt,quaſi à ſcriptura non audiuerint,quod in naturam electio nō cadat. Moſes autem in deum Aegyptiorum electus ac conſtitutus eſt:ita ad illum dicente diuino oraculo. Quoniā deum te dedi Pharaoni. Poteſtatis itaq; alicuius ſiue ſacrorum ſiue adminiſtrationis mundanæ ſignificationē uocabulum hoc adfert. Natura uero diuina ut in ſeipſa eſt, nullis nominibus,quæcunq; excogitari poſſunt, exprimitur:ſed, ut nos arbitramur, ignota & abſcondita manet. Quod enim beneficus dicitur deus, & iudex & bonus, ac iuſtus,& quæcunq; alia huiuſmodi de illo didicimus,his omnibus operationum illius differentiam edocti ſumus. Operantis autem naturam haud quaquā per operationum conſiderationem cognoſcere poſſumus. Nam ſi quando ratio cuiuſuis iſtorū reddenda eſt nominum, deinde & naturæ, quæ per iſta nomina exprimitur,non eadem poterit utriuſq; ratio aſſignari. Quorum uero ratio non eſt eadem,horum & natura differens eſt. Aliud igitur eſt ipſa ſubſtantia ad cuius ita ſignificationē exprimen-

D

dam uerbum

A dam uerbum aliquod inuentum eſt: alia uero nominum ipſam propter operationẽ aliquam uel dignitatem concernentium. Ex nominum itaqꝫ cõmunicatione nullam prorſus operationibus ineſſe differentiam inuenimus. Et diuerſæ naturæ nullam, ut dictum eſt, deprehendimus, euidentem demonſtrationẽ, ob id quòd ex operationũ ſimilitudine, naturæ quoqꝫ communicatio & unitas intelligenda datur. Siue igitur diuinitas operationis nomen eſt, ut unam dicimus eſſe patris & filij & ſpiritus ſancti operationem: ita unam quoqꝫ dicimus eſſe diuinitatẽ, ſiue iuxta multorum opinionẽ, naturã ipſam exprimit diuinitatis nomen: quoniã nulla in natura deprehenditur diuerſitas, non immerito unius & eiuſdem diuinitatis ſanctam definimus eſſe trinitatẽ.

AD EVNDEM BASILIVS MAGNVS.

SI quid utilitatis habent literæ noſtræ, nullo non tempore nobis ſcribas, noſqꝫ ad ſcribendum excites. Nos enim cum primis alacriores ac ſuauiores reddimur, ubi uirorũ prudentum ac Dominum diligentiũ epiſtolas adepti fuerimus. An uero & ipſi aliquid apud nos quod operæpretium ſit inuenturi ſitis, ueſtrũ eſt ſcire, qui literis noſtris potimini. Itaqꝫ niſi multitudine negotiorum auocati eſſemus à lætitia quã ſcribendi peperiſſet aſſiduitas, utiqꝫ non abſtinuiſſemus. Vos uero quibus minus eſt curarũ, quoties fieri poteſt literis nos obuallate. Nam & fontes aiunt ſi crebro exantlentur meliores reddi. Videntur aũt parænefes tuæ ex arte medendi productæ in parergũ abire: propterea quòd nos ferrum haud admittimus: ſed nobis ipſis, ut quę inferũtur uitemus, excidimus. Eſt ergo Stoici quidem ſermo, quo dicit, Quoniã non fiunt quæ uolumus, quæ fiunt uelimus: ego uero animum ijs quę fiunt apponere ac conformare non ſuſtineo. Quòd aũt præter B animi ſententiam quidam aliquid eorũ quæ neceſſitas extorquet faciũt, haud reprobo. Neqꝫ enim animus ueſter eſt, qui medicandi artẽ exercetis, ut uel aduratis ægrotum, uel aliquid aliàs doloris inferatis: attamen tale quid ſæpenumero morbi malitia inducti admittitis. Neqꝫ qui in mari nauigãt ſponte quę uehunt eijciunt: ſed hoc ideo faciunt, ut naufragium caueant. Iacturam ferunt, malentes in rerum uiuere penuria, quàm mortis ſubire periculum. Ad hunc itaqꝫ modum & nos puta cum dolore quidem ac innumeris lamẽtis ferre ſeparationem eorũ qui ſeſe alienãt à nobis, & tamen ferre: propterea quòd ueritatis amicis, deo, & quæ in illum eſt ſpe, nihil eſt charius.

LXXXI. *Amica & uulgaris argumẽti epiſtola.*

PATROPHILO EPISCOPO BASILIVS.

LEGI literas tuas, quas per fratrem noſtrum Strategiũ ſympresbiterũ miſiſti. Legi aũt illas libenter. Quomodo enim non libenter legiſſem, quæ & à uiro prudente & ex pectore dilectionem erga omnes ex præcepto dominico ſeruare edocto ſcriptæ ſunt. Et propè cognoui quæ ſit cauſa ſeruati præterito tempore ſilentij. Videris enim hæſitaſſe, num Baſilius ille qui tam ſtrenuè homini illi à puero ſeruiuit, qui hæc & hæc certis temporibus fecit, qui propter unius hominis amicitiam innumerorum inimicitiam ſuſcepit: hic ipſe nunc alius ex alio factus ſit: & amicitiam in inimicitiam mutauerit, & quæ alia ſcrip ſiſti: ſatis oſtendẽs, quàm ex inopina rerum mutatione animo fueris perculſus ac ſtupefactus. Etſi quid rerum noſtrarum reprehenderis, nõ tamẽ illud moleſtè tuli. Non enim adeò duro ac pertinaci ſum ingenio ut amicas fratrũ correptiones ægrè feram. Tam enim abeſt ut ijs quæ ſcripta ſunt offenſus ſim, ut propè cum legerem riſerim, quod cũ tanta ſint ac talia quæ mutuam inter nos amicitiam hactenus confirmare uiſa ſunt, propter tantillas querimo-

LXXXII *Innocentiã ſuam aduerſus hæreticos defendit.*

nias ad te uſque delatas tantũ te perpeſſum eſſe ſtuporẽ ſcripſeris. Ergo & tibi accidit, C quod multis uſuuenire ſolet, qui neglecta rerum natura, quam inquirere debebant, homines ipſos attendunt de quibus rumor aliquid ſparſit, atque ita fiunt non ueritatis inquiſitores, ſed differentiæ perſonarũ æſtimatores, obliti admonitionis, qua dicitur, quod perſonã in iudicio agnoſcere nõ deceat. Verum quoniã perſonã deus in iudicio hominis non accipit, apologiam illam quam mihi ad magnum Chriſti tribunal parauit, & tibi notam facere haud detrectabo. Quod uidelicet ab initio cauſæ huius nihil occaſionis à nobis iſti diſſidio, ſiue parum ſiue multũ, datum eſt: ſed homines illi qui nos odio proſequuntur (quam ob cauſam nôrunt ipſi, neque enim opus eſt ut aliquid hac de re dicam) aſſiduis nos delationibus grauârũt. Purgauimus quidem nos ſemel atque iterũ. Cum uero cauſa hęc euaderet in infinitũ, nec aliquid prodeſſet ſi perpetuò nos defenderemus: propterea quòd nobis procul diſſitis, mendacibus noſtris detractoribus in promptu eſſet cor inexercitatum, & haud edoctum alteram auriculam abſenti illibatã ſeruandã eſſe, è uicino ſuis aduerſum nos uulnerare delationibus: & Nicopolitæ quandam peterent fidei plerophoriã, quod & uos prorſus haud ignoratis, uiſum eſt nobis ſuſcipiendũ hoc eſſe literarũ obſequiũ. Putauimus enim nos per illud duo cõſequuturos cõmoda, ut & Nicopolitanis ſuaderemus, ne ſiniſtri quicquã de hoc uiro ſentirent, & obtrectantiũ nobis ora obturaremus dum fidei conſonantia ſycophantiæ utrinque excluderentur. Cõtinuò itaque conſcripta eſt fides, oblataque a nobis, ac deſcripta: & ut deſcripta erat, deſignatus eſt quoque alteri ſynodo locus, & tempus aliud, ut & externi & peregrini fratres cõuenire unirique inter ſe poſſent, & germana deinceps eſſet ac ſyncera cõmunio. Itaque nos quidẽ iuxta præſcriptũ accurrimus, & qui nobiſcũ erant fratres, alij aderant, alij aduolabant, læti omnes atque alacres, tanquã ad pacẽ properantes. Et literæ quoque a nobis ac tabellarij miſſi ſunt qui nos adeſſe ſignificarent: locus enim ad ſuſceptionẽ conuenientiũ deſignatus noſter erat. Ex D altera uero parte nemo erat qui uel præcurreret, uel aduentũ eorũ, qui expectabantur annuntiaret: & qui à nobis fuerant reuertebantur, plurimũ triſtitiæ ac murmuris apud aduerſarios eſſe cõmemorantes: ob id quod noua quædam eſſet à nobis ad ipſos miſſa & exhibita fides, dicebanturque decreuiſſe prorſus, ne liceret ad nos ipſorum proficiſci epiſcopo. Venit aũt quidam ab ipſis miſſus, & literas adferens recuſatrices, & nullã faciens eorum de quibus inter nos antea cõuenerat mentionẽ. Venerandiſſimus uero & colendiſſimus frater Theophilus, miſſo eorum quos ſecum habebat aliquo, nonnulla patefecit quæ putabat & ſibi ut diceret, & nobis ut audiremus competere. Scribere nanque dedignatus eſt, nõ quòd reprehenſionẽ ex literis tantum metueret, quãtum cauebat ne nos epiſcopi uocabulo ſalutare & appellare neceſſe eſſet. Attamẽ certè, quoniã uehementia erant uerba, & ex pectore admodum calido prolata, animo ita excuſſi, confuſique & deiecti concidimus, ut nõ haberemus quod rogantibus reſponderemus. Haud uero multũ temporis interceſſit, confeſtim in Ciliciam legatio, atque inde reditus, mox literæ adſunt, cõmunionem nobis denegantes. Abruptionis autẽ huius ac ſeceſſus cauſam aſſignârunt, quòd Apollinario ſcripſerimus, & quod ſympresbyterũ noſtrũ Diodorũ habeamus cõſortem. Ego uero Apollinariũ quidem nunquã putaui inimicũ eſſe, imò ſunt quædam quorum gratia uirum ueneror etiã. At me homini non ita coniunxi, ut ipſius uelim in me recipere crimina, cũ & ipſe quædam habeam, quę in illo reprehendo, propter nõnullos ipſius codices quos

leg. De

A legi. De ſpiritu uero ſancto nõ noui me uel petijſſe ab ipſo, uel ultrò miſſum accepiſſe librum. Audio tamen ipſum omniũ eorum qui libros conſcribunt eſſe uerboſiſſimũ. Legi aũt paucos illius cõmentarios. Non enim mihi quę eiuſmodi ſunt ſcrutari uacat. Et alioqui eo ſum ingenio, ut haud facilè neoterica admittã. Quemadmodum & corporis mei imbecillitas haud patitur, ut uel diuinis ſcripturis cũ diligentia, & ut dignũ eſt, immorer. Quid ergo mea intereſt ſi quiſquã aliquid conſcripſit quod cuipiam diſplicet? Quanquã ſi ita fieri oportet, ut alius pro alio rationẽ reddat qui me propter Apollinariũ culpat, rationẽ nobis reddat pro Ario præceptore ſuo, & pro diſcipulo ſuo Aëtio. Nos aũt, neq; præceptoris neq; diſcipuli loco unquã fuimus iſti uiro, cuius in nos uitia cõtorquent. Porrò Diodorum, tanquã beati Siluani alumnũ primum ſuſcepimus, nunc uero diligimus & cõplectimur propter ſermonis quam habet gratiã, per quam multi eorũ, qui uirum audiunt, meliores redduntur. Ad haſce itaq; literas animatus, ut par erat & ad tam inopinam ac ſubitam immutationẽ animo perculſus ne reſpondere quidem poteram: palpitabat enim mihi cor, lingua me deſtituebat, manus ſtupebat: & planè patiebar, quod animo ſolet parũ forti accidere. Dicendum enim quod uerum eſt, & tamen uenia dignum. Deinde parum aberat, quin odium erga humanũ genus exorbitâſſem, ſuſpectiq; mihi fuiſſent omnes hominũ mores, arbitranti in natura humana nõ eſſe charitatis bonũ: ſed uerba quædam plauſibilia ad ornatum & cultũ eorum quibus uti uelis cõficta: affectum uero illorũ ſecundum ueritatem nõ ineſſe cordi humano. Si enim qui à puero ad grandęuam uſq; ſenectã uitam ſuam accuratè ac diligenter inſtituiſſe uidetur, talibus de cauſis tam temere exaſperatus eſt, ut nullam habuerit rerum noſtrarũ rationẽ, nec præteriti temporis experienti

B am tam inani delatione certiorẽ ac potiorẽ duxerit: ſed inſtar pulli indomiti, nondum ad cõmodè ferendum aſcenſorẽ edocti, propter modicam ſuſpicionẽ propulſauit excuſſit & ad terram proiecit eos de quibus iam primum gloriabatur: quid de alijs ſentiendum eſt, qui neq; nobiſcũ tantum contraxerunt amicitiæ: neq; morum inſtituẽdorum tale de ſe dedêre ſpecimen. Iſta cum animo mecũ reuoluerẽ, & corde indeſinẽter uerſarẽ, imo ab ipſis potius uerſarer ita me mordentibus ac iugi rememoratione turbãtibus, nihil ad illas literas reſpõdi: nõ quod ex cõtemptu ſiluerimus (ne cogites hoc frater. Non enim hominibus ſatisfacimus, ſed in cõſpectu dei in Chriſto loquimur) ſed quòd prę heſitatione & mentis inopia non habebamus, donec ad hunc modum affecti eramus, quod tãta mœſtitia dignũ exprimeremus. Et præterea adflixerũt nos & aliæ literę, ad Dazizam quendam in ſpeciem, re ipſa uero uniuerſis mortalibus ſcriptę, cuius indiciũ eſt quòd tam feſtina diſtributione ſparſę ſunt, ut paucis diebus totã Pontum & Galatiã peruagatæ ſint. Sunt qui iſtos bonarũ rerum nuntios & Bythyniam percurriſſe dicant atq; ad ipſum pertigiſſe Helleſpontũ. Quæ uero contra nos ad Dazizam perſcripta ſint omnino nôſti. Nõ enim te uſq; adeò ab amicitia ſua alienum putant, ut ſolum honoris illius expertẽ reliquerint. Si uero ad te literæ iſtæ non peruenerũt, mittam ego illas, in quibus deprehendes nos accuſari ac prędicari ipſam fraudem & uerſutiam, corruptionẽ eccleſiarũ, & animarum perniciẽ. Et quod omniũ eſt, ut ipſi putant, ueriſſimũ, quod inſidioſum ipſis fidei præſcriptũ cõpoſuerimus, nõ ut Nicopolitis ſeruiremus, ſed ut iſto conſilio confeſſionẽ ipſorum doloſe eliceremus. Horum quidem iudex erit dominus. Quæ nanq; poterit cogitationũ cordis humani euidens eſſe declaratio. Hoc uero in ipſis admiratus ſum. An propterea quod exhibi

to à nobis libello ſcripſerunt,tanto diſſidendi ſtudio uſi, ut & exiſtentia & nō exiſten C
tia cōmiſcuerint,quò delatoribus fidē facerent,nō cogitant,quod Romę ſcriptū ipſo/
rum,quo Nicęnā fidem confeſſi ſunt,reconditū habetur:nec quod è Roma acceptū li
bellum Tyanenſi ſynodo obtulerūt,quin & apud nos eandem hanc fidem habēs re
poſitus eſt.Quin & propriæ orationis obliti ſunt, qua cū in mediū tum conſtituti eſ/
ſent,de ſeductione conquerebantur, qua illecti conſenſiſſent uolumini quod ab Eu/
doxij congregatione compoſitum fuerat. Quocirca & erroris illius iſtam excogita/
runt apologiam, ut Romam abeūtes patrum inde fidem acciperent, atq; ita noxam
qua eccleſias ex mali conſortio læſerant, per melioris inductionem corrigerent. Sed
qui tam longinquarum profectionum laborem ſuſtinuerunt, tamq; ſapienter tum
iſta concionati ſunt,nunc conuiciantur, ut agnoſcas eos doloſe legatione illa functos
eſſe, & ſub prætextu charitatis inſidiantiū fraudem occuluiſſe. Et quæ iam circumfe/
runtur manifeſtum faciunt,quod Nicęnam fidem condemnauerint. Viderunt enim
Cyzicum & mox mutata fide reuerſi ſunt. At quid de uerborū immutatione dico,
cum in ipſis rebus factam eſſe peruerſionē multo potioribus demonſtrare queam ar
gumentis.Qui enim quingentorū epiſcoporum contra ſe promulgato decreto nō o/
bedierunt,nec ab eccleſiarū adminiſtratione amoueri ſuſtinuerūt,cum tot conſentien
tium epiſcoporū ſententia ab officio depoſiti eſſent:propterea quòd illi,ut aiebāt,ſpi
ritusſancti nō erant participes,nec per gratiā dei eccleſias gubernabāt, ſed per huma
nam potentiā ex inanis gloriæ deſiderio eccleſiarū gubernationē rapuerant, hi nunc
eos,qui ab illis ordinati ſunt pro epiſcopis agnoſcūt.Quos meo nomine roges uelim,
an uniuerſos mortales cōtemnant, quaſi nec oculos habeāt,nec aures, neq; cor ſenſu
præditū,ut eorū quę geruntur diſconuenientiā cōſiderare queant. Verſatur talis que/ D
dam in cordibus ipſorū cogitatio.Quo modo duo poſſunt eſſe epiſcopi,unus qui ab
Euippio depoſitus eſt epiſcopatu,alter qui ab illo eſt ordinatus. Eiuſdē enim manus
opus ſunt uterq;.Niſi enim gratiā illā habuiſſet quæ Hieremiæ data fuerat,ad demo
liendū ac reſtaurandum,ad extirpandū & plantandum,utiq; nec iſtū eradicāſſet,nec
illum plantāſſet.Si uero unū iſtorum illi largiris,permittes ſimul & alterū. Sed unus
illis ſcopus eſt,ut uidelicet ubiq; quæ ſua ſunt ipſorū quærāt,& pro amico habeant,ſi
quis deſiderijs ipſorū cooperetur:hoſtē uero ducant, nec ab ulla ſe aduerſus illum ca
lumnia cohibeant,ſi quiſquā deſiderijs ipſorū reſiſtat. Tales enim ſunt ipſorū & pręſ/
ſentes aduerſus eccleſiā œconomiæ:horribiles quidē propter ipſorū temeritatē, miſe
rabiles uero propter talia patientiū ſtupiditatē.Euippij filios,Euippij nepotes,hone
ſta ac fide digna miſſa legatione extorres & exules ad Sebaſtiā uocārunt, populoq;
pręfecerūt.Illi ubi altari potiti ſunt,fermentū facti ſunt eius quę illic eſt eccleſię. A' qui/
bus tanquā homouſiaſtæ perſequutionē patimur, Euſtathius uero Sebaſtenus,qui
Roma acceptum homouſion in Charta uſq; ad Tyanenſes attulerat,iam illis conſen
ſit,licet plurimū deſideratam ipſorū cōmunionem obtinere nequiuerit,ſiue quòd illi
multitudinē contra ſe conſentientiū metuerunt:ſiue quod huius uenti ſint autoritatē.
Qui nanq; fuerint cum eligerentur,& quomodo quiſq; ipſorum ſit ordinatus, & ex
qualiter ab initio ducta uita ad iſtum potentatum peruenerint, mihi ſanè nondum
tantum datum eſt otij,ut iſta & quæ alia ſunt illorum exponā. Didici nanq; precari
dominum,ut non loquatur os meum opera hominum. Tu uero illa, ſi ſcrutatus fue/
ris, cognoſces. Et ſi te latuerint, iudicem tamen haud ullo pacto latebunt. Quid
uero mihi

A uero mihi paſſionis acciderit, nõ grauabor dilectioni tuæ exponere. Anno præterito cũ ex grauiſſima febre ægrotâſſem, & propè ad ipſas mortis portas deueniſſem, bonitate uero dei reuocatus eſſem, ægrè ferebam illam mei reſtitutionẽ, expendens ad quæ mala iterũ reuerſus eſſem, cogitabamq; apud meipſum, quidnam eſſet in profunda dei ſapientia reconditum, cuius gratia mihi iterũ datum eſſet dies iſtos in carne agere. Poſteaquã uero iſta cognoui, cogitabã ita uoluiſſe dominũ nos quietas uidere eccleſias ab ea turbatione quam hactenus paſſæ ſunt per ſeparationẽ eorũ, qui propter conſictã honeſtatis grauitatẽ omnia ſua autoritate obtinent. Aut forſan uoluiſſe illum per intelligentiæ acceſſionẽ animũ meũ deinceps diligentiorẽ & attentiorẽ reddere, ne morer hominum iudicia, ſed per euangelica pręcepta abſolutè inſtituar, quæ neq; cum tẽporibus neq; humanarũ rerũ circumſtantijs mutãtur, ſed eadem permanẽt, ita perdurantia, ut à ueraci ac beato ore prolata ſunt. Homines uero ſimiles ſunt nubeculis, pro uentorũ immutatione ad aliã atq; aliam aëris partẽ iactatis. Et maximè iſti, de quibus loquimur, omnium eorum, qui nobis innotuerũt, ſunt uerſutiſſimi. Tales an & in reliquis ſint uitæ negotijs, dicãt qui ipſorũ fuere contubernales. Parem circa fidem inconſtantiã, quam in illis uideo, haud ſcio an in alijs ipſe uiderim hactenus, aut ex alijs audiuerim. Arium primũ ſequuti, poſtea ad Hermogenẽ ſunt mutata ſententia conuerſi, qui ex diametro hoſtis erat Arij cacodoxiæ, quẽadmodum manifeſtum eſt ex fide, quæ primũ ab illo uiro Nicçæ pronuntiata eſt. Poſt dormitionẽ Hermogenis, iterũ immutati ad Euſebiũ defecerunt, uirũ, qui omniũ eorum qui Arium ſectantur coryphæus eſt, ſicut aſſerunt, qui experti ſunt. Inde elapſi, incertũ quibus de cauſis, iterum ad patriã reuerſi, denuò Arianã ſententiã celârũt. Vbi epiſcopa

B tum nacti ſunt, (ut quæ interea tẽporis geſta ſunt ab illis, omittã) quoties fidem exponendo nouârũt? Ancyræ dederũt aliã, Seleuciæ aliã, aliam Conſtantinopoli, diuulgatam illam, & aliã in lampſaco, poſtea & quã dederũt in Nicęa Thraciæ, & iam aliã in Cyzico, de qua & ſi reliqua ignoro, hoc tamen audio, quod preſſa homouſij cõfeſſione, τὸ κατὰ οὐσίαν ὅμοιον iam circunferãt. Et præterea blaſphemias contra ſpiritũ ſanctum cum Eunomio conſcribunt. Iſtæ aũt fidei formulæ, quas recenſui, etiamſi non omnes ſibi ipſis inter ſe contrariæ ſunt, nihilominus ſententiæ produnt inconſtantiã: propterea quod nunquã ijſdem uerbis cõtenti, ſtabiles perſiſtunt. Hæc uera ſunt, innumeris alijs ſilentio preſſis. Quoniã uero & ad uos uſq; peruenerũt, rogamus, ut reſcribas, per eundem hunc uirũ, Strategiũ dico ſympresbyterũ noſtrũ, an noſter adhuc eſſe cõſtanter pergas, aut an ex illorũ cõgreſſu & ipſe ſis abalienatus. Neq; enim ueriſimile eſt illos quieuiſſe: neq; te, qui talia nobis ſcripſiſti, nõ & aduerſum illos fiducialiter egiſſe. Quòd ſi in noſtra perſeueras cõmunione, optimum eſt, & ſummopere exoptandũ. Si uero te ad ſuã ipſorũ traxere ſententiã, triſte quidem eſt. (Quomodo enim tam dilecti fratris abalienatio triſtis non eſſet) Verũ & ſi nulla aliena in re, in ea tamẽ probè ſumus ab illis exercitati, ut didicerimus eiuſmodi patiẽter ferre diſpẽdia.

hoc eſt ſecundum eſſentiam ſimilem eſſe Chriſtum patri.

LEONTIO SOPHISTAE BASILIVS.

TARDE quidem & à nobis literas accipis: attamen non tardius quàm nos abs te, idq; cũ habeas quàm plurimos qui ſedulo & frequenter à uobis ad nos ueniant: quibus omnibus ſi literas ſingulatim impoſuiſſes, nihil impediuiſſet, quo minus præſentia tua ac conſuetudine ueluti præſentes ipſi & coram frui uideremur, tam fuit eorum qui nos acceſſerunt frequens LXXXIII.

Quęritur quòd rariores ab illo literas accipiat.

multitudo. Quamobrem ergo non ſcribis quum non ſit aliud ſophiſtæ opus, quàm ut ſcribat, immò ſi otioſa manu uacas, ne opus quidem erit ut ſcribas. Poterit enim alius tibi hac in re ſeruire, ut lingua tantum ſit opus, quæ & ſi nobis nolit loqui, uni ſaltem eorũ loquetur, qui præſto ſunt. Eſi nemo adſit, ſecũ ipſa diſputabit. Neq; enim ullo pacto ſilebit, cũ ſit Sophiſtica pariter & Attica, nõ minus q̃ luſciniæ, ueris tẽpore ad canendũ excitatæ. Nobis quidẽ negotij in quo nũc ſumus difficultas, qualemcũq; adfert excuſationẽ eius quod raro ſcribimus, & præterea quòd moleſta illa & crebra uulgariter dicendi conſuetudine dictio noſtra ueluti polluta nõnihil eſt, nõ immeritò cũctatiores ad hoc facti ſumus, ut uos Sophiſtas alloquamur, qui niſi quod ſapiẽtia ueſtra dignũ ſit audiatis, ægrè fertis, & haud facile admittitis. Te uero cõtrà uериſimile eſt ad omnẽ occaſionem & cauſam uocẽ tuam accommodatã habere, cũ ſis omnium quos noui Græcorũ ad dicẽdum appoſitiſſimus. (noui aũt, ut puto, quoſuis inter uos nominatiſſimos) Itaq; nullã habes ſilentij tui excuſationẽ, maximè tam diutini. Miſi uero & quæ aduerſus Eunomiũ conſcripſi, quæ ſiue pædiã uocare oporteat, ſiue pædia, ſint paulo ſeriora, iudicio tuo permitto, quibus etiamſi, ut puto, non opus habes quod ad tuã ipſius attinet perſonã, ſpero tamẽ nõ ignauã tibi fore contra peruerſos, ſi in quos incideris, armaturã ac defenſionẽ. Non quod tantũ tribuamus uiribus ac robori uoluminis huius: ſed quod probè ſciamus tantũ tibi eſſe induſtriæ, ut ex modicis argumẽtis multa queas eruere. Si uero imbecilliora tibi uidebũtur, quàm rei neceſſitas exigat, ne tardes hoc arguere. Nam hac in re potiſſimũ ab adulatore differt amicus, quòd ille quæ iucunda ſunt dicit: iſte uero non ueretur & triſtia adferre. C

Diſcrimen adulatoris & amici.

SOPHRONIO MAGISTRO BASILIVS.

LXXXIIII.

Petit ut fratri Gregorio epiſcopo adſit, & cauſam eius tueatur.

TEMPORIS incõmoditate premitur etiã deo dilectiſſimus frater noſter Gregorius epiſcopus. Luget eñ & ipſe cũ omnibus alijs, irremiſſis cõtumelijs quaſi quibuſdã inſolẽtibus plagis percuſſus. Homines enim quidã timorẽ dei nõ habẽtes, ut magnitudine malorũ ui agẽtes contumeliã illi inferũt quaſi pecunias Cæſarij ipſis ademerit. Illatũ aũt damnũ nõ admodũ curat. Iã olim enim pecunias cõtemnere didicit. Niſi quòd modica quædã ex bonis illius acceperunt, ad hoc ut domeſticis illius ſuppeteret uictus. Quidã uero quæ pretioſiora fuerãt multa cũ temeritas te hominibus† nõ admodò ſelectis diſtribuerũt, & quæ minuta ſunt prorſus iſtis reſeruârũt. Quæ ubi iſti putârunt nemini oppignerata eſſe, mox in egenos expenderunt, cũ propter ſuã ipſorũ ſententiã, tũ propter demortui mandatũ. Mandâſſe nãq; fertur ac dixiſſe cũ moreretur. Quæ mea ſunt omnia pauperibus dari uolo. Iſti itaq; tanq; miniſtri domini cõfeſtim illa diſpenſarũt. Et nũc inſtat & urget hinc Chriſtiani hominis paupertas, illinc unius ex forẽſib. improba† curioſitas. Huius gratia placuit nobis hoc omnia laudabili tuæ probitati patefacere, ut & propter uiri honorẽ cuius iam olim notitiã habes, & propter gloriã domini, qui quæ ſeruis ſuis fiunt, in ſeipſum trãsfert: adhæc & noſtri gratia, qui ſerui tui ſumus, principi theſaurorũ de illo quæ decora ſũt loquare, modũq; excogites pro magna tua prudẽtia, quo à cõtumelioſis iſtis & moleſtis turbationibus liberetur prorſus. nemo ita uiri huius ignarus eſt, ut abſurdi aliquid de illo ſuſpicetur, quaſi pecuniæ addictus talia fingat. In prõptu nanq; eſt liberalitatis illius experimentũ. Libẽter ſubſtãtiæ ſuæ reliquias ærario tradit, ut accepta ipſius ſubſtãtia ærarij miniſter & aduocatus reſpondeat ijs, à quibus impetitur, & apodixes ab illis petat: propterea quòd uos ad huiuſmodi cauſas appoſiti nõ ſumus. Poteſt enim placi- D

uel nec modũ, nec rationem ſtatuentibus.

πολυπραγμοσύνη.

A enim placiditas tua facile hoc cognoſcere quod nemo, quoad eius fieri potuit, ab illo diſceſſerit uoti nō compos effectus. Sed quiſq; quæſitum & optatū abſq; ulla moleſtia reportauerit, ita ut multos pœniteret, quòd non plura ſtatim ab initio petierint, quod & cōplures calumniatores reddidit. Nam ad exemplum eorū qui primi cœperunt reliqui reſpicientes alius alium calumniandi improbitate ſubſequutus eſt. His itaq; moleſtijs, grauitas tuas, obſecramus, reſiſtat, & ueluti irruentē fluuiū cohibeat, malorumq; ingruentium frequentiā amputet. Nôſti probè, quo pacto ſit occurrendum, ut de auxilij ratione ac modo noſtram tibi non ſit neceſſe expectare inſtructionem. In rebus enim ac negotijs uitæ huius uſq; adeò conſilij inopes ſumus ut & hoc ipſum ignoremus quomodo poſſibile ſit, ut liberemur. Conſultorē itaq; te pariter & tutorē præbeas, perq; præclarā tuā prudentiā, rationē aliquā auxiliandi adinuenias.

PATROPHILO EPISCOPO BASILIVS.

SERO quidem accepi, quæ ad priores literas reſpondiſti: accepi tamen, per deſideratiſſimū Strategiū, & gratias egi Domino, quòd idē qui hactenus in charitate erga nos conſtanter perſeueras. Quæ uero iam de eadē cauſa ſcribere dignatus es, argumentū habent bonæ tuæ uolūtatis: quòd quę honeſta ſunt ac neceſſaria ſentias, ac quæ utilia conſulas. Attamē quandoquidem iterū uideo prolixum futurū ſermonē, ſi ad ſingula quæ prudentia tua ſcripſit reſpondere uelim: tantum dico: Quod ſi pacis bonū in pacis duntaxat ſit nomine circumſcribendum, ridiculum eſt ſi certos quidem aliquos delegerimus, cū quibus ſolis ſeruanda colendaq; ſit pax: reliquos uero innumeros cōmunionis bono excluſerimus. Si uero cōmunio cū perniciosis hominibus inita, hoc habet ut pacis prætextu ſuſceptores hoſtiliter lædat, conſidera qui ſint, quibus ſeſe coniunxerūt, qui odio nos proſequuti ſunt iniquo. LXXXV. *Hæreticos eſſe arguendos & uitandos.*

B qui de parte ſunt nobiſcū nō cōmunicantium, hi ad Sebaſtiā ab ipſis ſunt uocati, ubi & eccleſiā acceperūt, & altaris miniſteriū peregerunt, deq; ſuo pane populo dederūt, epiſcopi appellati ab eccleſiæ illius clero, perq; omnē eam regionē ab ipſis tanquam ſancti & eiuſdem cōmunionis cum honore deducti: quorū ſi pars ſit eligenda ridiculum eſt ab unguiculis ordiri, & non magis cū ipſis conuenire capitibus. Si ergo nemo prorſus eſt pro hęretico habendus, neq; auerſandus, cuius gratia dic, quæſo, teipſum ſeparas, ac quorundam cōmunionem fugis? Si uero pro ſeruanda cautione fugiendi quidā ſunt, dicāt nobis, qui in omnibus cauti uideri uolunt, cuius ſint partis, quos ex Galatia ad ſe traxerunt. Iſta ſi tibi mœſtitia digna uidentur ipſis imputa ſeparationis huius cauſas. Si uero putas eſſe diaphora, ignoſce nobis, qui cōmittere nequimus ut fermento aliena docentiū cōmiſceamur. Itaq;, ſi uidetur, relictis ſermonibus iſtis plauſibilibus, cū omni fiducia arguè eos, qui nō recto pede incedunt ad ueritatē Euāgelij.

BOSPORIO EPISCOPO BASILIVS.

QVO putas animū meū dolore affecit fama calumnię illius, quā mihi offuderunt quidam nō metuentes iudicē perditurū omnes loquentes mendaciū? Tanto uidelicet, ut propè totam noctē, propter dilectionis tuę uerba inſomnem duxerim, ita ipſa cordis mei penetralia concepta mœſtitia occupauit. Reuera nanq;, ut Salomon inquit, calūnia uirū humiliat. Et nemo ita ſtupidus eſt qui animo nullam ſentiat moleſtiā, & ad terrā uſq; nō deijciatur, ſi incidat in ora ad mentiēdum procliuia. At neceſſe eſt, ut omnia feramus, omnia patiēter toleremus, ultionē ipſorū domino cōmittentes qui nō deſpiciet nos. Nam qui calumniatur pauperē, cōditorē, LXXXVI.

illius ad iracundiã prouocat. Qui nouẽ hanc intentatæ nobis calumnię fabulam com C
poſuerũt, uidentur prorſus nullã habere domino fidem: qui rationẽ nos in die iudicij
Mat.12. de uerbo otioſo reddituros eſſe pronuntiauit. Ego uero dic quæſo, beatiſſimũ Diani
um anathematizaui? (Hoc enim de nobis accuſandi gratia prædicauerunt) ubi? aut
quando? Corã quibus? Quo prætextu? An nudis uerbis uel ſcripto? An alios ſequu
tus, uel ex mea ipſius autoritate & audacia, primus illud tentaui? O impudentiam ho
minum nihil non temere loquentium. O contemptum iudiciorum dei. Non contenti
ſunt iſto figmento, niſi & hoc tragico more adijciant, quod factus ſim aliquando ita
demẽs, ut ipſa mea uerba haud intellexerim. Donec rationis cõpos fui nihil tale abs
me factum eſſe noui, nec unquam tale quid uolui: ſed contra huius mihi magis conſci
us ſum, quòd ex prima ætate in amoris affectu erga ipſum enutritus, uirum ſuſpexe-
rim. Erat enim aſpectu admodum honeſto, pręclaro, & ueneranda ac ſacra grauitate
prædito. Poſteaq̃ uero mihi & rationis uſus acceſſit, tum illum & ex animi bonis ue-
nerabilem agnoui, deq; illius cõuictu gauiſus ſum, apertos uiri, egregios & ingenuos
mores cognoſcens, & ſi qua reliqua erant illi agnata ac propria, ut propria erant &
peculiaria, animi placiditas & excellentia cum manſuetudine coniuncta, decens mo-
deſtia, pectus iraſci neſcium, alacritas, & conueniendi facilitas, cum grauitate pulchrè
temperata. His de cauſis illum illuſtriſſimis ex uirtute uiris cõnumeratum habebam.
Circa extrema quidem uitæ illius tempora (neq; enim celabo ueritatem) intolerabili
mœrore propter ipſum, cum alijs in patria, qui plurimi erant, dominum timentibus,
afficiebar: propterea quòd fidei illi quam ex Conſtantinopoli reportauerant qui ad
Georgium pertinebant, ſubſcripſerat. Vt uero erat ingenio manſueto & humano, o-
mnibus ita ſatisfaciebat, ut paterno affectu toleraretur. Vbi uero decidit in ægrotatio D
nem, ex qua & mortuus eſt, cõuocatis nobis dicebat, teſtem eſſe dominum quòd ſim
plici corde in ſcriptum conſtantinopolitanum conſenſerit quidem: uerum nulla in re
irritam uoluerit eam fidem, quæ Nicæę à ſanctis patribus expoſita eſt. Neq; aliud
in corde habuerit quàm quod ab initio traditum accepiſſet. Imò precari ſe quoq;, ut
non ſepararetur à ſorte beatorũ illorum epiſcoporum trecentorum decem & octo,
qui piam illam fidei prædicationem promulgauerint orbi: Atq; iſta ſatisfactione nos
ita permouit, ut ſoluta omni cordium noſtrorum hæſitatione ad communionem illi-
us acceſſerimus, & à concepto mœrore quieuerimus. Talia ſunt quæ nobis cum hoc
uiro interceſſerunt. Si uero quiſquam eſt qui nobis dicat infandam aliquã blaſphe-
miam in hunc uirum cognitam eſſe, non in occulto doloſe murmuret, ſed apertè & in
faciem noſtram coràm conſtitutus cum fiducia nos conuincat.

AD SIMPLICIAM HAERETICAM

LXXXVII. TEMERITAS quædam hominũ eſt, quòd odio proſequuntur meliores, a-
mant peiores. Quapropter & ipſe linguam cohibeo, cõuicia in me iacta
cum ſilentio ferens, & dolorem animi ſupprimẽs. Expecto autem interea
ſupremum iudicem, qui omnem malitiam tandem cum tempus fuerit ul
ciſci nouit. Nam etiãſi pecunias quiſquã inſtar arenæ profundat, nihilominus animã
lędit, opprimens iuſtitiã. Perpetuò nanq; deus ſacrificiũ puto nõ ita quærit, quaſi illo
opus habeat, ſed pretioſum illi & acceptũ ſacrificiũ eſt animus pius ac iuſtus. Si uero
ſeipſum quiſquã per tranſgreſſionẽ proculcauerit, preces huius ut immũdas reſpuit.
Admoneas ergo teipſum extremę diei, & nos, ſi uidetur, haud doceas. Scimus plura
quàm tu

A quàm tu ſcias, & internis ſpinis non uſq; adeò ſuffocamur, nec modicis bonis decu/plam malitiã immiſcemus. Excitâſti in nos lacertas ac rubetas, quaſi uernas quidem beſtias, ſed immundas. At ueniet è ſublimi uolucris, quæ illas cõſumet. Mihi enim ſermo eſt, nõ ut tu putas, ſed ut iudicare nouit deus. Si uero & teſtibus opus erit, non ſiſtẽtur ſerui: neq; ignominioſum illud ac pernicioſum eunuchorũ genus, genus hoc, in quã, nec fœmineũ, nec maſculinũ, inſaniẽs in mulieres, inuidioſum, †uilis pretij, animo feroci, effœminatum, uentri deditum, auri cupidum, ſæuum, inter cœnandum plorãs, incõſtans, auarum, † ſtabulariũ, inſatiabile, furioſum, & zelotypum, & quod amplius dicendum eſt, cum ipſa ſtatim generatione ferro damnatum. Quomodo ergo rectus eſſe poterit iſtorum animus, quorum & pedes diſtorti ſunt? Iſti fruſtra quidem caſti manent per ferrum: inſaniunt uero abſq; fructu, propter ſuam turpitudinem. Hi non ſiſtentur in iudicio teſtes. Sed oculi iuſtorum, & facies uirorum perfectorum, quotquot tunc oculis cernent, ad quæ nunc mentis aſpiciunt intellectu. *uel cubicularium ut ſit κοιτωνίτην.*

SANCTAE MEMORIAE PATRIS NOSTRI
Gregorij Theologi, ad eandem Simpliciam.

LAVDAS ſanctum ac communem patrem noſtrum, tanquam fidei fulcimen, ueritatis canonem, eccleſiæ characterem, caniciem prudentia refertam, humanæ uitæ ac uirtutis uictorem, fidum miniſtrum, ſacerdotẽ magnum, mediatorem inter deum & hominem, & ſpirituſſancti habitaculum. Hoc quidem rectè facis. Nam nullus ſermo par eſt, ad celebrandum ſanctam illam ac beatam animam: niſi me ſeducat uis amoris, & pro ratione affectus ex deſiderio de uiro hoc iudicat. Illud uero in te uehementer admiratus ſum, quomodo illum LXXXVIII.
B quidem celebres ut ſanctũ, & hactenus, ut par eſt cohoneſtes, opus uero illius diſſoluere coneris, quaſi prophani ſint & uehementer cõuicijs digni, qui illic uixerũt illocq; migrârunt. Siquidem inſtar proprij mancipij cõmunem paſtorẽ tibi ipſi uendicas, & exiguum hoc lucrũ perſequeris, rem facis admodum magnanimitate tua indignam. Quomodo enim abſurdum non eſt, auro quidem & argento colere numen, & ijs rebus quæ in creatura ſuperfluæ ſunt & inanes, ubi & magis oſtentationi forſan quàm pietati ſeruitur: ſacerdoti uero eccleſiam uelle damno efficere, & quod ſanctiſſimũ eſt anathematũ deprædari? Si uero moleſtè fers quòd poteſtate noſtra uſi ſumus: nobilitatẽ uero tuam nõ admonuimus, neq; magnificentiæ locũ dedimus, dixeris quidem iuſtum aliquid, & quod reſipiat affectum humanum, attamen humanum. Scito aũt tanto maiorẽ iam eſſe tibi donandi occaſionẽ, quàm quæ tum erat: quanto magnificentius eſt accipiendi copiam permittere, quàm ſi ipſa dediſſes. Et illo modo ſoli deo quidẽ gratificari uiſa fuiſſes: iſto uero & nobis, illius miniſtris, & ad portandũ ipſius nomen ex diuina dignatione ſelectis. Moleſta itaq; nec illi ſis, nec nobis. Qui enim tyrannidem paſſus eſt, nulla in re læſit. Nos uero, quid mirum, ſi bonitate tua confiſi, deinde ſimul publico totius †regionis decreto fidem habentes, permoti ſumus, ut hoc faceremus? Quòd ſi quidam gratificandi gratia, uel ex dolo iſtuc decreuerunt, ipſi uiderint, qui & deo rationem reddent. Noſtrum enim non eſt hoc cognoſcere, neq; omnium animos penetrando ſcrutari. Nos uero quomodo cauſam hanc neglexiſſemus? Aut quomodo ſpreuiſſemus tantas lacrymas tantamq; loci illius ſolitudinem, uſq; adeò deſolati, ut nec miniſtrum haberet, nec paſtorem, nec aliquam ſpiritalem moderationem? Illud autem tibi, idq; cum primis notum ſit, quòd qui tum conſentiebant, nunc

Anathemata ſunt donaria & ornatus templorum.

uel loci.

bant, nunc uero negant, rem faciunt nec piam nec ingenuã. Et multo ſatius fuiſſet, ſi tum contradixiſſent, quàm quod nunc demum aſſentantur, & quod ſemel ſtatuerũt, rurſus demoliuntur, hominesq́; metuunt magis quàm deum uerentur. Hos puta iterum, ſi rogentur excuſandi gratia, pro ipſorum leuitate dicere, quod metu indignationis tuæ ſententiam mutauerint. Et quod multo uerius eſt, quoniã illis neceſſe eſt ſemper terreri, neceſſe iuxtà eſt & falſas ac Sophiſticas defenſiões cõminiſci. Si uero iſta tibi rectè quidem dici uidentur, œconomiæ tamen ratio exigitur (nam & hoc audio. in literis ſiquidem nihil huius poſtulâſti) iuſtè & humaniter repetatur, & nihil côquæremur. Neq; enim nobis placet, ut dominorum lędatur manſuetudo & humanitas. quid iam reſtat? fortè ut manus inijciantur uiro & huius gratia mandetur ſeruanda publici ſtatus tranquillitas: hoc enim quodammodo decentius eſt, quàm criminari. *uel fingatur factio.* Ad iſtud uero apertè & facilè reſpondero. Nos nec alium quenquam eorum qui accuſantur, nec etiamſi maximè amicus generoſusq́; ſit, examinatione liberamus. Nihil enim deo ac canone uenerabilius. Sed ſi quis habet quod accuſet, ſiquidem uoles te præſente unaq; iudicante fiat: ſin minus, uel coram nobis abſente te, examinetur. Quod ſi inſons inuentus fuerit, abſoluatur, etiã ſi ſeruus ſit. Nam idem & ſeruorũ & dominorum pater eſt ac deus: & iuſtitia nõ ſecundum perſonarũ dignitates decernitur. Si uero reus quiſquã deprehenſus fuerit, tum ſcilicet ex proprio peccato condemnabitur: atq; ita nec canon uituperabitur, neq; ignominiam patietur, qui euaſerit. (Quod ad nos enim attinet, forſan nõ admodum curandum eſt ac nullius momẽti) & ipſa malam effugies ſuſpicionẽ, quaſi iſta: propterea quòd erga nos & ſanã fidem aliena es, machinata ſis ſophiſticè magis quàm generoſe, & aliud quidem iudicaueris, ad aliud uero reſpexeris, quod tibi, conſulo, accidere ne patiare, tanquam quod nec pium nec decorũ eſt, neq; uelis noſtris contemptis legibus ad externas confugere, neq; nobiſcum contendere: ſed ignoſcere ſi quid ſimplicius & apertius pro libertate gratię egimus, & reputare ſatius eſſe bene uinci, quàm male reluctante ſpiritu uincere. *noſtris, id eſt, Chriſtianis.*

EVDOCHIO RHETORI THEOLOGI.

LXXXIX. ROGAS ut res noſtrę habeant? Vehementer acerbè. Baſilium non habeo: non habeo Cæſarium fratrem & ſpiritalem & carnalem. Pater meus & mater mea deſeruerũt me, ut cũ Dauide loquar, Quæ corpus concernũt, male habent. Senectus ſuper caput meum, curarum implicationes, incurſus negotiorum, fides amicorum incerta, eccleſia paſtoris cura deſtituta. Peſſum eunt quę bona ſunt & honeſta, ſine pudore uigent quæ mala ſunt. Nauigatio eſt in nocte, fax ad lucendum nulla uſquã: Chriſtus dormit. Quid putas accidet? Mors una eſt, quę me ab his malis abſoluet. Et quæ illinc futura ſunt, ex præſentibus mihi coniecturam capienti, terribilia ſunt.

AD EVNDEM THEOLOGI

XC. CAESARIVM non habeo. Dicam enim, etiamſi philoſophica non ſit iſta affectio. Quæ Cæſarij ſunt amo. Et quicquid uideo quod inſigne ac ſpecimen habeat Cæſarij, mox complector & exoſculor, & quaſi ipſum uidere corãq; eſſe ac cõfabulari uideor. Et tale quid mihi iam in literis tuis accidit. Nam ſimul atq; inſcriptionẽ epiſtolæ legi, mox rei ſuauitas quædam, & nomen illud Philagrion, atq; omnia illa animũ meũ ſubierunt, quæ nobis olim iucunda fuere, ipſę ciuitates, ipſę cõuerſationes, ipſa menſa ipſa paupertas, iucundiq́; cõuictus, ut inquit, *Philagrius amator eſt ruris & uitæ agreſtis.*

A ut inquit Homerus,uel ludicra uel ſeria,ſtudiorum labores,communes præceptores conceptæ ſpei ſublimitas,& quicquid dici poteſt eorum quæ tum bona habebantur; quibus ego præcipuè,etiam recordando, delector. Vt itaq; adhuc amplius iſtis tuo beneficio immoremur,excita in nobis illorum hiſtoriam, ac largire ſcribendi occaſionem.Nam prorſus neq; hoc nobis leuiculum erit,licet quod maximum eſſe poterat; conuictum uidelicet nobis abſtulerit liuor,erga res noſtras acerbè affectus.

AD EVNDEM THEOLOGI.

QVOMODO corpore habes? An epiſtolæ breuitas oſtendit quomodo habeas? De anima,quomodo illa ualeat,non rogabo. Non enim quòd admodum rectè, quandoquidē præclarè in illis quæ corpus cōcernunt philoſopharis,ut qui quod accidit pro uirtutis experimento nō ipſius materiæ diſturbatione habeas,ut beatior ſis dum malè afficeris, quàm alij dum ſani ſunt. Et in eo quoq; philoſophiā abundè ſatis declaras,quòd talia nobis ac de talibus pręcipis,quæ etiamſi nos alijs præſcribere non dubitemus, iudiciū tamē tuum,ſi debeāt experiri,uereremur ut firma ſint futura: conabimur tamen nō cōtradicere præcipienti. xci.

GREGORIO NISSENO THEOLOGI.

AEGREFERS iſtum tuum circuitū,uideriſq; tibi ipſi uagus, inſtar lignorū, quæ pro aquarum impetu feruntur. Nequaquā ô præclare. Non ita habet.Nam ſunt quidem qui præter animi ſententiam iactantur:tuus uero iſte circuitus ſecundum deum eſt. Et ut multis benefacias,fixum eſt non uagū,etiamſi loco nō ſis affixus. Niſi Solē quis culpare uelit,quòd dum radios ſuos effundit & uiuificat quæcunq; calore ſuo penetrat, non certo cœli loco fixus eſt : ſed
B ambitum illius circumquaq; percurrit,aut ſtellas fixas ita laudare,ut errantes uituperet,quarum & error concinnus eſt. xcii.

AD EVNDEM THEOLOGI.

NE feras admodum moleſtè res triſtes. Si enim minus triſtamur,& illæ minus ſunt triſtes. Nihil habet periculi quod hæretici,ut ſcribis,refloreſcūt, & è latebris prorepentes de uerna tempetie præſumunt.Haud diu cantillabunt,certo ſcio, pòſt iterum occultabuntur , & ipſa ueritate & tempore expugnati,idq; hoc amplius, quo magis nos totam cauſam deo commiſerimus. xciii.

AD EVNDEM THEOLOGI.

DE quibus ſcripſiſti,ſic habemus. Neq; moleſtè ferimus deſpecti,nec lætamur honore affecti. Hoc enim nos quidē digni ſumus:illud uero noſtræ competit ambitioni. Precare pro nobis. Breuiloquio ignoſce. Nam omnino hæc etiamſi modica,ſilentio tamen ſunt prolixiora. xciiii.

AD EVNDEM THEOLOGI.

ETIAM hoc uitæ meæ,alioqui ſatis adflictæ reſeruatū erat,ut audirē mortem Baſilij,& ſanctæ illius animæ profectionē, qua peregrè à nobis profecta eſt,ut præſens ſit apud dominū, quam peregrinationem illē per omnem uitam meditatus eſt. Quin ſimul & hoc incōmodi accedit, ut propter malam & ualde periculoſam corporis mei ualetudinem,ſanctos cineres complecti, ac tibi, ut decet ac par eſt philoſophanti, adeſſe, communeſq; noſtros amicos conſolari nequeam. Solitudinem enim iſtam eccleſiæ uidere, quæ tali iam ſpoliata gloria taliq; priuata eſt corona,nec aſpectu nec auditu,ſaltem ijs,qui mente prædi xcv.

I ti ſunt,

ti ſunt,tolerabile eſt. Tu uero mihi uideris,licet multi ſunt amici, multaq; ab illis con/ C
ſolationis gratia dicantur,à nemine tamen ita conſolari atq; à te ipſo, & illius memo/
ria, qui & ambo reliquis omnibus exemplum facti eſtis philoſophiæ, & quaſi per/
pendiculum quoddam ſpiritale, tam modeſtiæ in proſperis, quàm conſtantiæ in
aduerſis. Nam hæc duo philoſophia nouit, & rebus rectè habentibus modeſtè uti,
& calamitatem honeſtè ferre. Hæc à nobis ad dignitatem tuam ſcribuntur. Me ue/
ro,qui iſta ſcribo, quod tempus, aut quis ſermo cõſolabitur:niſi ipſe coram ſis,noſq;
tuo alloquio recrees,quod unum ex omnibus beatus nobis reliquit Baſilius, ut in te,
tanquam mũdo quodam ac dilucido ſpeculo,imaginem ipſius contemplantes,& ip/
ſum nos præſentem habere putemus.

THEOLOGI AD EVNDEM.

XCVI. HEV me miſerum, quoniam incolatus meus prolongatus eſt: & quod ca/
put eſt malorum in bello ac ſeditione ſumus, & pacem quam à ſanctis
patribus accepimus,non ſeruauimus. Hanc tamen,ſcio,ipſe reſtaurabis,
per potentiam ſpiritus qui teq; tuaq; gubernat. Nos uerò nemo falſo in/
cuſet,obſecro, neq; dominos epiſcopos, quaſi nobus inuitis alium declarauerint no/
ſtræ eccleſiæ epiſcopum. Non enim illis ita abiecti reputamur, neq; adeò inimicè er/
ga nos affecti ſunt, ut hoc facerent: ſed quoniam propter cadaueroſam hanc meam
ualetudinem in multis deficio, ſimulq; molem eccleſiæ ueritus ſum, ſi negligeretur,
hanc ipſe ab illis gratiam petij,quæ & canonibus non derogat,& nos refocillat,ut ec/
cleſiæ darẽt paſtorem, qui & tuis precibus datus eſt,ueſtra pietate dignum, quem &
tibi commendo,uidelicet reuerendiſſimum Eulalium deo charum epiſcopum, in cu/
ius etiam manibus utinam expirare detur. Si uerò quiſquam eſt,qui putat non debe D
re uiuente adhuc epiſcopo, alium ordinari, ſciat hoc nobis ſuperſtitibus nihil habere
periculi. Omnibus etiam manifeſtum eſt, quòd non Nazeanzenæ ſed Saſimorum
eccleſiæ præfecti ſumus: tametſi aliquandiu propter reuerentiam patris,& eorum qui
hoc ſuppliciter petebant,tanquam aduenæ gubernationem illius ſuſceperimus.

THEOLOGI AD EVNDEM.

XCVII. NATVRALITER mihi nonnihil ineſt dexteritatis. (Nam unum quid ex
multis & ipſe iactabo) Et tamen ſimul mihi ipſi ſuccenſeo, quòd etiam
amicis non admodum iucunda conſulo. Quoniam uero amici ſunt inter
ſe & cognati,quotquot ſecundũ deũ uiuunt,eodemq; incedunt Euange/
lio:quamobrẽ nõ audirent à nobis cũ fiducia dici,quę omnes ſuſurrãt? Non laudant
ingloriã iſtam gloriã tuam, (ut ueſtro more loquar) nec deceptionẽ hanc quæ paula/
tim ad peiora ducit,neq; peſſimam dęmonum,quam Euripidis uocant,ęmulationẽ.
Quid tibi accidit uirorum ſapientiſſime? Quanam ratione teipſum condemnando,
ſacros libros,quos oportebat imbibere,cum illos olim populo pręlegeris(neq; enim
pudet iſtud audire)proieciſti,uel,ut hyemis tẽpore clauis naualibus & ligonibus uſu/
uenit,fũmo obnoxios reddidiſti,acerbos uero & impotabiles uſurpâſti, rhetorq; di/
ci magis quàm Chriſtianus uoluiſti? Nos uero Chriſtiani potius quàm rhetores ha
beri uolumus. Deo ſit omnis gratia. Noli ad hunc modum animatus eſſe uirorũ o/
ptime, quemadmodum & olim non admodum hoc morbo laborâſti,ſed, licet ſero,
reſipiſce,& ad te ipſum redi,ac fidelibus quidem,uerum & deo,& altaribus ac myſte
rijs à quibus abalienatus es iuſta te ſatisfactione expurga. Nec regeras mihi arguta
illa & rhe

Auocat eum à nimia lectione librorũ gẽtiliũ,maximè Euripidis.

Acerbos & impotabiles libros gentiliũ, eo quod nulla illis inſit ueræ pietatis dulcedo.

A illa & rhetorica uerba. Quid? An quia rhetoricę operam dedi, Chriſtianiſmo excidi? Num cũ inter adoleſcentes uerſabar fidelis non eram? Et fortè deum teſtem aduocabis. Nequaquã ô ſuſpiciende, nequaq; , ut par erat, etiã ſi ex parte aliquid dederimus. Quomodo uero non cogitas lædi alios ex his quæ iam facis qui naturaliter ad hoc malum propendent, occaſionéq; dari cogitandi ac dicendi, ſit cõmentum. At eſt neceſſitas quædam. Nemo enim ſibiipſi tantũ uiuit, ſed & proximo, nec ſatis eſt, ſi tibi ipſi ſatisfacias, niſi ſatisfacias & alijs. Siue in publico quenquam percutias, ſiue in maxillam ipſe feriare, uel alium uerberes in theatris, ſiue parum honeſtè luctatus fueris, uel antagoniſtam exceperis, non erit ſapientis uiri excuſatio, ſi dixeris animo te fuiſſe interea modeſto ac ſobrio. Hæc facile intelliguntur. Itaq; ſiue inſtitutũ uel iam tandẽ mutaueris, gaudebo, ut Pythagoricorum philoſophorum quiſquã amici cuiuſdam ruinã deplorãs dixit, ſiue non mutaueris, philoſophus quidem ille ſcripſit, mortuus es mihi: ego uero iſtud tui gratia nondũ dicã. Nã is cũ amicus fuiſſet, factus eſt inimicus. At amicus cũ ſim, inquit Tragœdia, lugebo tamẽ, (hoc enĩ modeſtius fuerit dicere) ſi neq; ipſe quid te deceat, uideris, quod primũ munus eſt eorũ qui laudãtur, neq; alij benemonẽti obſecũdaueris, quod alterũ eſt. Tantum habeat paręneſis. Tu uero mihi ignoſces amicitię gratia lugenti, ac pariter cũ propter te, tũ uniuerſum ſacerdotij ordinẽ, addã & propter omnes chriſtianos inflãmato. Si uero opus habes ut pro te precemur aut intercedamus, ſuccurrat infirmitati tuæ deus, qui & mortuos uiuificat.

AD GREGORIVM PRINCIPEM THEOLOGI.

NON laudo Heſiodum, quòd eiuſdem artis opifices tantitechnos uocauit, dicens, Et figulus figulo, & faber inuidet fabro. Non enim æmulatur ma- B gis quàm adiuuat & cõplectitur: ut ego puto, & tanquã familiarẽ fouet. Philoſophus uero hoc etiam amplius amplectitur philoſophum, quòd idem illis eſt ſapientiæ ſtudiũ. Hoc itaq; & ipſe animo erga prudentiã tuam affectus, ſi ea fuiſſem corporis ualetudine ut animi motibus obſequi potuiſſem, nemo me pręcurrendo cõplexandoq; , & proſperũ nauis aſcenſum adprecando præueniſſet. Verũ ut ſolem obſcurat obducta nubes, ita me remoratur corporis imbecillitas & inuida hæc caruncula quæ mihi carceris loco eſt. Suſcipies ergo, loco præſentiæ hanc meam epiſtolam? Certè ſuſcipies, cũ ſis prudens, & animo erga nos beneuolo id quod probè ſcio nec opus habeo, ut coniecturis ducar. Vt aũt intelligas quantum de animi tui probitate præſumã, ecce precator apud te, intercedo pro re nobis admodum neceſſaria, & per amicitiã tuam abs te quæ amicorum ſunt expeto. Nicobolum meũ è manu mea dextra tibi cum fratribus cõmendo, non daturum pœnas, ſed ſumpturũ. Commendoq; ſimul & uiduã neglectam illorũ matrẽ, & domum, quæ aliquando ſplendida fuit & illuſtris: cum aſſiduè nobiſcũ uerſaretur Nicobulus, nũc uero ne lugere quidem permittitur ea mala quæ partim acciderunt, partim adhuc expectantur, niſi tibi ſiſtatur, & tuo iudicio aduerſus malum dæmona obfirmetur, quo fiet, ut & nos cohoneſtemur & humanitatis ratio ac reuerentia habeatur, ſplendidumq; tibi ipſi tua in nos beneficentia reddas principatum.

XCVIII. *Id eſt, æmulos artis gratia inter ſe certantes.*

ECEBOLIO THEOLOGI.

VOCIFERABOR aliquid aduerſus meipſum. Sit aũt uenia dolenti, ſi quę dolentis ſunt loquutus fuero. O carunculam prauam & malignam, quibus me malis afficis? quæ mala perpetras? In propinquo uir eſt, quẽ & ſi pro- XCIX.

cul abeſſet perſequi neceſſariò debebam, cum propter principalem uirtutē qua præ/ C
ditus eſt,tum propter animi placiditatē. Tu uero malè uales, & propè immobilis es, ac parum curas quòd alij bono iſto potiuntur, nos uero illo priuamur. Huiuſmodi ſunt quibus meipſum incuſo. Quoniam autem ſatis non eſt deplorare tantum quæ patior,ſed opus eſt,ut & aliquo pharmaco medeatur uulneri, iſtud nunc quærentes, hanc auſi ſumus ad te dare epiſtolam,& literis noſtram adumbrare præſentiā. Si uero cupiueris aliquo nos pro beneficentiæ tuæ ſcaturigine afficere beneficiolo,ecce deferimus ad te,domū miſerā & humanitate tua dignā. Viduam uidelicet cum orphanis ex lacymarū æſtu adhuc calentibus, ſororē dico meam cū ipſius liberis, qui, cum prognati ſint patre honeſto, & qui plurimū laboris regum gratia pertulerit,in armis non obſcurus, ſed ualde illuſtris, deinde & uobis principibus multum ſeruierit(ſi de quodam tibi Nicobulo innotuit,) extrema nunc periclitantur. Nam poſt amicorum erogationem,& iuriſiurandi ſacramenta,quæ in quæſtione obtulerunt, iam iterum calumniam conantur inferre orphanis.

OLYMPIO THEOLOGI.

C. ITERVM occaſio demonſtrnadæ humanitatis,iterū audax ego, qui tantæ rei patrociniū literis concredo. Verū me tēpus quidem alacrē reddit:morbus uero ne progredi quidē permittit. Nō enim uel tantū largitur,ut commode incedam. Quæ eſt igitur hæc noſtra interceſſio? Audi me hoc die humaniter. Triſte quidem mors eſt etiam uiri. Quomodo enim triſte nō eſſet,eum qui hodie eſt cras non fore,etiam ſi penes nos nō moriatur? Multo uero triſtius ac grauius eſt, mori ciuitatē,quā & Rex ædificauit,& tempus formauit,& qualiſcūq; ordo ſeruauit. Loquor aūt de ciuitate Diocæſarea,quæ olim ciuitas erat,nunc uero nō eſt,niſi ipſe placidè annuas. Hanc iam per nos pedibus tuis aduolui putato. Loquatur ergo ipſa,& habitu ſit amicta lugubri,& tonſa comas,ut fieri ſolet in tragœdijs,& ad hunc modum D
opem tuam imploret. Porrige mihi manum humi iacenti,ſuccurre imbecilli,ne differas,neq; diſperdas Perſarū reliquias. Ciuitates te erigere decet magis quàm laborātes & adflictas ſubuertere. Eſto ciuitatū tutor aut numerum earū quæ ſunt augendo, aut eam quę iam eſt cōſeruando. Ne feras,ut ad tuū uſq; principatū ſit ciuitas,& poſt te nō ſit:neq; cōmittas, ut poſteris tēporibus detur occaſio de tantis malis narrandi, quòd ciuitatē inter reliquas cōnumeratam acceperis, & locū deſolatū reliqueris, ubi olim fuerit ciuitas,quæ nō niſi ex collibus,præcipitijs ac ſyluis cognoſcatur. Hæc quidem agat & dicat apud humanitatē tuam ſimulata iſta ciuitas. Noſtrā uero parænēſim tanquā eam quæ amicorū eſt ſuſcipe. Caſtigare quidem uoles eos qui aduerſus poteſtatis tuæ mandatum peccârunt. Nam contra hoc nihil præſumimus. Quanquā temeratū eſſe dicunt nō ex cōmuni quadam conſpiratione,ſed ex inconſiderato quorundam adoleſcentū motu. Voles uero ſimul meritā pœnā maxima ex parte remittere, & maiori uti ratione. Dolore ſuper matre demortua correpti ſunt:nō potuerunt ferre,ut cū ciues uocentur,ſint extorres. Inſaniuerunt, contra leges egerūt, de propria deſperârunt ſalute. Amentes eos reddidit quod in id calamitatis præter opinionem inciderunt. Num huius gratia cōmittendum eſt,ut ne ciuitas quidē ſit quę ciuitas eſt? Nequaquā ô ſuſpiciende. Ne uelis hoc ſtatuere, ſed aliquo dignari honore cū ciues omnes,tum magiſtratus ac dignitate claros,qui tibi ſupplices aduoluuntur. Vniuerſos enim iſta calamitate pariter tangi putare debes, tametſi propter poteſtatis tuæ amplitudi/

Hoc eſt,quæ ex Perſarū uaſtatione reſeruatæ ſunt,quibus Perſæ pepercerunt.

A amplitudinem ſubticeant, & altum ingemiſcant. Deinde & noſtram caniciem ue‑nerare, quibus graue erit ſi cum aliquando magnificam habuerimus ciuitatem, nunc ne ciuitatem quidem habituri ſumus & templum hoc quod deo ſtatuimus & ſtudi‑um hoc pietatis quo in illum præditi ſumus, poſt tuum principatum futurũ eſt habi‑taculum beſtiarum. Neq; enim hoc graue & horrendum fuerit, ſi ſtatuæ ſubuertan tur, etiamſi alioqui graue eſſet, neq; de iſtis nos loqui putabis, qui eorum quæ ſunt potiora curã gerimus, ſed ne unà cũ illis ſubuertatur ciuitas antiqua, & quæ ſplendo‑ris nonnihil adepta erit ſi uiuentibus nobis ac uidentibus, abs te honorabimur & ali quid apud te poſſe putabimur. Sed tantũ hac de re dixerim. Neq; enim, etiamſi plu‑ra dixerimus, quicquã adferemus quod cogitationibus ac cõſilijs tuis præualere poſ‑ſit, quibus tantus gubernatur populus, & gubernarentur etiã plures ac maiores, idq; in maioribus principatibus. Illud uero neceſſariũ eſt inſinuare magnanimitati tuæ de ijs qui antea ceciderunt, quod prorſus miſeri ſunt, abiecti, & nullo diſturbio illorum qui deliquerunt conſortes, quemadmodum nobis multi eorum qui tum præſentes fuerũt fidẽ huius faciunt. De iſtis itaq; conſulta, quid nam profore putes & de gloria quã hinc feres, & de ſpe quam illinc cõcipies. Nos uero in exiliũ migrare iuſſi feremus quidẽ non ſine animi mœſtitia, feremus. Quid enim aliud agemus etiã? Si uero quæ peiora ſunt obtinebunt, unũ hoc moleſtè feremus, prioriq; ciuitati illacrymabimur.

AD EVNDEM THEOLOGI.

NOBIS princeps es, etiam poſt principatum. Res enim iſtas longè aliter iudi camus quàm pleriq; ſolent. Omnem nanq; principis uirtutẽ in teipſo com prehenſam habes. Multi enim eorum qui ad principatus ſoliũ euecti ſunt, CI.
B meo iudicio inferiores ſunt, quoſcũq; uidelicet exercitus creat, humiles ac ſeruos ſub‑ditorum. Rurſus multi mihi excelſi ſunt ac ſublimes, etiamſi inferiora teneãt, utpote, quoſcunq; euehit ipſa uirtus, & dignos reddit, qui maioribus principatibus præfician tur. Sed quid horum mihi bono cedit? Non eſt nobiſcum amplius magnus Olym‑pius, nec rerum noſtrarũ gubernacula poſſidet. Actum de nobis eſt, proditi ſumus. Iterum poſterior Cappadocia facti ſumus quam tu primam effeceras. Quæ alio‑rum ſunt, quid attinet dicere? Grægorij tui ſenectutem quis fouebit? Quis imbecilli‑tatem ipſius curabit, maioriq; honore afficiet eum, qui multis humanitatis tuę benefi centiam intercedendo impetrauit? Vos itaq; nunc ueſtrũ quidem iter diſceſſuri præ‑ſtantiore comitatu ac pompa alacriore ingredimini, quamplurimo nobis relicto fle‑tu. Abitis autem multa à nobis diuitiarum copia cumulati, & qualem non multi prin cipum aſportârunt, bonam ſcilicet nominis exiſtimationem ac gloriam referentes, & quod omnium mentibus inſculpti eſtis tanquã quibuſdam columnis ac ſtatuis haud cito mouendis. Si uero nobis denuò cum maiore ac illuſtriore principatu præficiendi eſtis (hoc enim animi noſtri deſiderium futurum uaticinatur) perfectioribus deo ſacri ficijs prorſus gratias agemus.

AD PROCOPIVM THEOLOGI.

ITA quidem animatus ſum (ſi quod uerum eſt ſcribere oportet) ut quod‑cunq; epiſcoporum concilium fugiam, propterea quòd hactenus nullius omnino ſynodi finem aliqua utilitate præditum, & unde res malè haben‑tes non magis exacerbatæ quàm curatæ ſint, uidere licuit. Ea enim illis eſt libido con‑tendendi, & ambitio dominandi (at ne putes iſta me odioſe adhunc modum & im‑ CII.

portunè ſcribere)ſuntq́ ita diſputando inſuperabiles,ut ſi iudicio quiſquam cum illis C
uelit agere, citius alterius cuiuſdã malitiæ reus agatur quàm quæ illorũ eſt euincat ac
diluat. Quapropter meipſum cohibui,inq́ ſola pacũ ſecuritate & cõmunitione tran-
uel quæ à con quillum ac quietũ fore putaui. Nunc uero & corporis infirmitatẽ habeo,†quę iudicio
demnatiõe me mentis præiudicat. Nam perpetuò in extremis ferè ago,mihiq́ ipſi nulla in re uſui eſ-
tueatur ac de- ſe poſſum. Quocirca ignoſcat mihi tua prudẽtia. Perſuadeatur aũt per te & pijſſimus
fendat. Rex ne ſocordię nos cõdemnare,ſed imbecillitati ignoſcere uelit,cuius gratia ſe,rogã-
tibus nobis iſtum ſeceſſum,pro alio quod offerebat beneficio,cõceſſiſſe meminit.

AD ANYSIVM THEOLOGI.

CIII. VT res noſtrę habeant rogas. Ex hiſtoria quadam reſpondemus. Legatio
nem Athenienſes ad Lacędemonios,cum illi imperio potirentur,miſiſſe
dicuntur. Erat aũt petitio ut humanitate ipſorũ in re quapiã uti liceret. Le
gati uero domum reuerſi,cum rogarentur, quomodo in nos affecti ſunt
Lacedęmonij,reſpondiſſe feruntur,ut in ſeruos quidẽ,ualde benignè,ut in liberos ue
ro,admodum cõtumelioſe. Hoc & ipſe nunc ſcribere poſſum. Agimus enim humani
us quidẽ quàm quod deploratis: rurſus uero moleſtius quàm quod conueniat ijs qui
deo ſunt curæ. Etiamnũ enim nos & morbus contriſtat,& qui nos adfligunt amici ni-
hil dolent,etiã ubi pro uiribus nocuerunt. At precare deum, ut nobis ſit beneuolus,
largiaturq́ è duobus alterutrũ, uel ut moleſtias iſtas prorſus effugiamus, uel ut illas
coſtanter toleremus. Etenim & hoc abundè ſatis ipſam imminuet calamitatem.

AD EVNDEM THEOLOGI.

CIIII. SENTIO de quibus me incuſes,etiamſi taceas. Dices fortè nuptias celebra-
uimus idq́ aureæ ac tuæ Olympiadis,& adfuit epiſcoporũ cœtus, tu ue- D
uel,ironice,cũ rotcũ ſis gentilis,uel ex contemptu,uel ex torpore nobis defuiſti. Ex neu-
ſis inter illos tro,ô ſuſpiciende. Sed quoniam putaui fieri non poſſe,ut qui uiuo miſerè
egregius ac ac tragicè,panegyrica celebrarẽ hilariter ac comicè. Et ſimul omnino intempeſtiuũ &
præclarus. præter decorũ nuptiarum forè ratus ſum, ſi duo podalgi inter ſaltantiũ choreas ri-
Podalgi, id diculè circũagerentur(ut & pro more nuptiarũ nonnihil tecũ ludã. (Alioqui quod ad
eſt,ex pedibus uoluntatẽ attinet,& adſum,& nuptias unà celebro,adoleſcentiũq́ dexteras & mutuo
ægri. inter ipſos & utraſq́ dexterę dei cõmitto. Decet enĩ,ut queadmodum omne reliquũ
bonũ ita & coniugiũ tibi,cũ omniũ optimo,& iuxta cõmunes noſtras preces,ineatur.

AD EVNDEM THEOLOGI.

CV. ECCE iam alter tibi quoq́ gener accedit, & moleſtiã rei ſuauitas amolitur.
Bene facis. Nos uero ſegnes,ut ipſe ſanè dices,ut aiũt,prouerbij ueritas ha
ἀδυνάτοι οὐκ bet,infirmi ſegnes nõ ſunt. Attamen rectè nobis habent quæ ex deo ſunt.
ἀργοί. Negotia nanq́ illa tumultuaria alijs permittemus: nos uero philoſophię fructum ca
piemus. Quoniam autem deum metuis, & ipſe planè ex eorum es numero qui è ſu-
pernis ſunt,nulli uinculo obnoxius. Et nos iam iterũ ad nuptias tuas ſiquidem id mu-
neris contribendum eſt,quod nobis optimum uidetur & honeſtiſſimum, preces no-
ſtras conferimus.

AD AMPHILOCHIVM THEOLOGI.

CVI. PANES quidem abs te non peteremus, quoniã nec aquã ab illis Oſtracinã
inhabitant. Holera uero ſi petamus à uiro Ozizaleno,cum illorum uobis
ſit copia,nobis uero multa raritas,nihil eſt quod mireris,neq́ præter con-

A ſuetudinē uideri debet. Dignare itaq; holera nobis & plurima & optima mittere, uel
certè quantū poteris. Quandoquidē pauperibus & modica magni æſtimantur. Ha-
bebimus enim apud nos magnū Baſiliū, cuius ut ſaturi philoſophiā expertus es, ita
eſurientis ac moleſti experiri nolis.

AD EVNDEM THEOLOGI.

QVAM parcè ueniūt ad nos holera ueſtra? Quid enim miſiſtis aliud præter CVII.
Chryſolachana? cū ſit uobis illic omnis abūdantia, horti, fluuij, agri, & pa Chryſolachanū, eſt herba,
radiſi. Et ipſa ueſtra regio holerifera eſt, ut aliorū aurifera. Et folijs leimo- latinis atriplex
nijs ueſcimini, & alimonia uobis eſt, fabuloſa illa felicitas. Et panis? Ille dicitur panis dicta.
angelorū, ita iucundus pariter, †& qui tamē guſtari nequeat. Aut igitur tradite nobis Græcū habet
ex holeribus ueſtris abundantius ac largius: aut aliud quidem nihil comminabimur, καὶ ἄπιςος.
frumentum uero cohibebimus, ſciemusq;, an reuera ex ſolo rore uiuant cicadæ. At ſuſpicor legendum ἄπαςος, id eſt, qui guſtari nequeat. Nam omnino iocatur.

BOSPORIO COLONIAE THEOLOGI.

PVTABAM quidem à uobis & de præteritis mihi deberi apologiā, ita ſum
imperitus ac ineptus. Quoniā uero nō ceſſatis moleſti nobis eſſe, ſed per
petuò priora etiā ſuperare contenditis, & cōtumelijs contumelias, quas
quotidie nouas excogitatis, adiungitis (ob quā cauſam, ignoro: ſiue id o- CVIII.
dio noſtri faciatis, ſiue ut alijs per noſtrā ignominiā gratificemini, iſta nos deo cogno
ſcenda & iudicanda permittemus, quē nihil eorū quæ fiunt latet (quod diuina ſcriptu
ra teſtatur) etiāſi ueritatis faciē, ut multis honeſti uideamur, obſcurauerimus) ueſtræ
pietati nuntiamus, quòd uicti ſumus &, †eccleſiæ pro uiribus cōſulere, ſi deus dederit,
nō grauabimur, quandoquidem hoc cōtenditis. Et maximè ipſo nos tempore urgen locus hic defe
te, propter imminentē aduerſariorū incurſum, qui futurus, ut ipſe ſcribis, expectatur. ctum habet in
B ſed humile corpus hoc deo accōmodabimus, donec illud durabit, noſq; aliquid robo Græco.
ris habebimus, ut neq; nos hac laboremus moleſtia, ut à uobis condemnemur, & ab
uniuerſo clero incuſemur, qui nos omnigenis querelis adobrutos proterit, quod & ec
cleſiam uideamus neglectam, & multos eſſe qui illam proſcindant, quaſi quæ eccle-
ſiæ neceſſitas exigit cōtemnamus: neq; uos prolixius laboretis nos ignominia afficiē-
do. Et hoc faciemus ueſtris adiuti precibus, ſiquidem ipſe eccleſiæ gubernationē ſuſci
pere detrectas, ut & ipſe aſſeris, & res ipſa declarat. Satius enim eſt illis immori curis
quàm iſtis, cum omnino neceſſe ſit ut miſerè agamus, ita res noſtras deo diſponente.

AD EVNDEM THEOLOGI.

IAM ſecūdò à uobis ſupplātatus ſum ac ſeductus. (Nôſti quid dicā). Quòd CIX.
ſi hoc meritò facitis, odoretur dominus odorē bonæ ueſtræ fragrātiæ: ſi ue
ro iniuſtè, ignoſcat dominus. Ita enim conſentaneū eſt ut de nobis loquar:
quandoquidem præceptū nobis eſt, ut iniuria adfecti patientes ſimus. Veruntamen,
quemadmodū uos ueſtræ ſententiæ poteſtatē habetis, ita & ego meæ. Iam nō ampli-
us grauis uobis erit moleſtus ille Gregorius. Secedam ad deū, qui ſolus ſyncerus eſt
& fraudis expers. Cohibebo meipſum. Iſta meipſum admonui. Bis enim ad eun
dem offendere lapidem brutis duntaxat animantibus parœmia tribuit.

CAESARIO FRATRI THEOLOGVS.

NEQVE terrores inutiles ſunt ijs qui ſano ſunt iudicio: imò ut ego ſentio ue- CX.
hementer etiā utiles ac ſalutares. Licet enim illos deprecemur, perterriti ta- φόβοι ἀχρη-
mē erudimur. Anima nanq; adflicta, deo uicina eſt (inquit Apoſtolus Pe ςοι.
trus ubi hac de re præclariſſimè diſſerit) & quiſquis periculū euaſit, familiarius ei adhæ

ret,per quem ſeruatus eſt.Ne ſit igitur moleſtum quòd aliquando adflictionis parti E
cipes fuimus, ſed gratias agamus quòd euaſimus, neq; alij appareamus coram deo
tēpore periculoſo,& alij poſt pericula. Sed uelimus,ſiue extorres ſimus,ſiue priuatè
ſiue publicè agamus(Sic enim dicendū eſt)nō deficere quo minus cōſectemur cū qui
nos ſeruauit,ſimusq; partis illius,quæ modica ſunt exiguorū ac humi repentiū curan
tes,cōmittamusq;,ut habeant poſteri quod de nobis narrent,nō quidē,unde magna
ad nos redeat gloria,ſed unde magna ad animā noſtrā redeat utilitas. Eſt aūt iſta di
ſciplina multis utiliſſima.† Melius enim eſt in periculis eſſe quàm ſecurè agere:& cala
mitate premi potius eſt quàm uti rebus ſecundis. Antè terrores ſiquidem mundi era
mus,poſt terrores uero facti ſumus dei.Forſan tibi oneroſi uidemur,quòd toties ea
dem ſcribimus,& quæ ſcribo putas nō eſſe parænesim ſed oſtentationē:quapropter
iſta quidem ſufficiant:nos uero ſcias eſſe promptos optareq;,maximè quidē ut apud
te conſtitutis ad ſalutē tuam aliquid conferre deq; his rebus perfectius diſputare.Sin
minus,uel hic te quantocius excipere unaq; chariſteria celebrare liceret.

ὅτι κρεῖττον ἀσφαλείας κίνδυνος, καὶ συμφορὰ εὐημερίας ἀριστοφόρα.

AD EVNDEM THEOLOGI.

CXI. PLVRIMVM iam tui gratia pudefacti ſumus. Quod enim cōtriſtati ſumus,
quid opus eſt ei ſcribere qui huius omniū eſt perſuaſiſſimus? Ne uero de
nobis loquamur,néue dicamus quanta nos mœſtitia,imò & metu(permit
tes autem ut & hoc dicā)quæ de te ſparſa eſt fama repleuerit:cupiebam ſi quo pacto
fieri poſſet, ut ipſe corām audires quid alij, tam cognati quàm alieni, & qui nobis
quocūq; modo noti ſunt,ſaltē Chriſtiani,non aliqui duntaxat,ſed ex ordine pariter
omnes,de te loquantur ac de nobis. In alienis nanq; libentius ac ſtudioſius philoſo
phantur homines. Abierūt enim illis iſta in quandam declamationē, nunc quidē epi D
ſcopi filium militię operā dare:nunc uero externū affectare potentatū ac gloriā,nunc
pecunias æquare non poſſe,quæ ſint conſumptæ, quando publicum ærarium incen
dio conflagrauit,& homines quiſq; uitæ ſuæ fugiendo rationem habuere. Imò nul
lam planè nec gloriam nec ſecuritatem neq; proſperitatē æſtimare,ſi ſtrenuè ſeſe re
rū tēpeſtati opponat, ſeq; quàm longiſſimè ab omni ſcelere & immūditie abalienet.
Quomodo decernēt ac ſtatuēt epiſcopi,ne alius quiſquā tēporis curſu corrumpatur,
aut eidolis cōmiſceatur? Quomodo aliud quiddā delinquētes reprehendet, qui ipſe
†propter ueſtalē corripiēdi fiducia deſtitutus eſt? Iſta cū quotidie audiamus,imo mul
to grauiora quoq;, quibuſdam forſan propter amicitiā qua nobis iuncti ſunt talia di
centibus, quibuſdam uero ex odio nobis inſidiantibus quomodo putas affectos &
quo eſſe animo eos homines,quibus propoſitum eſt ſeruire deo,& qui hoc ſolum ar
bitrantur eſſe bonum,ut ad ea quæ futura ſperantur proſpiciant.Dominum itaq; pa
trem noſtrum rūmorem hunc de te ſparſum ægerrimè ferentem, deq; ipſa uita peri
clitantem quoquomodo ipſe quidem conſolor ac recreo, de animo tuo illi promit
tens fidemq; faciens, quòd non ſis laturus ut poſthac nos denuò mœrore conficias,
dominam uero matrem, ſi quid illa eorum quæ contra te dicuntur audiret (nam in
hunc uſq; diem illam omnia celamus, idq; multis conſilijs)puta omnino nullam ad
miſſurā conſolationē,propterea quòd & mulier eſt animo puſillo,& alioqui propter
†uehementem ſolicitudinem ac metum modum hiſce in rebus ſtatuere neſcit. Qua
propter ſi aliqua cum tui tum noſtri cura teneris, delibera ac ſtatue, quòd melius ſit
& cautius ac ſecurius.Nam planè & hic apud nos abundè poteris liberā & ingenuam
uitam

ἀφ' ἑστίας.

uel propter uehemēs religionis ſtudium.

A ui tam inſtituere,niſi admodum ſis inſatiabilis, & præter omnem modum perpetuò plura concupiſcas. Imò non uideo quam temporis cõmoditatem expectare debeamus ad hoc,ut uitæ conditionem aliquam amplectare,ſi præſentẽ neglexerimus. Si uero eandem retinere uolueris animi ſententiam, omniaq; conatibus tuis modica & exilia ducere,nihil quidem aliud quod moleſtum ſit dicam:hoc tamen præmoneo & cõteſtor,quòd è duobus neceſſariũ erit alterutrũ fieri,ut aut,ſi uerus permanſeris chriſtianus,ad ea deputeris quæ profeſſioni tuæ ſint ignominioſiſſima,uiuaſq; ita,ut & tibi & ſpei de te conceptæ non conueniat: uel ſi nominis gloriam deſideraueris, letali damno afficiare,fumiq; certe,ſi non & ipſius incendij,particeps reddare.

AD SOPHRONIVM PROVINCIAE RECTOREM Theologi.

VIDES ut res noſtræ habeant,& ut uiciſſitudo quædam rerũ humanarũ circumquaq; uagetur,ita ut nunc illi,nunc iſti uel in flore ſint uel defloreſcant, & neq; rerum nobis proſperitas,neq; infœlicitas, ut aiunt,conſtans ſit,ſed quam citiſſimè mutetur ac tranſeat ut uentis potius ſit fidendum, aut ſi quid undis inſcribatur,quàm humanarum rerum proſperitati. Quamobrem? Mihi uidetur ita diuinitus inſtitutũ eſſe,ut cõſpecta in rebus humanis inſtabilitate & inæqualitate maiore ſtudio ad deũ accurramus, futuraq; deſideremus, atq; aliquã habeamus noſtri quoq; iſtorũ rationẽ, non admodum rerum præſentiũ umbras & ſomnia ſectantes. Verũ unde moti ſumus,ut iſta loquamur? Neq; enim hæc fruſtra philoſophamur, aut uanè iactamus.Erat aliquando,& Cæſarius tuus inter eos cõnumeratus qui non obſcuri habentur,imò niſi fallor,ut fratribus uſuuenire ſolet, ex eorum numero erat, CXII.

B qui admodum illuſtres ſuſpiciuntur. Inſigni erat eruditione, & animi probitate multos excellebat. Præclarus item habebatur propter amicorũ copiam, è quibus præcipuum te,tuamq; nobilitatẽ arbitratus eſt,idq; nobis perſuaſit.Sunt quidem iſta iam antiquata,& tu interea plura ex te ipſo honorandi illius gratia amicitiæ monumenta adieciſti,quẽadmodum omnes natura comparati ſumus mortales, ut plus aliquãto largiamur mortuis quàm uiuis:quæ uero nunc dicturus ſum, ne uelis ſiccis oculis audire, ſed illacrymando honeſtè tamen & utiliter. Mortuus iacet, ſine amicis, deſertus,miſerabilis,modica myrrha honoratus, (ſi tamen uel illa data eſt) & modicis indumentis,quæ mortuis utcũq; dari ſolent. Multum ſanè eſt,ſi & illis ex miſericordia potitus eſt.Irruerunt autem, ut audimus, inimici, & alius alio prætextu magna cum poteſtate quæ illius ſunt pars rapiunt,pars rapere conantur. (O impudentiam,ô crudelitatem)& nemo eſt qui prohibeat,ſed qui humaniſſimus eſt, leges† prætexit, & ſi uno uerbo dicendum eſt,fabula facti ſumus,qui olim felices reputabamur. Hæc tibi non uideantur ferenda,ſed condoleto potius & moleſtè nobiſcum ferto, & gratiã impartitor Cæſario mortuo,ne per ipſam amicitiam,per ea quæ tibi ſunt omnium chariſſima,perq; ſpem ipſam,quam tibi ipſi uelis dextram ac fortem reddere,ſi fidus ac ſyncerus erga mortuum apparueris,ut & uiuentibus hoc largiaris,beneq; ſperare facias. Putas nos pecuniarum gratia mœſtos eſſe? Dedecus illud nobis intolerabilius eſt,ſi uidebitur omnium ſolus Cæſarius non habuiſſe amicos, qui tam multos habere reputatus eſt. Hac itaq; petitione te, & de talibus interpello: ſiquidem tibi forſan non habemur intempeſtiui. Quam uero adferre debeas opem, & per quos,& quomodo,& res ipſæ admonebunt,& prudentia tua diſpiciet.

† alias, implorat.

Ad eundem

AD EVNDEM THEOLOGI.

C

CXIII. COMMODI aliquid nobis adfert ſeceſſus,otiũ uidelicet & tranquillitatẽ, ue-
rum nondum tantum commodi adfert quantũ inc ommodi,utpote quòd
à ueſtra ſuperamur amicitia & præſentia,re nobis admodũ iucunda. Alij
tua feruntur prudentia,nobis uero multũ eſt,ſi uel hoc dabitur, ut umbrã quandam
mutui colloquij in literis uiciſſim dandis & accipiẽdis obtineamus. An te uidebimus
iterũ? An te cóplectemur aliquando lepidum noſtrũ caput? An hoc dabitur reliquæ
noſtræ uitæ? Quod ſi dabitur, omnis ſit gratia deo. Sin minus,maxima ex parte e-
mortui ſumus. Tu uero memor eſto Gregorij tui,resq́ꝫ noſtras alijs exponito.

AD EVNDEM GREGORII THEOLOGI.

CXIIII. OTIOSE ac quiete philoſophamur. Vſqꝫ adeò ſcilicet læſerũt nos oſores no
ſtri,ut optárim nos adhuc alia eiuſmodi affici iniuria, quò illos magis atqꝫ
magis bene de nobis meritos agnoſcamus. Fit enim ſæpenumero ut qui
lædi uidentur beneficio afficiãtur,& qui putantur beneficijs affici, lędantur. Igitur ad
hunc modũ habent res noſtræ. Quòd ſi alijs hoc nõ perſuademus,te tamẽ illud loco
omniũ ſcire uolumus,cui libenter rerum noſtrarũ rationẽ reddimus. Imò perſuaſi ſu
mus iſta te ſcire,ac ignorantibus perſuadere. Obſecro uero,ut cũ omni ſtudio ac dili-
gentia,ſi nõ antea,uel nunc tandẽ in hoc incumbatis, ut concilientur & in unũ coëant
orbis ſectæ malè inter ſe diſſidentes,& maximè, ſi deprehenderitis illas non propter
fidei doctrinam,ſed propter priuatim conceptos animi dolores diſſidere, quod ego
ἀλλ' ἑκὼν τ ἰδίων μελῶν ψυχῶν δι σῶσας. animaduerti. Hoc & uobis ſi poteritis lucroſum erit,& ſeceſſum noſtrum iucundiorẽ
reddet,ſi uidebimur illi nos nõ futura cõmiſiſſe, ſed ſponte noſipſos quaſi in pelagus
quoddam ad exemplum Ionæ illius, eius gratia abieciſſe, ut ſedaretur tempeſtas,& D
periculo erepti ſeruarẽtur,qui in mari illo procelloſo nauigabãt. Si uero nihil minus
etiamnum tempeſtate iactantur,nos ſaltem quod noſtrum erat ad deſideratam tran
quillitatem contulimus.

AD EVSTOCHIVM SOPHISTAM.

CXV. O aſtute Vlyſſes,quàm uehemẽter me perſtrinxiſti Stagiriſmũ approbãs,
ſimulq́ꝫ nos accuratiſſimis ſophiſmatibus inuoluẽs? Laudo quidem cõfi-
dentiã tuam quòd quæ ſubſcripſiſti ſcribere ſis auſus. Melius enim eſt a-
pertè proferre quod moleſtum eſt q̃ꝫ in diem ſuſpenſos, ut ita dicã redde
re rerũ ignaros. Habeo tamẽ nonnihil quod incuſem. Vt aũt iuridicialem agendi for
mam obſeruẽ primũ me defendam,deinde accuſationes inferam: faciã aũt utrũqꝫ pa
ri animi beneuolentia. Optimũ Stagiriũ acceſſit Nicobulus meus. Acceſſit aũt nõ ex
animi noſtri ſententia (ne ſuſpiceris hoc. Neqꝫ dum enim Athemarũ oblitus ſum e-
go,neqꝫ amicitiæ ac neceſſitudinis tuæ)ſed à ſeipſo quidem adhoc incitatus, & patre
ita uolente,illũ acceſſit,à me uero per literas illi eſt cõmendatus ac traditus. Quid hoc
habet ingratũ aut inhumanũ? Iam quoniã excuſationẽ meam habes,accipe etiã quid
τὸν ἀντίτεχνον. reprehendam. Non laudo figmenta tua & præſtigia quibus malè impetis † æmulum
(quandoquidem ita obtinuit,ut qui eiuſdẽ ſunt artis,æmuli inter ſe uocẽtur.) Quam-
diu iſta durabunt? Et quando modũ ponemus ſophiſticæ calumniæ? Quouſqꝫ hæc
fient? donec ſcilicet morte ab hac intercludamur uerſutia. Quòd ſi adoleſcens quiſ-
quã æmulatione adactus, emolumentiq́ꝫ cuiuſdam ſpe motus iſta faceret, ignoſcen-
dum quadantenus eſſet(ut demoſtheniano more tui gratia nõnihil rhetoricer)in iſta

uero ætate

A uero ætate exiſtentem, atq; ad hunc modum uiuentem, captiunculis hiſce inſidioſis uel petere alios, uel ab alijs impeti, prorſus eſt & intempeſtiuum & cõtentioſum: non ſolum ob id quod indecorum eſt & omnino ſordidum: ſed & quòd quàm facillimũ eſt ut inſtar recurrentis fluuij talia ipſe audias, qualia in alios dixeris, (iterum enim Homero utar) & omnino in promptu eſt. Vt eum qui momordit, uiciſſim remordeat laceſſitus. Quæ ergo iſta ſapientia eſt, cum queas uirtute ſuperior euadere, per maliciam uinci malle, aut etiam uincere, quod multo eſt peius? Imò & in iudicibus hoc reprehendo (dicendum enim, quod uerum eſt) quòd quę iudicantes puniunt, ea audientes laudant. Et non ſolum ipſi hoc faciunt, ſed & multos habent collaudatores, & malitiæ inflammatores, quorum & portio quædam eſt, ut ſtudio hoc faciant. Oportebat, ſi ſuſpicio eſſet, non laudare: ſi uero fides haberetur, publicè iudicare, magis quàm ad hunc modum agere. Si falſa eſſet delatio, oportebat accuſatores arguere: ſi uera, eos reprehendere, qui accuſantur, & non ita rem maximam, nobilium uidelicet uirorum opinionem, tanta temeritate ludibrio exponere. Itaq; ſi me aliquouſq; auditis (nam utriſq; loquor) conuicia hæc & uituperia, ſi nihil aliud, canitiem ſaltem reuer- χαίρειν ἐᾶτε.
ti uel in rebus turpiſſimis tandem defatigati, abijcite. Statuetis autem ipſi, ueterem illam in pretio habendã eſſe parænefim, quæ tum uirtutẽ exercere iubet, quãdo ætas ſuppetit, & uobis ipſis quidem inſidias non ſtruetis: ſtruetis uero expectationi adoleſcentum, qui graui omnino diſpendio afficientur, ſi conuicijs ac uituperijs aſſuefacti malitiam didicerint, idq; non ſine ſtipendio ac præceptore: quemadmodum non uirtutis, ſed huius nos habent præceptores. Quòd ſi tibi durus uideor iſta ſcribens, ultionem licebit de me ęqua talione ſumas, ita ut rerum neceſſariarum admonitum, uel
B morigerum laudes, uel repugnantem incuſes.

AD EVNDEM THEOLOGI.

SCILICET ignoraui quàm uehementer improbum & indoctum uirum CXVI.
Sophiſtam admonuerim. O ſocordiam. Et neq; uulgari prouerbio admonitus cognoui cum caluus ſim, non eſſe mihi cum ariete aduerſa fronte arietandum, neq; crabrones contra meipſum iritandos, linguam uidelicet ad maledicendum procliuem & inſtructam. At iſtuc non admodum moleſtè fero. Nam, ut intelligo, cõmune mihi hoc uſuuenit cum multis. Quod uero ad † be- αἶ ζώοις.
ſtias illas attinet, etiam præ multis. Illud autem me peius habet, quòd tibi fidem non feci, hoc me animo facere amico Cæterum bene ualeas & corpore & animo & linguam ſi poſſibile eſt cohibeas. Nos autem poſthac quod noſtrum eſt curabimus.

AD EVDOXIVM RHETOREM THEOLOGI.

VETVS erat Athenienſium conſuetudo, atq; ea meo iudicio pulcherrima. CXVII.
Poſteaquàm ad pubertatis annos uenerãt adoleſcentes, ducebantur ad artificia. Ducebantur aũt ad hunc modũ. Proponebantur publicè cuiuſuis artificij inſtrumẽta, atq; ad illa ducebantur adoleſcentes. Quocunq; tum quiſq; delectabatur, & quod accurrebat, illius edocebatur artificiũ: propterea quòd quæ ad naturæ ductum fiunt plerunq; bene ſuccedunt: quæ uero præter naturam præſumuntur, fruſtra tentantur. Ad quid iſta narro? Et tibi idem faciundum eſſe dico, ut philoſophiam non negligas: quandoquidem ingenio ad illam es appoſito: neque ad aliud quicquam eorum quæ tibi cognata non ſunt aſſuefias magis, quàm iſtam amplectare, ad quam naturaliter es propenſior. Non hoc tan-

tum nomine

tum nomine quod optima eſt, ſed & ob id quod naturæ eſt agnatior. Curſum uerò C
fluuij detorquendum non eſſe parœmia docet, & artem equitandi edoctũ ad cantandum admittere noluit poëſis. Quid timendum erat? Ne ſimul & in equitandi artem & cantandi delinqueres. Quæ autem hic ſpectanda eſt aptitudo? Vt mihi iſta cõſideranti uiſum eſt, principio ſpectandum eſt ingeniũ morumq́; tranquillitas atq; aperta ſimplicitas, & ad ſeculi huius ſtrophas ineptitudo, deinde & animi induſtria ac ſublimitas, & ad contemplandas res agilitas. Tertiò ad hoc uitę inſtitutũ accommoda eſt & noſocomia & corporis imbecillitas. Nam & iſta non parum commoditatis ad philoſophandum adferre Platoni uidetur. Et alioqui ea es ætate, ut affectuum uis iam inclinet. Et paupertate mihi uideris non magis premi quàm ornari. Et præterea pudorem admittere nôſti, quod non conuenit inſtituto rhetorum. Sed neq; uox tibi ſceleſta eſt, nec uitioſe clamas, neq; in foro uerſatus es, nec quicquam habes eorum (ut breuiter dicam) quibus forenſem Democritum ad concionandum finxit Ariſtophanes, ſed cũ rhetor uoceris omnia prius præſtare poteris, quàm ut moribus & ingenio inter rhetoras cenſeri queas. Velis igitur hoc minus abijcere philoſophiam, quo magis moribus illi accommodis reliquos antecedis, neq; malis minores habere in minoribus, quàm primas in maximis. Si uero tibi primas quoq; in terrenis dederimus, ne ſuſtineas inter graculos primas habere, cum aquila eſſe queas. Quouſq; inflamur in minutis iſtis humiq; repentibus rebus? Quouſq; ludimus in puerilibus hiſce nugis ac figmentis, & propter inanes applauſus extollimur? Tranſeamus hinc. Euadamus in uiros. Proijciamus ſomnia. Præteruolemus umbras. Relinquamus alijs uitæ huius delitias imò magis mœſtitias. Alios fatigent, iactent, & irritent, inuidentia, ſeculi & euentuum curſus. Quod in rebus humanis queruntur eſſe inſtabile & inæquale, ualeat, cuiuſmodi ſunt throni, potentatus, diuitiæ, ſplendor opum, teparmata, ſubditorũ ſupplex prouolutio inanis, ſcilicet, gloriola & reſpuenda, qua magis ignominia afficitur quiſquã, ſi illam ignouerit, quã ſi ſpreuerit. Magnæ huius ſcenæ ludicra & inania ſpectra præteribimus, locoq́; omnium deum eligemus, qui ſolus bonum eſt per omnia ſufficiens, & noſtrum, ut & in hac uita inclareſcamus, qui adhuc puſilli ſumus, uitæq́; huius claritatem quærimus, uel certe futuræ uitæ claritatem apprehendamus, quandoquidem uirtutis pręmium deus eſt, & puriſſimæ lucis illuſtratio, quæ in trina illa unitate cõſpicitur, cuius in hac uita ſplendorem pro data menſura adepti ſumus. Ad hæc certus progredere, mẽte aduola, apprehende uitam æternam. Nequaquam in ſpe cõcepta quieſcas, donec deſideratum ac beatum cœleſtium bonorum uerticem obtineas. Quòd ſi acquieueris, nos olim laudabis ſcio. Exigua quidem iam putãtur, paulo uero pôſt abundantia deprehendentur, ubi per te ipſum quæ nunc pollicemur, uideris, inueneriſq; iſta non inanem eſſe felicitatem, neq; mentis noſtræ figmenta, ſed rerum ueritatem.

Noſocomia, cura eſt infirmitatis.

Vſus rhedarum, eſſedorũ, ac curruũ, quo ſeſe oſtentant magnates.

D

AD EVNDEM THEOLOGI.

CXVIII. BENE habet, quòd in adflictionibus philoſopharis, multiſq; factus es exemplar tolerantiæ in rebus triſtibus, & quemadmodum ad optima quæuis corpore, cum recte ualebas, es uſus: ita & nunc nunc illo dextrè uteris, quandoquidem imbecillis cum ſis, non es otioſe, ut ita dicam, otioſus. Philoſopharis enim, & quod Diogenem olim febricitãtem inq; febrili calore tolerantem dixiſſe ferunt, hoc & ipſe uiſendum exhibes cum in corpore tum in animo.

A Decebat hoc Philagrium meum,nec molleſcere, nec defatigari in adflictionibus, ſed contemnere lutum hoc permittereq́ corpori,ut miſeriam ſuam ferat,cum omnino ſiue iam, ſiue pôſt aliquando ex lege naturæ ſit reſoluendum (morietur enim uel morbo uel ſenio confectum) ipſum uero animum habere in ſublime euectum & cogitationibus cum Deo coniunctum:hoc quoq; ſcire,quod abſurdum ſit,ſi extra pericula philoſophantes,in aduerſis, ubi opus eſt,deprehendamur nihil minus quàm philoſophi,fruſtremurq́ diuinam promiſſionem. Omnia iam dilucidè animo perluſtrâſti,cum noſtra tum aliena,utpote uir in utriſq; inſtructus & aliorum quoque præceptor,collegiſtiq́ tibiijpſi ex omnibus paratũ humanitatis pharmacũ. Vt uero tecũ & ego parumper,ſi id iubeas,philoſopher,non laudo diligentiã illam circa res minutas & negligentiã circa præcipua,in Ariſtotele,qui cũ felicitatem nobis definiret, aliquouſq; quidem rectè progreſſus eſt,definiens illam eſſe animi circa uirtutẽ energiã, adiijciensq́, in ætate perfecta:quod & ipſum ualde clarè expreſſit,propter conciſam noſtram mutabilemq́ naturã : illud uero non præclarè ſed admodum abiectè,quòd & mundanatum rerũ,quæ extra hominem ſunt,facultatem & abundantiã adiecit,qua ſi ſi pauper quiſquã fortè ſit, uel morbidus,aut ignobilis,uel exul,ob id felicitatis particeps eſſe nequeat.Laudo uero animi dexteritatem & præſtantiã in Stoicis,qui nihil eorum quæ extra hominem ſunt à felicitate impedire dicunt,ſed felicem eſſe eum,qui †uirtutis ſtudio incumbit,etiamſi in Phalaridis tauro cõcremetur.Et huius gratia admiror quidem eos qui apud nos honeſti ac recti gratia periclitati ſunt, aut calamitatis aliquid fortiter tulerunt:admiror utro magis eos qui apud incredulos hac in re noſtros adæquârunt:utpote Anaxarchum illum,Epicteton,& Socratem,ut multos re-

Ariſtotelem taxat in definitione felicitatis. Vide Eth. lib.1. Cap.7.

Stoicos laudat

† τὸν αὐτοδάϊον.

B liquos taceam,quorum primus,cum in mortario manus ipſius, iuſſu tyranni contunderentur,follem Anaxarchi tundendo purgare iuſſit tortoribus. Quid his uerbis innuebat?flagitioſam uidelicet noſtrã carnem . Significabat enim animam Anaxarchi philoſophi non tundi. Ita nos uocamus externũ & internum hominem . Alter uero cum cruré tenus diſtenderetur ac torqueretur,philoſophabatur nõ aliter quã ſi in alieno corpore uiueret:& citius uidebatur fractionẽ cruris perferre,quã illatam cruciatus uiolentiam perſentiſcere.Socrates morti ab Athenienſibus adiudicatus,cũ in carcere eſſet,ut nôſti, de corpore ſuo quaſi de alio quodam carcere ad diſcipulos diſſeruit, & cum copia eſſet aufugiendi data,aufugere noluit. Vbi uero allatum eſſet uenenũ magna auiditate ſumpſit,perinde ac ſi non ad mortẽ ſumeret, ſed ad beneuolentiæ amicam inuitationem prębiberet. Adiunxiſſem illis & Iob noſtrum, niſi te ſcirem haud alienum ab illius paſſionibus,& eſſe iam & futurum cũ Deo. Hæc eadem uideris mihi tibiijpſi ſuccinere,ô diuinum ac ſacrum caput,atq; ita teipſum curando cõualeſcere, noſq́ exhilarare pręcones & amicos tuos , & neq; per morbi uiolentiã animo deijci, neq;,quod diuinus Dauid dicit,propter pacem peccatorum & rerum proſperitatem qua illi potiuntur in hac uita,offendi , ſed magis expurgari, ſi fas ſit illud de te dicere, & corporis ægrotationem materiam facere uirtutis.

Anaxarchus.

Epictetus.

Socrates.

AD EVNDEM THEOLOGI

CXIX.

QVOD alter alterum conuenire nequit,idem utriq; impedimenti eſt. Vtitur enim te corpus tuũ,ut aſſolet , ne quid amplius dicam.Me uero ſcias peſſimè habere. Alioqui nõ quieuiſſem quin ante omnes peregrè reuerſos,mihi crede,ad te aduolâſſem,complexusq́ & conſultore te de rebus

K propoſitis

propoſitis uſus eſſem, uiro & amico & prudenti inq; pietatis cauſa ſublimi. Quòd C
uero reliquū erat, uidelicet, ut per literas inuicē alter alteri loquamur, hoc ipſe quidem præſtitiſti, idq; rectè: faciemus autem idem & nos. De quibus ſcribis, nobis non ſunt minuta, nec modici momenti. Vnde neq; ipſi de illis obiter aut negligenter conſultauimus, ſed magno ſtudio ad ipſorū inquiſitionem conuenimus. Defatigati ſumus autem, certando contra inuidentiā, ſacroſq; Epiſcopos, qui publicā cōcordiam rumpūt: & fidei cauſam cōtentionibus ſuis priuatis poſtponūt, atq; obiter ac perfunctoriè tractant. Quapropter intelleximus puppim doctrinæ ueritatis miſerè pulſari, atque ob eam cauſam nos ipſos cohibemus (quēadmodum & piſcem Nautilū factitare dicūt ſi quando tēpeſtatē ſenſerit) uidemusq; procul quo pacto quidam proſternant, quidam proſternantur: ipſi uero interea ad futurā uitā ac portum tranſitū paramus. Si uero Eccleſia periculis exponitur, ut ſcribis, dic quę? Si noſtra, & ego hoc dico, & uos quoq; rectè ſentitis. Si uero ea, quæ ad nos nō pertinet, & quę nobis delegata nō eſt, nos extra culpam ſumus. Verum quoniam ad tempus aliquod curæ noſtræ cōmiſſa eſt hæc Eccleſia, ad tēpus illi præerimus. Multi ſunt & alij, qui illi utiq; præeſſent: nimirū, quibus extraneę Eccleſiæ cōmiſſæ ſunt. Et forſan lucroſum eſt, hoſce ferre labores: renuntiare tamē ac detrectare, culpabile nō eſt. Non eſt itaq; quòd huius gratia nobis quicquā metuas. Quin magis illud metuas, ne qua in re lędamur.

AD EVNDEM THEOLOGI

CXX. RECORDOR adhuc præſentiæ tuæ, qua unà conueneramus pauloantè in Mataza mea (mea enim ſi qua uoco, tua intelligo) ſimul & philoſophiæ qua tu philoſophabaris, quam etiamnum ex recordatione ſtupeo. Ego quidem pſalmū tibi ſeptuageſimū ſecundum exponebam (nam id D
iubebas & mihi repugnare non licebat) in quo Dauid primū æſtuat & turbatur propter reproborū proſperitatem, pòſt uero conuerſis ad futuri ſeculi iudicia & repoſitam cuiuis uitæ generi retributionē cogitationibus, ab animi perturbatione quieſcit: mœroremq; ſolatur. Expoſitionem autē quantum fieri poterat, ad cōmouendos affectus attemperabam: cū ex noſtris tum ex peregrinis eadem diſputans: cū ſcirem me uiro docto ac tanto differere, ſimulq; ſentirem ad hoc me differendi genus impulſu ſpiritus rapi, & ad doloris affectus exacui. † Nihil enim ita ad exprimendos doloris affectus facundū reddit, atq; ipſa animi paſſio: fluebat quodammodo ſermo noſter: tu uero interea dū loquebar, quaſi ſtimulis quibuſdam excitatus, manibus in cœlum extenſis uultuq; quaſi ad Orientē uerſo (Orientem enim aſpicere poteras) exclamabas: Gratias ago tibi pater ô conditor hominū tuorum, quòd nos etiā inuitos rectè fingis, & per externum hominem internū purgas, & per aduerſa ad beatum nos finē perducis: quæ uerba ipſe noſti abs te prolata. Et quid opus eſt omnia recenſere, quæ cum ante nos tum unà nobiſcum philoſophabaris, ueluti exultans ex morbo, ita ut diſcipulum haberes quē uolebas eſſe doctorē. At cuius gratia iſta cōmemoro? ut per te ad omnes illud uociferem ac pronuntiem: quòd ij nobis deplorandi magis ſunt, qui interno animæ morbo laborant, quā illis nos qui corpore ægrotamus, ſiquidem ad hunc modum affecti fuerimus: & quod potior ſit morbus philoſophans, quàm terrenarum rerum ſucceſſus indomitus.

† οὐδὲν γὰρ τοῦ πάσχειν ἐνεργητικώτερον.

AD EVNDEM THEOLOGI

REPRE

A REPREHENDVNT te nonnulli(id enim intelligo) quod rerum tuarum mundiciem unicè cures, & in corporis tui ſtatu componendo cũ ad hunc modum habeat, operoſus ſis. Et nihil mirum. Nam facilius eſt in alienis quàm proprijs philoſophari. Ego uero ſi te uidiſſem hoc præter menſuram facere, aut nimiũ, uel uehementius iſti ſtudio & induſtriæ deditũ eſſe, utiq; reprehendiſſem, (dicendum enim quod uerum eſt) nihil ueritus uel amicitiã tuam uel eruditionem. Quoniã uero operoſus quidem hac in re es, modum tamẽ haud excedis: uteris autẽ ad naturæ neceſſitatem quibus id operæ impendis: & præterea morbum habes, qui tibi ſatis negotij curis ſuis pariat: ut credam corporis tui ualetudinẽ excedere, quæ illius gratia curanda tibi ueniunt, nõ poſſum nõ carpere accuſatores tuos, teq; à culpa liberare. Ad hæc mihi ipſi perſuadeo quòd ad iudicãdas res nemo te ſit pręſtãtior, quũ te omnes, quiſque in ſuis ipſius rebus, priuatim pariter ac publicè præceptore utantur & conſultore, & quòd nemo, quæ animæ ſunt, philoſophicè magis curet. Si uero corporis ualetudinẽ uel ſeruare uel recuperare ſolius eſt artis medicæ, quis ita temerarius fuerit, & diſciplinæ huius expers, qui tibi de rebus medicis auſit præſcribere? Sunt itaq; tibi quàmplurimi iſtorum hominum negligendi, permittendumq; ut ſint inſtar graculorũ de aquilarũ uolatu iudicantiũ. Tu uero de morbo curando & quæ ad illum pertinent, tuijpſius ac Dei conſilio utere, & à recto non aberrabis. CXXI.

AD EVNDEM THEOLOGI

HACTENVS quidem ipſe tibi ad morbi ſolamen conſolatoria ſcripſi. Eras enim animo perculſo. Nunc uero mihi uideris ipſe nos conſolari, propè eodem modo affectos. Oportuit enim nos cũ amici ſimus, ne hac quidem in re ſeparari. Imò iam antea nos hoc ipſo conſolatus es, quòd per tolerantiam tuam aduerſa toleranda eſſe admonuiſti. CXXII.

B

AD EVNDEM THEOLOGI.

LABORO ex morbo, gaudeoq;, non quòd laboro, ſed quòd alijs tolerantiæ diſcendæ præceptor ſum. Quoniam enim nõ eſt datum, ut ſim expers paſſionum, uel hoc ſaltem ex adflictionibus lucrifacio: ut feram & gratias agam, quẽadmodum in iucundis ita & in triſtibus: quandoquidem nihil horũ credo non probabile eſſe animis ac ſententiæ noſtrorum, etiam ſi nobis ita uideatur. CXXIII.

AD EVNDEM THEOLOGI

QVAE tibi triſtia ſunt, omnino & nobis ſunt. Communia nanq; ducimus quæ amicorũ ſunt omnia, ſiue proſpera ſiue aduerſa, quẽadmodum & amicitiæ affectus cõparatus eſt. Quanquã & de iſtis quid neceſſe eſt ad te philoſophari, ac quid deceat diſſerere? Quẽadmodum igitur & ipſa amicitię lex admonet, nolo te, neq; honeſtũ arbitror, cũ † philagios ſis, inq; diuinis excellẽter inſtructus, eodem modo affici cũ reliqua mortaliũ multitudine, neq; mox malè affecto corpore conſternari, aut uelut immedicabilem adflictionẽ deplorare, ſed in paſſione tolerantẽ eſſe & mentem nũc maximè expurgare, ac uictorẽ apparere uinculorũ corporis, arbitrariq; morbum tibi pædagogiã quandam eſſe ad id quod utile eſt: utpote, ut cõtempto corpore & quæ corporea ſunt, ſimulq; quicquid fluxũ turbulentum, ac perditũ eſt, totus ad cœleſtium conſortiũ tranſeas, proq; pręſenti ſeculo uiuas futuro, & præſentẽ hanc uitã, ut & Plato dixit, mortis conſtituas meditationẽ, animãque ſiue à corpore, ſiue, ut illius uerbis loquar, è ſepulchro pro uiribus liberes. Quòd ſi iſta meditatus, itaq; cõparatus fueris, & ipſe maximã lucrifacies utilitatẽ, & nos tui CXXIIII.

† Exemplar habet φιλάγριον id eſt agreſtem

 gratia ex-

gratia exhilarabis multosq; ad hoc inſtitues: ut in paſſionibus ſint tolerantes. Et prę terea non modicū lucrum accedet, ſi & huius tibi aliquid curæ eſt, quod ab omnibus celebraberis. Cęterum libellorū, quos petiſti, alterū quidem repperi & animo prompto ad te miſi, utputa Demoſthenicū: alterū uero, uidelicet Iliada, amiſi & hoc damni patior, quod illum uſui tuo dare nequeo. Etenim credas mihi uolo, quòd ijs me tantū potiri puto, & ſolum ea rectè poſſidere, quorum ipſe mecū es particeps, & quibus non ſecus atq; tuis ipſius rebus uteris. C

AD APHRICANVM THEOLOGI

CXXV. QVIBVS potiſſimū delectantur equi? Manifeſtum quòd equis delectentur. Aquilæ quibus? Non alijs quàm aquilis. Graculum aſſidere graculo, uel ex prouerbio audis, ita ſanè & Atticū Attico, & probitatis ſtudioſum eo qui probitatem adamat ac tuetur, delectari puta. Hoc enim mihi uidetur munus eſſe principis, ut opem ferat uirtuti, malitiā uero impugnet: ſiue id incruento principatu, quēadmodum nos, ſiue cū gladio ac uinculis faciat. Sanguinis enim effuſionem neq; tibi dabimus, quem ſcimus ex uirtute principatū gerere, non uiolenta coactione uti, & metu magis caſtigare malos quàm opere, qui gubernandi modus optimi principatus eſt. Horum gratia, ſummopere congreſſum ác colloquiū tuū expetiui, & iam quoq; expeto: cū uero illo propter corporis mei infirmitatem potiri nequeam: neceſſariò iſtum agendi modum apprehendi: ut, quod nunc uidetur optimū te alloquar per uirū hunc familiarem, amicū & cognatū, in omnibus mihi colendiſſimū, Nicobulum, qui & nos apud te excuſabit, (Dignus eſt autē hic uir ſi quiſquā alius, quantū mihi liquet, cui fidē habeas) & per nos ſeipſum integritati tuę inſinuabit.

AD ASTERIVM THEOLOGI D

CXXVI. QVID iuſtius Deo? Et tamen cū omnium ſit conditor ac Dominus, peculiarem ſibi facit ac nominat populum Iſraëlem: nec ueretur ne huius gratia iniuſtus uocetur. Quid itaq; mirū ſi & nos, quibus omniū eorum qui ſub noſtra ſunt manu ac gubernatione, cura eſt cōmiſſa, plus aliquanto complectimur filiū Nicobulum, quē & ſenectutis ac morbi noſtri curā gerere agnoſcimus, & cui quaſi fulcro ac baculo infirmitatis noſtrę incumbimus. Hunc tibi cōmendamus, & per te principi: uehementer abſurdum ac moleſtum putantes, ſi cū alij per nos liberentur, idq; in grauiſſimis cauſis, & ij quoq; qui nunc cū primis nos acerbè incuſant, hunc ne à calumnia & uiolentia quidem liberare poterimus: & quē in alienorū cauſis honorē tulimus, eodem in noſtris ipſorum potiri non licuerit: ſed idem ferendum nobis ſit, quod oculis accidit, ut cū alia uideant, ſeipſos non uideant: aut quod fontibus in profundo poſitis uſuuenit, qui cū proxima ac contigua nō irrigent procul diſſita irrigant. Eſto graue quid, aut etiā grauiſſimum, auſi ſint adoleſcentuli (quod tamē ne modicū quidē, haud deprehendetur: ſi per tēporis anguſtiā inter examinandū à defenſione non intercludemur) quid tamē inde poterit imputari Dominis qui nullo eorū quæ commiſſa ſunt: tenentur conſortio? Aut quę eſt ratio, ob quā de alienis peccatis quiſquam ad ſuppliciū uocetur, & publicam curā gerat, dum de priuatis dolere cogitur.

AD EVNDEM THEOLOGI

CXXVII. DICES forſan, quid hoc rei eſt? Iterum nobis Gregorius? Iterum Epiſtolas mittit? Iterū aliquid petit? O animū hominis inexplebilem, quē nos ipſi prouocauimus. Nequaquā ô præclare, noli hoc eſſe in nos affectu. Quibus enim deputati ſunt portus, niſi tēpeſtate iactatis? Quorum ſunt

pharma-

A pharmaca,niſi ægrotantium? Iſtis priuandi non ſumus, idq; tanto amplius, quanto nos apud te aliquid poſſe confidimus. Non enim iam petimus, ſed repetimus gratiã quæ nunquã non ſimili gratia prouocatur. Nicobulus uim patitur:id quod idem eſt, ac ſi nos illam pati diceremus. Eſt enim is noſtra refocillatio. Et quomodo poſſibile eſt,ut hic quiſquã taceat,nec ſit moleſtus,etiam ſi ſit uehementer philoſophus? Porrige manũ adflictis,ut & ipſe ope diuina potiare,qua,ut homo,opus habes,omniq; amicitia & prudentia,deinde & potentia,cũ uoluntate Dei,in rebus noſtris utere. Neque enim ferrum ignitũ ita multis opus habet:ut lapis,ad hoc,ut inditum ſibi ignem in lucem emittat:ſed mox atq; percuſſum eſt, ſimul & latentis ignis ſcintillæ, fulguris inſtar proſiliunt:ita & ipſe nihil opus habes prolixiore precatione,idq; noſtri gratia, cumq; talis ſit perſuaſor,& germanus adeò principatus ſocius ſemel ac ſummatim dicam: Alia quidem alij per nos beneficia cõſequuti ſunt: iſto uero nos pro nobiſipſis opus habemus: quo potiſſimũ prudentia tua ad ſuccurrendum permoueri debet.

AD POSTHVMIANVM DE PACE THEOLOGI.

SVBLIMI es eruditione,idq; utralibet,& in quouis dicendi genere. Nominis tui celebritatẽ partim audiuimus (Expers enim ſum Romanæ linguę,& ignarus rerũ Italicarum)partim experti ſumus ipſi,ita ut illam poſſimus & alijs patefacere,ſi qua nobis eſt talia iudicandi facultas, eſſe autẽ non pauci dicunt. In ſublime euectus es haud ita mediocriũ principatuũ gloria. Imò ipſe,ſi quod uerius eſt dicendum eſt, haud modicos principatus ſublimes reddidiſti: ſupremã nactus es poteſtatẽ. Non eſt hoc fortunæ munus,quẽadmodum multi ſanè dicerent:ſed hanc poteſtatem tanquã uirtutis premiũ adeptus es, ut & ipſa redderetur glorioſior,& Rex propter iudicij ſui de te ſententiã,laudem acquireret. Modica ſunt iſta,adijciam aliquid de cauſa quoq; Chriſtianæ religionis. Primum,baptiſmate initiatus es ad pietatẽ. Vtinam te è ſacro fonte leuaſſem. Recordor enim adhuc uerborum tuorũ:quæ,quod mirum eſt,adhuc inſonant auribus meis. Quòd ſi iſtis amicorum quoq; recordationẽ coniunxeris(coniunges autẽ ſcio: nam hoc ex præteritis indicijs colligo)amplius etiã te admirabimur. Hic eſt humanæ proſperitatis ſiue felicitatis finis. Illud uero † ultra Gaddes,hominibus haud eſſe ſuperabile Pindaro philoſophanti credimus. Quoniam uero magna conſequutus magnorũ quoq; factus es debitor,& Deus ſua beneficentia primũ te noſtræ religionis eſſe fecit:poſtea nobis etiã præfecit:ſimulq; abſurdum fuerit abs tanto uiro nõ magna repetere,ut illud te admoneam,patere,uidelicet, ut nihil ita principatũ tuũ decere putes:atq; , quandoquidem iterum inſtituitur ſynodus Epiſcoporũ(qui quamobrem & quomodo congregentur haud noui)ut ſub te ac per te pacificentur Eccleſiæ, & ſi opus fuerit acriter reprehendantur ſeditioſi. Si uero ineptus eſſe uideor, quòd quũ ipſam rerũ admirationem diſſeruerim,non ſimul & curam illarum abijcio:hoc tibi ne mirũ uideatur. Non enim ut thronos ac dignitatis ſublimitatẽ ſic uolentibus ceſſimus: ita & ipſam pietatẽ deſeremus: ſed iam aliquanto amplius, quod & tibi uideri puto,fide digni ſumus, quibus credatur:quòd non noſtra ſed quæ reipublicæ ſunt curemus.

CXXVIII

B

† ultra Gades

AD SATVRNINVM DE PACE ECCLESIASTICA THEOL.

EXIGIS ,bene ſcio,quæ ſunt amicitiæ, etiam ſi temerariũ ſit aliter ſcribere. Nam exteris quidem das poteſtatẽ:nobis uero adſcribis loquendi fiduciam,tanquã bonus conſeruus ijs,qui Deo cõiungi cupiunt. Quapro

CXXIX.

pter etiam te alloquimur:atq; id deſideranti noſtra exponimus. Omnia nobis bene- C ficio Dei ſalua ſunt,uno dempto, quod de Eccleſijs ita turbatis ſoliciti ſumus. His ſi concordiam publicam adferre poteris, ne conteris illam cum uerbo tum opere conſtituere. Nam iterum ſynodus eſt Epiſcoporum, & timendum denuò ne etiamnum pudore afficiamur, ſi eundem & iſta ſortiatur finem,quem habuerunt prçteritæ. Res uero noſtras Deo omnia ſcienti & cognoſcendas & iudicandas permittemus: licet libenter inuidiæ eorũ qui ita uoluere,ceſſerimus: non ut multis uidetur,rem iucundam,ſed ualde periculoſam deſerentes: & uelut è graui ac ſæua tẽpeſtate in tranquillum quendam ac ſecurum nos portum recipientes.

AMAZONIO THEOLOGI

CXXX. SI te quiſquam cõmunium amicorum rogauerit(credo autẽ illos eſſe multos)ubi nunc eſt Gregorius? Quid agit? confidenter reſponde:otioſe philoſophatur:& eos à quibus eſt iniuria affectus nõ pluris facit quàm ſi ne nati quidem eſſe ſcirentur:ita ſcilicet his rebus permoueri nequit. Si uero iſta rogans ſubiunxerit: at amicorũ ſeparationem quo animo fert? iam non amplius confidenter dicas,philoſophatur,ſed,hic animo eſt admodum puſillo. Nam alius aliunde quidẽ ſuperatur:nos uero ab amicitia & amicis. Horũ unus quoq; eſt præclarus Amazonius. Vna forſan tantũ hac re nos recreaueris,& erga te pacatiores reddideris,ſi noſtri fueris memor,& quod hoc facias literis tuis nobis perſuaſeris.

CELEVSIO THEOLOGI

CXXXI. COMPLEXVS ſum te,etiã interea dum taceo ut diſcas & ſilentij ſermonem,inſtar mutæ picturç loquentem eſſe. Loquar autẽ,quæ cũ amicitiam noſtram decent:tũ præſenti tempori conueniunt. Iniquè agis,quòd cũ iudex ſis,non ieiunas. D Et quomodo cuſtodies leges humanas,cũ diuinas cõtemnas? Purga tribunal tuũ,ne ex his duobus alterutrũ tibi cõtingat,ut malus uel ſias uel puteris. Turpem uitæ ſpeciẽ proponere, nihil eſt aliud quã ſeipſum ſpectaculo ac ludibrio exponere. Summa eius eſt quod dico. Scias te haberi pro iudice,& minus peccabis. Nihil iſtis habui potius,quod tibi proponerem.

EIDEM

CXXXII. NE condemna me tacentẽ,neq; ego te condemno loquentem quod de cibis ſeruandum Paulus ſanciuit. Si uero condemnas,tuã ipſius linguã metue: ne contra te primum moueatur, ſi te dignum deprehenderit ſilentio.

THEOLOGI AD EVSEBIVM EPISCOPVM SAMOſatenum,in exilio agentem.

CXXXIII QVANDO pietas tua patriam noſtram pertranſibat è domicilio noſtro ne proſpicere quidem poteram in extrema conſtitutus infirmitate. Contriſtabat autem me nõ ita morbus,licet tantus,ut mortis induceret timorem,atque quòd ſacra & honeſta tua præſentia priuabar. Tanto teneor honorandam illam faciem tuam uidendi deſiderio, quanto credibile eſt teneri eum qui ſpiritalium uulnerum medela opus habet: illamq; ſe ab integritate tua conſequuturum ſperat. At uel nunc etiamſi peccatis meis deputandum eſt,quòd præſentia tua illa tempeſtate fruſtratus ſum : poſſibile eſt,ut aliqua mihi contingat per tuam bonitatem in rebus hiſce triſtibus refocillatio. Si nanq; dignaberis etiam mei in precibus illis tuis coram Deo acceptiſſimis aliquam facere mentionem, hoc mihi omnis diuinæ benedictionis acquirendæ compendium erit: idq; cum in præſenti hac mea uita, tum in

A tum in futuro ſeculo. Certus enim ſum, quòd uir tantus, tantopere in fidei Euangeli- cæ cauſa decertans, talesq; illius nomine perſequutiones tolerans, ac tantam ſibi ipſi per tribulationũ patientiam apud iuſtiſſimum Deum fiduciam comparans, ſi & nos precum ſuarum dignetur patrocinio, tantũ poſſit apud Deum, quantum nobis pro- deſſet ſi quiſquam è numero ſanctorum martyrum hoc faceret. Itaq; obſecratus hoc pacto indeſinenter Gregorij tui memor eſto in precationibus tuis, in quibus memo ria tua dignus haberi deſidero.

EIDEM.

VNDE ad celebrandũ encomia tua ordiar? Et quo te nomine uerè ac pro- priè appellabo? An columnam & ſtabilimentum Eccleſiæ uocabo? Aut luminare mundi, ut Apoſtolico more loquar. Aut coronam gloriationis ſanæ Chriſtianorum parti? uel donum Dei? uel patriæ fulcimentum? Si- ue regulam fidei? Aut legatum ueritatis? uel ſimul omnia hæc hisq; plura? Et laudum tuarũ excellentiam ex geſtis tuis quæ conſpicua ſunt confirmabo. Quis hymber ita tempeſtiuè ſiticuloſam tellurem irrigauit unquam? Quænam fluenta in eremo com- prehenſis ad hunc modum ex petra inundarunt? Quem talem angelorum panem manducauit homo quiſquam? Quibusnam diſcipulis ſuis Ieſus communis noſter Dominus undis propè immerſis & obrutis ita in ipſo temporis articulo præſentem opem attulit, ut & pelagus tranquillum reddiderit, & in periculo conſtitutos conſer- uârit: quẽadmodum tu nobis laborantibus & anxijs, ac ueluti iã iam naufragiũ factu ris cõparuiſti? Quid refert quæ alij per te ſint adepti recenſere: qua lætitia & animi iu cunditate orthodoxorũ mentes repleueris, & quàm multorũ deſperationẽ abſtule- ris? Eccleſia, mater noſtra, Cæſariã dico, nunc uerè uiduitatis ſuæ ueſtes ad tuũ con- B ſpectũ abijcit, & ſtolam lætitiæ reſumit: & iam aliquanto alacrior & illuſtrior erit, po- ſteaquã paſtorem nacta eſt & ſe, & ijs quos antea habuit, ueſtrisq; neceſſitatibus di- gnũ. Noſtra enim ut habeant, ipſe uides, & quã præclara ac miranda effecerit zelus ac labor tuus, &, quàm erga Deũ habes, fiducia. Senectus in iuuentam mutata eſt: & infirmitas uicta. Qui lecticis erant affixi, exiliunt, & infirmi amiciuntur uirtute. Iſtis & noſtra confero: quæ mentibus noſtris cõtigerunt. Habes itaq; patrẽ, cũ pro ſeipſo tũ & pro nobis. Vniuerſam actam uitã honeſtamq; caniciẽ bono claudet fine, certami- ne uidelicet quod Eccleſiæ gratia ſuſtinuit: recipiemusq; illum, ſcio, beneficio precũ ue ſtrarũ de quibus in omnibus bona fiducia bene ſperandum eſt, robuſtiorẽ ac ualidio rem. Si uero ex curarũ moleſtia uitã hanc finierit: nihil damni fuerit talem mortẽ, inq; talibus negotijs, obire. Mihi uero precor, ignoſcite ſi declinatis parumper maleuolo- rũ linguis tardius aliquãto accurrero, uosq; cõplexus fuero, &, quod iã neglectũ eſt, fa uore meo & acclamatione per meipſum corã cõpleuero.

CXXXIIII.

EIDEM

CVM in omnibus nobis ſit uenerandus, & inter germanos connumera- tus amicos, obſeruandiſſimus frater noſter Eupraxius, hoc tamen nomi- ne germanior uiſus eſt: quòd erga te amicè eſt affectus. Qui etiamnum ad tuam non ſecus properauit reuerentiam (ut illud Dauidis dicam) quã ceruus multa ſiti accenſus: quò intolerabilem ſitis moleſtiam potabili puroq; fonte per tribulationum patientiam refrigeret. Hoc & nobis fieri dignare. Huius gra tia beatus quidem eſt, qui hoc gratiæ adeptus eſt, qui adflictionibus & laboribus pro Chriſto ueritateq; illius toleratis talem impoſuit coronidem, qualem perpau- ci ex ijs qui Deum timent conſequuti ſunt. Virtutem enim nõ oſtendiſti talem quæ

CXXXV.

nulla ſit examinatione probata: neq; in ſolo tranquillitatis ac ſerenitatis tempore re- C
ctam tenuiſti nauigationem menteſq; aliorum gubernâſti: ſed in moleſtijs tentatio-
num talis comparuiſti,ſublimiorq; ac uictor perſequutorum factus es:utpote, quòd
forti animo patriam mutâſti. Alij quidem patrium ſolum obtinent:nos uero ciuita-
tem ſupernam. Alij ſedem noſtram habent, nos Chriſtum. O præclàram negotiatio
nem. Pro rebus modicis,quas contempſimus,qualibus bonis ornati ſumus? Tranſi-
uimus per ignem & aquam,credo nos etiam ad refrigerium peruenturos. Non enim
in finem uſq; derelinquet nos Dominus,neq; negliget rectam doctrinam, quam re-
probi perſequuntur: ſed pro multitudine dolorum noſtrorum exhilarabunt nos illi-
us quoq; conſolationes. Hoc igitur & credimus & optamus. Tu uero pro humilitate
noſtra preceris obſecro,& quoties opportunũ fuerit,per literas nobis diſſerere alacri-
oreſq; nos reddere res tuas ſignificando,id quod iam facere dignatus es,ne graueris.

OLYMPIO THEOLOGVS

CXXXVI. HOC mihi ipſa infirmitate grauius eſt, quod ne credor quidem infirmus
eſſe: ſed legatione ac peregrinatione adeò longinqua oneror, inq; me-
dios tumultus pellor: quorum fugam auidè complexus ſum: ipſiq; cor-
poris adflictioni ac morbo eius nomine propè gratiam habeo. Otioſa
quippè uitæ tranquillitas negotiorum ſplendore pretioſior eſt. Hoc Paulo antè præ-
clariſſimo quoq; Icario ſcripſi:cum idem mandati accepiſſem: dignetur uero nunc eti
am pro nobis ſcribere tua prudentia, quam fide dignum habemus infirmitatis no-
ſtræ teſtem. Huius autem certum documentum & diſpendium hoc eſt, quo iam affe-
cti ſumus: quòd neq; accurrere teq; coràm frui potuimus: principe adeò commodo
ac dextro,uirtutiſq; gratia ita præclaro, ut principatus tui initia pretioſiora ſint, quã D
aliorum ſit poſt abſolutos principatus gloria.

EIDEM

CXXXVII ET ipſa quoq; cana ſenectus nonnihil adhuc eruditur ac docetur: & non
omnino,ut putatur,digna eſt, cui omnia prudentiæ gratia credantur. E-
go quippè,cui potiſſimum nota eſt Apolinariſtarum ſententia & impie
tas, cum animaduerterem intolerabilem illorum arrogantiam ac uecor-
diam, putabam illos per patientiam & lenitatem animi manſuefieri ac ſenſim e-
molliri poſſe, quemadmodum & ſpem iſtam aliquandiu proſequutus ſum: uerum
per ignorantiam illos hac lenitate peiores etiam, ut apparet, reddidi: & Eccleſiæ per
intempeſtiuam philoſophiam nocui. Peruerſi nanque nulla flectuntur æquitate
ac manſuetudine. Et iam ſi mihi fuiſſet poſſibile ut iſta per meipſum coràm decla-
rarem,haud ſanè detrectaſſem: quin etiam præter uires meas animo excitatus ad re-
uerentiam tuam aduolâſſem. Quoniam uero infirmitas noſtra ita inualuit,ut Xan-
xaridis thermis opus habeamus, ita conſulentibus medicis, quod per meipſum fa-
cturus eram, id literis exequi uiſum eſt. Auſi ſunt mali ac perditi homines præter
reliqua omnia etiam hoc facinus, ut conuocatis Epiſcopis illis, qui per totius Orien-
tis & Occidentis ſynodum condemnati ſunt,uel certè ijs, qui aderant,abuſi(nequeo
enim hoc pro comperto dicere) etiam omnibus Regalibus conſtitutionibus ueſtris-
que mandatis repugnantes, Epiſcopi nomen impoſuerint uni eorum quos habent
τῇ ἐμῇ πικρό- complices impios,& nemini ut arbitror,ita execrabiles,atq; † imbecillitati meæ. Hoc
σφ. enim confidenter dicendum eſt. Iſta ſi ſunt tolerabilia,ferat ea potentia tua,feremus
ea & nos,ut & ſæpenumero talia tulimus. Si uero ſunt grauia & neque pientiſſimis
Regibus

A Regibus ipſis tolerabilia, dignare quæ cõmiſſa ſunt in ius uocare & caſtigare, etiamſi hoc mitius fiat, quàm cõmiſſorum exigebat contumacia. EIDEM.

ITERVM ſcribo, cũ ipſe adeſſe deberem. Verum iſta mihi abs te eſt inudita confidentia ô & agendorum gubernator (ut quod primũ eſt priore loco dicam) & rerumpublicarũ reſtaurator, diuinoq; munere utrũq;, qui & hanc cõſequutus es pietatis mercedem, ut iuxta animi ſententiã cedant quæcunq; inſtituis: & quæ alijs nõ paruerunt: in tuam unius poteſtatẽ ueniant. Principatum enim tuũ moderantur cũ prudentia, tũ animi fortitudo, illa excogitans quid ſit agendum, iſta cogitata feliciter abſoluens, & quod maximũ eſt, eam habes manus puritatem, ut illa dirigantur ac corrigantur omnia. Vbi tibi aurũ illud iniuſtum, quo iudicia corrumpuntur? Ne fuit quidem unquã. Statim initio principatus tui eliminatũ, & ueluti perniciosus quidam tyrannus, condemnatũ eſt. Vbi inimicitia? condemnata eſt. ubi gratia? Hic nonnihil inclinas (reprehendam enim te parumper) ſed diuinam imitatus benignitatẽ, quam etiã per nos iam implorat Aurelius miles tuus, quẽ profugum, inſipientẽ, ſupplicem uero prudentẽ uoco: propterea quòd ſeſe fidei noſtræ cõmiſit, & per nos tuæ: caniciem noſtrã inſtar regiæ cuiuſdam imaginis, & Sacerdotium quod ſæpenumero reuerendum eſſe confeſſus es, patrocinij loco obtendens. Ecce hunc tibi ſiſtit † ſacrifica iſta & incruenta manus, & quæ te multis encomijs celebrauit, celebrabitq; ſcio adhuc pluribus, ſi nobis principatũ hunc prorogauerit Deus, tuum dico, & eius, qui in iſto tibi munere cooperarius eſt. CXXXVIII.

θυηφόρος χὶς ὁ ἀναίμακτος.

NEMESIO THEOLOGI

SI tibi moleſtus uideor, quòd frequenter ſcribo, ne mireris. Quòd ſi te iu-
B ſtum iudicẽ conuicijs quoq; impeterem, noui quòd me à crimine abſolueres. Huius mihi cõfidentiæ ipſe factus es autor: propterea quòd ad petendum me, largiendi promptitudine prouocas. Neq; præter rationem. Sunt enim multa quorũ nomine nobis libenter gratificari debes, utpote, ſenectus, infirmitas, cõmunicatio ſtudiorũ (ſiquidem & noſtrũ nonnihil eſt in illorum diſciplinis) tum & deſideriũ præſentiæ tuæ à qua tamẽ per infirmitatem prohibeor: tantoq; cõmodo deſtituor. Sed quid eſt quod abs te peto? Quòd ſi iniquũ aliquid peterem, tãtum uirũ utiq; reuererer. Si uero iuſta eſt petitio, promptè annuas oro. Iterũ ad prudentiam tuã confugit uenerandiſſimus filius noſter Theodoſius, meus pariter ac tuus. Ex uitę propoſito meus, ſupplicatione uero tuus. Supplicaturus uenit in cauſa miſerabili. Orphani periclitantur: &, ut res humanæ habent, in diſcrimine cõſtitutus, incertus eſt, ubi tandem conſiſtat. Et patris tranſlationẽ ueremur: qui multis modis orphaniã refocillauit. Vnam omnibus largire gratiã. Manum porrige calamitati, quã ipſe tibi declarauerit. Nullo quidem augmẽto glorię opus habet principatus tuus, ut neq; ſplendore Lucifer. Si uero nonnihil augmenti ad gloriam tuã quæris, nõ poterit certò ſcio, iſta, cuius nũc offert occaſio, maior & illuſtrior obtingere, qua fiet ut multi, quibus curę eſt quę uera ſunt dicere, humanitatẽ tuã prędicaturi ſint ac cõmendaturi CXXXIX.

AERIO ET ALYPIO THEOLOGVS

QVEMADMODVM iuſtũ ac ſanctũ eſt, ut & de area & torculari, deniq; & liberis, ij qui uerè liberorũ ſunt amantes, primitias offerant Deo: nã ab ipſo eſt cũ quòd ipſi ſumus, tũ quicquid poſſidemus, ita & in recentibus faciendum eſt hæreditatibus, ut dum prompto animo portionem aliquam bonorum noſtrorũ Deo damus, potiori parti ſecuritatẽ acquiramus. Nolite itaq; ueſtra cõtatione com- CXL.

ne cõmittere, ut demum poſt omnes ad nos benignitatis ueſtræ fructus, ſed potius C
ante omnes ad Deum, & illius nomine ad omnes ueniat, reiectisq; legibus extraneis,
noſtris id eſt Chriſtianis. †noſtris ſeruite, hãc ipſi promptæ beneficentiæ fructũ adferentes. Intempeſtiua nanque & neglectim oblata, recipiemus ab alijs: alacrem uero beneficentiã à uobis quibus Deus pro ijs quæ iam in nos conferetis multo plura retribuere poteſt, nõ ſolum in iſta temporaria ac fluxa uita ſed & in ſempiterna illa ac ſtabili, ad quã unam reſpicere inq; illam ſpem noſtrã dirigere ſecurũ eſt. Cum itaq; talia ſit decreturus uobis Deus, quales ipſi pauperibus uos exhibueritis: nolite puſillè ac parcè ſed liberaliter & alacriter uoluntatẽ adimplere mortuæ, quàm præſentẽ uobis eſſe & quæ geruntur corám uidere rati ope ueſtra refocillate, ut nõ ſolum pecunias ab ipſa habeatis, ſed & benedictionem liberorũ facultates corroborantẽ matri cõparetis, cogitantes potiorẽ eſſe modicã hæreditatulam cũ iuſtitia, quemadmodum ſcriptũ eſt, quàm ampliorem cum animi anxietate, nequid malignius dicam, & quod multi totas domos, quas poſſidebant ad Eccleſiarũ uſum deſtinari paſſi ſunt: alij uero ultrò quoq; omnẽ ſuam attulère ſubſtantiã, atq; optimam exercuère negotiationẽ, dum propter cœleſtes diuitias pauperes facti ſunt. Ne ſemineris igitur parcè, ut abundè metatis, & cũ uobis ipſis, tum ijs qui uobis ſunt amiciſſimi, ſortem bonorũ conferatis: nihil delegatis adimẽtes, ſed omnia cũ gaudio & alacritate tradentes: imò tanquã propria Dei reddentes, & ueluti hoc ſolum lucrifaciẽtes, ſi quid pro animabus ueſtris impenderitis. Quid enim neceſſe eſt colligere prædonibus ac furibus, temporumq; mutationibus, quæ alioqui collecta ad alios Dominos transferunt: & in ſtabilem opulentiã uentilant? Cur non magis in apothecas illas ſecuras, & ad quas nemo inſidiatorum adſpirare poterit, omnia reponimus? frugalitatẽ itaq; circa reliqua demonſtrabitis & alijs (opto nanq; D
ut potentes ſitis, ſed adiuncta beneficentia) nobis uero bonũ certamen decertabitis: ut alius aliũ pietate ac debitis ex Deo beneficijs animoq; grato depromptis ſuperet: Reddite itaq; uos certos, quod germanè Chriſtiani ſitis, imò ex bono tamq; pio ac
† uel principio. iuſto † principatu initiũ ſumentes: ex illo & circa reliqua eodẽ ſitis animo, ut & ipſi inter uos mutuo & nos quoq; ueſtri gratia exhilaremur: ſiquidem & ad reliqua toti Eccleſiæ commodum fueritis hac in re probitatis exemplum.

AD CAESARIANOS APOLOGIA BASILII MAGNI de Diſceſſione, & de fide.

CXLI. SAEPENVMERO admiratus ſum, quid nam animos ueſtros erga nos affecerit, & unde ſit quòd tãtopere à noſtra mediocritate tam modica & exili, nullaq; in re amabili, ſuperamini: ut ſcriptis nos per amicitiæ ac patriç cõmemorationem adhortemini: & ut profugos filios aſſolent parentes paternis ad uos uiſceribus reuocare conemini. Ego quidem nos profugos eſſe factos fateor: neq; negauerim: cauſam uero fugæ uel iã cognoſcit, ſiquidem cupitis. Ea uero potiſſima eſt, quòd tũ cũ eſſem apud uos ex inopinato perculſus, quẽadmodũ ſi quiſquã repẽtinis motibus cõſternetur, animi cõſiderationes haud cohibui, ſed procul aufugio multũq; tẽporis manſi ſeparatus à uobis. Poſtea uero ſubijt animũ meũ deſideriũ quoddam diuinorũ dogmatũ, & quç circa illa uerſatur philoſophiæ. Quo enim alio pacto poſſem, quo, inquã, alio pacto poſſem ego unà nobiſcũ inhabitantẽ domare malitiã? O ſi mihi detur Laban quiſquã qui me liberet ab Eſau, ducatq; ad
De Gregorio Nazanzeno. cœleſtis uitç philoſophiã. Nunc quoniam per gratiã Dei uoti noſtri pro uiribus facti ſumus cõpotes, organũ benedictũ, fontemq; profundum adepti Gregoriũ os illud,

Chriſti

A Chriſti dico, parumper nobis obſecro, parumper hanc morulam indulgete, quam non ad hoc petimus, ut urbiũ ſectemur delitias: neq; enim clàm nobis eſt quo pacto uerſutus ille hoſtis noſter per illas imponat mortalibus, ſed ut frueremur ſanctorum conuictu, quẽ utiliſſimũ eſſe iudicamus. Dum enim frequenter de diuinis dogmatis aliquid & dicitur & auditur, habitũ quendam diuinarum contemplationũ tenaciter inhęrentem induimus. Ad hunc quidem modum habent res noſtræ, uos autẽ ô diuina & omniũ mihi chariſſima capita, obſeruate Philiſtinorũ paſtores, ne quiſquã illorum fontes ueſtros clanculum obſtruat, puritatẽq; cognitionis quæ fidem Chriſti cõcernit, turbidam reddat. Hoc eñ illis perpetuo ſtudio agitur, ne ex diuinis ſcripturis ſimpliciorũ animi ritè doceãtur: ſed ut per extraneã philoſophiam ueritas refellatur. Qui enim fidei noſtræ ingenitũ & genitum inducit, & ſemper exiſtentem aliquando non extitiſſe, naturaq; ac ſemper patrẽ, patrem eſſe factum, & ſpiritũ ſanctum ſempiternũ non eſſe dogmate ſuo tradit: an iſte non palàm Philiſtæus eſt, ea in ouiculas patriarchæ noſtri laborans inuidentia, ut prohibeat illas quo minus ex pura aqua & in uitam æternã ſaliente bibant? Verũ illi prophetæ oraculum ſibijpſis uindicant, nempe: Me dereliquerunt fontẽ aquæ uiuæ, ac foderunt ſibijpſis ciſternas dirutas, aquã continere non ualentes. Confitendum ſanè eſt Deũ eſſe patrem, Deum filium, Deũ ſpiritum ſanctũ, quẽadmodum diuinæ ſcripturæ, & qui ſubliniora contemplati ſunt docuere. Illis uero, qui nobis per calumniam triũ Deorum doctrinam ac fidem obijciunt, reſpondeatur: nos Deum nõ numero ſed natura unũ confiteri. Quicquid enim numero dicitur unũ, unum reuera aut ſimplex, natura non eſt. Deus autẽ ſimplicem & incompoſitũ confitentur omnes. Non eſt itaq; Deus numero unus. Quòd autẽ di

B co tale eſt. Mundum numero unũ eſſe dicimus: at non natura unũ: ſed neq; ſimplicẽ illum dicimus. Diuidimus enim illum in elementa ex quibus conſtat, in ignẽ, aquam, aërem ac terrã. Item homo numero unus dicitur. Vnum enim hominẽ ſæpenumero dicimus. At ſimplex nõ eſt homo, ex corpore & anima cõſtans. Similiter & angelum numero dicimus unũ: at neq; natura unũ neq; ſimplicem †. Subſtantiam enim cum ſanctimonia angeli ſubſiſtentiã eſſe cogitamus. Itaq; ſi quicquid numero unũ eſt, natura unum non eſt, & quod natura unũ eſt ac ſimplex numero unum non eſt, nos autem Deum natura unũ eſſe dicimus, quomodo iſti homines numerum nobis hic introducunt, cũ nos illũ prorſus è beata illa & † intelligibili natura exterminemus. Numerus enim ad quotuplum pertinet. Quotuplum autẽ corporali coniunctũ eſt naturæ. Eſt nanq; numerus corporalis naturæ. Corporũ uero conditorem Dominũ noſtrũ credimus. Quapropter & omnis numerus ea ſignificat quæ materialem ac circũſcriptam naturã ſortita ſunt. Monas uero & unitas ſimplicem & incircunſcriptã ſignificant eſſentiã. Igitur qui numerũ aut creaturam confitetur filiũ Dei, uel ſpiritum ſanctum materialem & circumſcriptam naturã, imprudenter inducit. Circumſcriptã autẽ dico nõ ſolum loco incluſam, ſed & talem, quã pręſcientia ſua cõplexus ſit is qui illam nõ exiſtentem ad eſſentiã perducturus erat quæ & ſcientia comprehendi poſſit. Omne itaq; ſanctũ, quod circumſcriptam habet naturam, creatamq; ſanctitatem, capax etiam eſt malitiæ. In filio uero & ſpiritu ſancto, fons eſt ſanctimoniæ, unde omnis ratione prædita creatura ſecundum uirtutis analogiã ſanctificatur. Quanquam nos ſecundum ueram rationem filium patri neque ſimilem neq; diſſimilem eſſe dicimus: utrunq; enim æquè impoſſibile eſt. Simile enim ac diſſimile ſecundum qualitatum ratio-

† οὐσίαν γὰρ.

† ἐκ ποντὸς φύσεως.

tum rationem dicuntur. Numen autē qualitati obnoxium non eſt. Identitatem uero C
naturæ confitentes & homouſion complectimur: & compoſitionem fugimus eius
κατὰ ὀσίαν. qui ſecundum eſſentiam Deus & pater,† ſecundum eſſentiā Deum ac filium genuit.
Nam ex eo declaratur homouſion. Deo nanqꝫ ſecundum eſſentiā, Deus ſecundum
eſſentiam homouſius eſt. Alioqui & homo Deus dicitur: ut cū legitur, Ego dixi Dij
eſtis. Et dæmon Deus dicitur, ſecundum illud, Dij gentiū dęmonia ſunt. Sed illi qui-
dem ſecundum gratiam, iſti uero per mendacium Dij nominantur. Deus autē ſolus
ſecundum eſſentiam Deus eſt. Solum cū dico, eſſentiam Dei ſanctam & increatam
exprimo. Solius enim dictio, & de certo aliquo homine & ſimpliciter de uniuerſa na-
tura humana dicitur. De certo quodam homine, utpote ſi de Paulo dicatur quòd ſo-
lus in tertiū uſqꝫ cœlum ſit raptus, audieritqꝫ uerba ineffabilia, quæ nō liceat homini
loqui. De ipſa uero uniuerſa hominū natura, uidelicet cum Dauid dicit, Homo ſicut
fœnum dies eius. Hic enim nō certū aliquem hominem, ſed totam naturā notat. Nā
omnis homo temporarius eſt & mortalis. Ita & illa intelligimus de natura diuina di-
cta: utpote, qui ſolus habet immortalitatē. Et ſoli ſapiēti Deo. Et illud: Nemo bonus
niſi unus Deus. Nam hic unitatis dictio idem ſignificat ac ſi dixiſſet: niſi ſolus Deus
Et, Qui extendit cœlum ſolus. Et iterū, Dominum Deum tuū adorabis, & illum ſo-
lum coles. Et, Non eſt Deus præter me. Cum enim Deus in ſcriptura unus ac ſolus
dicitur, nō ad diſtinctionem filij aut ſpiritus ſancti dicitur, ſed contra eos qui cū Dij
non ſint, falſò Dij nominantur: ut eſt illud, Dominus ſolus duxit eos, & nō erat cum
ipſis Deus alienus. Et, abſtulit Iſraël Baalim, & nemora Aſtaroth, & ſeruierunt Do-
mino ſoli. Et iterū Paulus. Siquidem ſunt Dij multi, ac Domini multi: nobis autem
unus eſt Deus pater, ex quo omnia, & unus Dominus Ieſus Chriſtus, per quē ſunt D
omnia. At hic quęrimus, quomodo cum dixiſſet unum eſſe Deum, illo non fuerit cō
tentus (Diximus enim, cū unus ac ſolus dicitur eſſe Deus, diuinam exprimi naturā)
ſed & patris appellationem adiecerit, & Chriſti meminerit. Suſpicor igitur, quòd hic
non ſufficere putauerit Paulus, organum illud electum, tantum prædicare Deum fili
um, & Deum ſpiritum ſanctū, id quod ſignificauit dicens: unus eſt Deus, niſi & per
adiectionem patris cum exprimeret: ex quo ſunt omnia, & per mentionem Domini
uerbum ſignificaret: per quod ſunt omnia. Et iterū per coniunctionem Ieſu Chriſti,
hominis incarnati admoneret: & paſſionem illius exprimeret, & reſurrectionem ma-
nifeſtaret. Commemoratio enim Ieſu Chriſti tales nobis cogitationes inſinuat. Vn-
de & ante paſſionem ſuam Dominus Ieſus Chriſtus ſe prędicari detrectauit: intermi
natusqꝫ diſcipulis eſt, ne cui dicerent ſe Ieſum eſſe Chriſtū. Propoſitum enim illi erat
poſt abſolutam œconomiam, ac reſurrectionem ex mortuis, in qꝫ cœlos aſſumptio-
nem tum demum mandare illis ut prædicarent ſe Dominū eſſe Chriſtum illum. Ta
le eſt & quod dixit, ut cognoſcant te ſolum uerū Deum, & quem miſiſti Ieſum Chri-
ſtum. Et illud: Creditis in Deū, & in me credite: ubiqꝫ mentes noſtras confirmat ſpiri
Theologiam uocat quæ diui nam Chriſti concernunt na turam. tus ſanctus, ne dum alteri accedimus altero excidamus, hoc eſt, ne dum theologiæ at
tendimus diſpenſationem Chriſti cōtemnamus, & fiat ut dum ſublimitatem diuinæ
naturæ, aſſequi nequimus, incidamus in impietatē. Dicta uero diuinæ ſcripturæ quæ
aduerſarij uſurpata, & ad ipſorum ſententiam, ad demolitionē gloriæ unigeniti per-
Ego uiuo propter patrem. uerſa nobis proferunt & obijciunt, iam examinabimus, & quantum nobis poſſibile
fuerit explicabimus. Et primum proponatur nobis illud. Ego uiuo propter patrem.
Hoc enim

A Hoc enim unum eſt ex iaculis, quæ ab impijs hominibus uſurpata in cœlum mittuntur. Dictum autem hoc, iſto loco, ut arbitror, non de ſempiterna uita loquitur. (Nam quicquid aliunde uitam habet, per ſeipſum uiuere, quemadmodũ & quod aliunde incaluit, ex ſeipſo calidum eſſe nequit. Chriſtus uero ac Deus noſter dixit: Ego ſum uita) ſed de ea quæ carnis eſt & in hoc tempore orta, quam uixit propter patrem. Nam ex illius conſilio in hac mortalium uita conuerſatus eſt. Et non dixit: Ego uixi propter patrem, ſed ego uiuo propter patrem, apertè præſens tempus ſignificans. Poteſt autem & uitam dicere eam, quam ipſe Chriſtus etiamnum uiuit, uerbum Dei habẽs in ſeipſo. Et quod hoc ipſum ſit quod innuitur, ex eo quod ſubiungitur ſciemus, ubi dixit: Et qui edit me, uiuet propter me. Carnem nanq; ipſius edimus, ac ſanguinem bibimus, conſortes ipſius effecti, per incarnationem & ſenſibilem uerbi ac ſapientiæ uitam. Carnẽ enim ac ſanguinem, totam ſuam myſticam in carne conuerſationem uocauit, doctrinamq; illam quæ ex uita ipſius, actuali & naturali, & theologica conſtat, manifeſtauit, per quam nutritur anima, & ad rerum cœleſtium contemplationẽ interea exercetur & imbuitur. Et hoc fortaſſè eſt, quod iſto dicto Chriſti innuitur. Deinde & illud obijciunt. Pater maior me eſt. Abutuntur enim & iſto dicto Chriſti ingratæ illæ creaturæ, Satanæ progenies. Ego uero ex hoc ipſo dicto, quòd filius patri ſit homouſius, patefieri credo. Noui enim collationes propriè ad ea pertinere, quæ eiuſdem ſunt naturæ. Angelum nanq; angelo maiorem, & hominem homine iuſtiorem, & uolucrem uolucri ueluciorem eſſe dicimus. Itaq; ſi collationes inter ea fiunt quæ eiuſdem ſunt ſpeciei, pater uero per collationem dictus eſt filio maior, conſequitur filium patri eſſe homouſium. Ineſt autem & alius quidam intellectus iſti dicto. Quid autem mirũ, ſi patrem ſe confeſſus eſt eſſe maiorem, qui cum uerbum eſſet caro factus eſt, cum huius gratia & angelis ſecundum gloriam & hominibus, ſecundum ſpeciem, minor apparuerit? Imminuit enim ipſum, inquit, modicum quid ab angelis. Et iterum: Eum uero qui modicum quid ab angelis imminutus eſt. Item: Et uidimus ipſum, & non habebat ſpeciem neq; pulchritudinem, ſed ſpecies ipſius abiectior erat uniuerſis hominibus. Hęc autem omnia pertulit propter plurimam in figmentum ſuum beneuolentiam, ut perditam ouiculam ſeruaret, & ſeruatam pinguefaceret, & eum qui ab Hieroſolymis Ierichunta deſcẽderat, & propterea in latrones inciderat, ad propriam iterum patriam ſanitati reſtitutũ reduceret. An & præſepe Chriſto opprobras hæretice, per quod cum alienus eſſes, à uerbo nutritus es, & paupertatem obijcies quòd lectulũ non habuit, in quo caput reclinaret filius? Hac ratione minor patre eſt filius, quòd tui gratia factus eſt mortalis, ut te à mortalitate liberaret, & cœleſtis uitæ participẽ redderet. Quemadmodum ſi quis medicum reprehendat, ob id quòd ſuper ægro tantium morbos incumbens fœtoris illorum particeps eſſet factus, ut decumbentes ægrotos reſtitueret. Propter te & horam & diem iudicij ignorat. Quanquàm nihil latet ueram illam ſapientiã. Nam per illam omnia ſunt condita. Nemo enim mortalis uſquã eſt qui opus ſuum quod fecit ignoret. Verum id ita diſpenſat Chriſtus, propter tuam infirmitatem, ne uel ij qui deliquerũt, per anguſtiam præſcripti temporis adigantur ad deſperationem, tanquam non relicto reſipiſcentiæ tẽpore: uel rurſus ij, qui in militia Chriſtiana decertant, per temporis prolixitatem ad deſerendam aciem impellantur, ſi uiderint ſibi bellum eſſe cum diutina aduerſaria po-

Edere carnem Chriſti quid ſit.

Pater maior me eſt.

B

Eſaie 53.

teſtate. Itaq; utriſq; per ignorantiæ prætextũ conſulit, iſtis propter bonum certa-C men tempus abbreuians: illis uero propter delicta diluenda reſipiſcentię tẽpus reſeruans. Quanquã cum in Euangelijs ſeipſum adnumerârit ignorantibus, propter multorũ, ut dixi, infirmitatẽ, in Actis uero Apoſtolorũ, tanquã perfectis, ſeorſum differens, per ſui ipſius exceptionẽ dicit, ueſtrum non eſt ſcire tempora & articulos temporũ quos pater in ſuaipſius cõſtituit poteſtate. Atq; iſta ſecundũ primã mentis conceptionẽ ad obiecta dicta ſint craſſius. Iam uero ſublimior quidã dicti huius ſenſus expendendus eſt, pulſandæq; ſcientiæ fores, ſi quo pacto patremfamiliâs excitare queàm, qui ſpiritales panes petẽtibus ſe largitur, quandoquidẽ amici ſunt & fratres quos iſto conuiuio reficere ſtudemus. Sancti Seruatoris noſtri diſcipuli, præſentis ſeculi curſum mẽtis cõtemplatione, quantũ poſſibile eſt hominibus, tranſcendentes, uerboq; mundati, finem quærunt, atq; extremã ſcire felicitatẽ geſtiũt, quã ignorare & angelos & ſeipſum quoq; Dominus noſter pronuntiauit, per dies uniuerſam intelligens exactam conſiliorũ Dei cognitionẽ: per horam uero unitatis ac monadis cõtemplationem, quarum ſcientiã ſoli patri tribuit. Suſpicor itaq;, quòd hoc de ſeipſo ſcire Deus dicatur, quod eſt: & hoc neſcire, quod nõ eſt. Iuſtitiã enim ac ſapientiam ſcire Deus dicitur: ipſe & iuſtitia & ſapientia exiſtens, iniuſtitiã uero & malitiã ignorare, cò quòd non ſit iniuſtitia nec malitia qui condidit nos Deus. Itaq; ſi hoc de ſeipſo ſcire dicitur Deus, quod ipſe eſt, & illud neſcire quod ipſe non eſt, non eſt autem Dominus noſter ſecundum incarnationis intelligentiam & craſſiorẽ doctrinam, extremũ illud deſiderabile bonum, ignorauit ob eam cauſam Seruator noſter finẽ extremamq; felicitatẽ: imò ne angeli quidẽ nouerunt, inquit, Hoc eſt, neq; ipſorum cõtemplatio, uel rationes miniſteriorum, ſunt extremũ illud D deſiderabile bonum. Craſſa enim eſt & illorum cognitio. Confert perſonã perſonæ. Solus autem pater, inquit, nouit. Ipſe nanque finis eſt & extrema illa felicitas. Quando enim Deum iam non amplius tanquã in ſpeculo, neq; per aliena adminicula cognoſcemus, ſed ad ipſum tanquã ſolum & unum appropinquabimus, tunc & nos extremum finem ſciemus. Regnum enim Chriſti omnem illam materialem cognitionẽ eſſe dicunt: Dei uero patris immaterialẽ, & ut ita dicam, ipſius diuinitatis cõtemplationem. Eſt autem Dominus noſter & ipſe finis extremaq; felicitas ſecundum intelligentiã & rationem uerbi. Quid enim in Euangelio dicit? Et ego excitabo ipſum in nouiſſimo die, reſurrectionem illam intelligens quæ ex materiali cognitione ad immaterialẽ cœleſtemq; cõtemplationem ducit: nouiſſimũ uero diem eam ſcientiã poſt quã nulla eſt alia. Tunc enim mens noſtra exurget & ad beatam illam ſublimitatem excitabitur, quãdo unitatem ac monada uerbi cõtemplabitur: uerũ quoniã mens noſtra craſſa adhuc pulueri adhæret lutoq; cõmiſcetur, ac nudæ cõtemplationi intendere nequit per cõpoſitionem rerum, quæ corpori ſunt cognatæ, ſubducta opera conditoris conſiderat, eademq; interea ex illorum effectibus cognoſcit, ut ita ſenſim accepto incremento, & ipſam aliquando diuinitatem contemplatura accedere ualeat. Ad hũc ſenſum & illud quoq; dictum eſſe puto. Pater maior me eſt, & hoc. Non eſt meum dare, ſed quibus paratum eſt à patre. Hoc enim eſt & Chriſtũ regnum dare Deo ac patri, cum non ſit finis ſed primitiæ, iuxta craſſiorem, ut dixi, doctrinã, quæ quidem filium quantum in nobis eſt, non ut in ſe eſt, contemplatur. Quod autem iſta ad hunc modum habeant, iterum cum rogâſſent in Actis

Regnum Chriſti & regnum patris.

1. Cor. 15.

A in Actis Apoſtolorū, diſcipuli, quando reſtitues regnū Iſraëli? reſpondit ueſtrum nō eſt ſcire tēpora temporumq́; articulos, quos in ſua ipſius poteſtate cōſtituit pa ter. Hoc eſt, regni huius ſcientia non eſt eorū qui carni adhuc & ſanguini obnoxij ſunt. Hanc enim contemplationē pater in propria poteſtate repoſuit, poteſtatē di- cens, eos quos ille poteſtati ſuæ ſubditos habet: proprios uero quos rerum inferio- rum non tenet ignorantia: tēpora autem & temporū articulos nolis intelligere de illis, quæ ſenſibus noſtris cōprehenduntur: Sed de interuallis quibuſdā quæ Sol il le intelligibilis & ſpiritalis efficit. Oportet enim precationē illā duci ultra Dominū noſtrū. Ieſus enim eſt qui precatur dicens: Da illis, ut & ipſi unū ſint in nobis, quem admodum ego & tu pater unum ſumus. Cum enim unus ſit Deus, ſi in ſingulis fue rit, omnes coadunat, peritq́; numerus, per inhabitationē monadis. Et ego quidem dictum hoc ad iſtum modum per ſecundariā argumentationē intellexi & expoſui. Si uero quiſquam eſt qui meliora adferat, aut noſtra piè corrigat, is & dicat, & corri gat, & Dominus illi pro uobis retribuet. Nulla nanq; ducimur inuidentia, quoniā neq; per cōtentionem, neq; per inanis gloriæ ſtudium, ad iſtam uerborum Domi- ni expoſitionē acceſſimus: ſed ut fratribus prodeſſemus, ne teſtacea uaſcula theſau rum Dei habentia à ſaxeis illis cordibus & incircunciſis hominibus, ſtulta huius mundi ſapientia armatis fraudulenter ſupplantari uideantur. Sed ut pergā, iterum per Salomonē in prouerbijs creatus eſt. Nā Dominus, inquit, creauit me. Et princi pium uiarum Euangelicarū nominatur, quæ nos ad regnū cœlorū ducunt, cum nō ſit creatura ſecundū eſſentiā, & ſecundū diſpenſationē ſit factus uia noſtra. Natum οὐ κατ' οὐσί enim eſſe & creatū, idem ſignificant. Vt nanq; uia factus eſt: ita & ianua, & paſtor, αν κτίσις.

B & angelus, & ouis. item, Sūmus Sacerdos & Apoſtolus, alijs alio intellectu poſitis nominibus. Quid hic iterum dicet hæreticus de Deo, qui nemini ſubditur: & de eo, qui noſtri gratia peccatū factus eſt. Scriptū nanq; eſt, Quando ſubiecta fuerint illi omnia, tunc & ipſe filius ſubijcietur ei, qui illi ſubiecit omnia. Ne te hæſitabundū reddat homo quòd Deus ſubiectus nominatur. Vt enim te ſubiectū reddat, ipſe ſeſe ſubijcit: & ut ad uirtutē te excitet, ſubiectū ſe nominat. Ita ſe aliquādo perſequu tionē quoq; ferre dixit: Saule, inquit, Saule, quid me perſequeris? Hoc enim dixit cum ille ad Damaſcū properās, propoſitū habebat ligandi diſcipulos. Et iterū nu dum ſe uocat, ſi ex fratribus quiſquā nudus extiterit. Nudus enim, inquit, eram, & operuiſtis me. Item alio in carcere exiſtente, ſeipſum incluſum eſſe dicit. Nam ipſe peccata noſtra tulit, & morbos noſtros portauit. Eſt autē & inter infirmitates cōnu meranda ſubiectio: ideò & illam portauit. Quapropter & adflictiones quæ nobis cōtingunt, proprias ſibi facit Dominus: propterea quod ex cōſortio quo nobis con iunctus eſt, paſſiones noſtras in ſe trāſtulit. Præterea & hoc iſti theomachæ, ad ſub Theomę he uerſionē audientiū uſurpant, quod à Domino dictū eſt, filius autē non poteſt à ſe- ſunt cum Deo ipſo facere quicquā. Mihi uero & hoc dictū potiſſimū hoc indicat, quòd eiuſdē cū bellū gerētes. patre naturę ſit filius. Si enim unaquęq; rationaliū creaturarū aliquid poteſt ex ſe- ipſa facere, creatura non eſt filius. Si uero creatura non eſt, eſt ergo homouſius pa- tri. Rurſus: Nulla creatura, quodcunq; uult, facere poteſt: filius uero cū in cœlo tum in terra quæcunq; uoluit fecit. Non eſt igitur creatura filius. Et iterū: Omnes creatu ræ uel ex cōtrarijs cōſiſtunt, uel contrariorū ſunt capaces. Filius ipſe eſt iuſtitia & im materialis. Creatura igitur non eſt. Si creatura non eſt, ergo cum patre homouſius eſt. Et iſta poſitorū Chriſti dictorum pro noſtris uiribus facta examinatio, nobis

 eſt ſufficiens,

Contra hoſtes ſpiritus S.

eſt ſufficiens. Iam deinceps ſermonē & contra eos ſtringemus, qui ſpiritui ſancto C reſiſtunt, ut & ipſorū ſuperbiā & mētis arrogantiā quæ contra ſcientiā Dei extollitur, deturbemus. Spiritūſanctū creaturā eſſe dicis. Omnis autē creatura ſui creatoris eſt miniſtra. Omnia enim, inquit, ſeruiūt tibi. Si uero ſpiritusſanctus ſeruus eſt, habet utiq; creatā quoq; ſanctitatē, atq; ideo & malitiæ capax eſt. At ſpiritusſanctus, ſecundū eſſentiā ſanctus exiſtens, fons prædicatur ſanctitatis. Non eſt igitur creatura ſpiritusſanctus. Si uero creatura non eſt, homouſion eſt cum Deo. Quomodo, dic quæſo, ſeruum uocas eum, qui te per baptiſmū à ſeruitute liberauit. Lex nanq; ſpiritus uitæ, inquit Apoſtolus, liberū me reddidit à lege peccati. Imò neq; mutabilē ipſius eſſentiā dicere audebis, ſi reſpicias cōtrariæ potētiæ naturam, quæ quidē fulguris inſtar de cœlo lapſa eſt, quæ uera uita excidit: propterea quòd creatā haberet ſanctitatē, prauumq; illius conſiliū ſanctitatis quoq; immutatio conſequuta ſit. Cum ergo excidiſſet ex Monade, angelicamq; abieciſſet dignitatē, ex ingenij prauitate diaboli nomen accepit, extincto primū priore illius beatoq; habitu, deinde & aduerſaria iſta potentia accenſa. Ad hæc, qui ſpiritū s. creaturā eſſe dicit, determinatā ipſius naturā inducit. Quomodo ergo ſtabit illud: Spiritus Domini repleuit orbē? Et illud: Quo ibo à ſpiritu tuo? Quin neq; ſimplicē ipſum natura, ut apparet, cōfitetur aduerſarius. Dicit enim illū numero unū eſſe. Iā quicquid numero unum eſt, ſimplex, ut dixi, non eſt. Si uero ſimplex non eſt ſpiritusſanctus, ex ſubſtātia & ſanctitate cōſtat. Quicquid uero tale eſt cōpoſitum eſt. Et quis adeò ſtupidus eſt, ut cōpoſitum dicat ſpiritum s. & non magis ſimplicē: & ſecundū ſimplicitatis rationē cū patre & filio homouſiū. Quod ſi, ſermonē progrediendū eſt, inſpiciendaq; ſunt maiora, ex hoc ipſo potiſſimū diuinā ſpiritusſancti naturā contēplabimur. D Tria creationū genera in ſcripturis nominata deprehēdimus. Vnum quidē ac primū eorum quæ ex nihilo cum non eſſent ad hoc ut eſſent ſunt cōdita. Alterū eorum quæ ex prioribus ad meliora immutātur. Tertiū, quòd eſt in reſurrectione mortuorū. In iſtis omnibus inuenies ſpiritū s. patri & filio cooperatorē. Si reſpicias cœlorū ſubſiſtētiā: quid Dauid dicit? Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris ipſius, omnis uirtus ipſorū. Deinde, homo per baptiſmū creatur. Si qua enim, inquit, in Chriſto noua creatura. Et quid ad diſcipulos Seruator dicit? Euntes docete omnes gētes, baptizātes eos in nomine patris & filij, ac ſpiritusſancti. Vides & hic unà cum patre & filio coniunctū eſſe & ſpiritūſanctū? Quid autē & de reſurrectione mortuorū dices? Moriemur nanq; & ad puluerē noſtrū reuertemur. Terra enim ſumus, & in terrā abibimus. Et mittet ſpiritūſanctū, & creabit nos, ac renouabit faciē terræ. Quam enim Paulus reſurrectionē dixit, eam Dauid renouationē appellauit. Audiamus autem eum, qui ad tertiū uſq; cœlū raptus eſt. Quid dicit? Quoniā templum eſtis eius qui in uobis eſt ſpiritusſancti. Omne autē templū, Dei templū eſt. Si uero templū ſumus ſpiritus s. ergo Deus eſt ſpiritus s. Dicitur quidem & tēplum aliquod templū Salomonis: ſed tanq; eius qui illud extruxit. Quòd ſi hoc modo templum ſumus ſpiritus s. & ſic Deus eſt ſpiritus s. Qui enim omnia cōdidit, Deus eſt. Si uero tanq; eius qui adoratur, & habitat in nobis, cōfitebimur utiq; illū eſſe Deū. Dictū enim eſt: Dominū Deum tuū adorabis, & illum ſolū coles. Si uero Dei appellationē repudiauerint, diſcāt primū quid nomē illud ſignificet. Ab eo enim quòd omnia † ſanctificauit, uel quòd omnia cōtemplatur Deus dicitur. Spiritus s. autem omnia quæ Dei ſunt cognoſcit, quēadmodum

Hoc argumēto alicubi uſus eſt et Ambroſius.

† uel excitauit

& noſtra

A & noſtra nouit ſpiritus qui in nobis eſt. Deus ergo eſt ſpiritusſanctus. Rurſus gla
dius ſpiritusſancti eſt uerbũ Dei. Deus ergo eſt ſpiritus s. Illius enim eſt gladius
cuius & uerbũ eſſe dicitur. Nominatur & dextera patris. Nam dextera Domini, in
quit, operata eſt uirtutẽ. Et dextera tua Domine conquaſſauit inimicos. Itẽ & digi
tus Dei eſt ſpiritus s. Secundum dictũ illud Chriſti. Si ego in digito Dei eijcio dæ
monia, quod in alio Euangelio ita ſcriptũ eſt. Si ego in ſpiritu Dei eijcio dęmonia.
Eſt itaq; & eiuſdẽ cum patre & filio naturæ ſpiritus s. Et iſta quidem nobis de ado
randa & ſancta Triade in præſentiarũ dicta ſint. Nunc enim fieri nequit, ut latius
rationẽ illius exquiramus. Vos uero accepto ab humilitate noſtra ſemine, ſpicas
uobis ipſi bene maturas diligẽti agricultura parate. Nã uſurã etiã, ut ſcitis, de iſtis
exigemur. Cõfido autẽ Deo, fructũ uos allaturos eſſe, & trigecuplum, & ſexagecu
plũ, & centuplũ, propter uitę ueſtrę puritatẽ. Beati nanq; ſunt ij qui corde ſunt pu
ro, quoniã ipſi Deũ uidebũt. Nihil aũt aliud fratres regnũ cœlorũ putabitis, q̃ ue
rãm eorũ puæ ſunt cognitionẽ, quã & felicitatẽ uocant diuinæ ſcripturæ. Regnũ e/ Quid ſit re/
nim cœlorũ intra uos eſt. Circa uero internũ hominẽ nihil aliud q̃ contẽplatio cõ gnũ cœlorũ.
ſiſtit. Relinquitur ergo contemplationẽ eſſe regnũ cœlorũ. Quorum enim hic um/
bras tanq; in ſpeculo quodã uidemus, tandẽ a corpore iſto terreſtri liberati, incor
ruptumq; & immortale induti, illorũ & archetypa ſpeculabimur. Speculabimur,
inq;, ſiquidẽ uitã noſtrã ad rectũ ſcopum direxerimus, rectęq; fidei rationẽ ac ſtu
diũ prouidè tenuerimus, ſine quibus nemo Deum uidebit. In animã enim malitio
ſam, inquit, non ingredietur ſapientia, neq; morabitur in corpore peccatis obno/
xio. Nemo autẽ nobis obloquatur ac reſpõſet dicens, cum ea quæ uulgaria ſint ac
B protrita ignores, de incorporali nobis & prorſus immateriali eſſentia philoſophã τὰ ἐν ποσὶν
ris. Abſurdũ enim eſſe iudico quod cum ſenſus corporũ noſtrorũ cõgruenter pro ἀγνοῶν.
prijs reficiamus materijs, mẽs ſola à propria ſummouetur operatione: ut enim ſen
ſus rerũ ſenſibiliũ, ita & mens intelligibiliũ notionẽ & conceptum habet. Simul aũt
& hoc dicendũ, quòd naturales illas notiones rudes & doctrinæ expertes fecit qui τὰ φυσικὰ
nos cõdidit Deus. Nemo enim eſt qui doceat colorũ aut ſchematũ aſpectus inter/ κριτήρια.
noſcere, aut inter ſtrepitũ & uocẽ, uel inter ea quæ malè & quæ bene olẽt, ſiue inter
condimenti aut alterius liquoris guſtus, uel inter mollia & dura, aut inter calẽtia & χυμῶν καὶ
frigida diſcernere. Neq; mentẽ ſanè quiſq; docebit illis ſeſe applicare, quæ ſunt in χυλῶν.
telligibilia. Et quemadmodũ ipſi ſenſus, ſi quid illis acciderit incõmodi cura tantũ
opus habent, & propriã facilè operationẽ adimplent: ita & mens carni alligata, &
illius impleta phantaſijs, fide opus habet & recta uitæ conuerſatione, quæ pedes
ipſius inſtar cerui cõparant & inſtituunt, ipſamq; in ſublimibus cõſtituunt. Huius
nos & Sapiens admonet, & nunc quidẽ pudoris expertem operariã formicam in
medium adducit, perq; illam uiam agendorum deſcribit: nunc uero ſapientis api
culæ fingendis fauis deputatum organum, per quod nobis naturalem indicat con ἀκρόπλαστον
templationem, in qua & de ſacra Triade ratio quædam comprehenditur. Siqui ὄργανον.
dem ex creaturarum pulchritudine cõgruenter & rerum omnium opi/
fex conſideratur. Gratijs actis patri & filio & ſpiritui ſancto,
finem imponemus his literis, quandoquidẽ opti πᾶν μέτρον
mum eſſe ubiq; rerum modum, & ἄριστον.
ipſa docet paroẽmia.

C

BASILIVS LIBANIO

CXLII. PVdore ſuffundor,quod quũ tibi quoſuis adducã Cappadocas , nõ tamẽ omnibus,quibus id per ætatẽ liceret,perſuadeo,ut & diſciplinarũ, & eruditionis ſtudio ſeſe dedãt, teq́ exercitij huius utantur præceptore. Verum quoniã impoſſibile eſt , ut ſimul omnia conſequamur quæ nobis ipſis cõuenientia deligimus,eos ad te mitto , quibus frequenti admonitione perſuadeo,tantũ illis gratiæ cõferens,quantum ſitientibus ij,qui ad fontes illis ductore ſeſe præbent.Qui uero te nunc accedit,paulo pòſt,ſiquidẽ tibi cõiunctus fuerit,pro ingenij ſui gratia tuo & aliorũ fauore potietur.Nunc uero ex patre admodum nobilis eſt.Nã is apud nos multũ nominis ſibi ipſi cum uitæ integritate,tum ciuili potẽtia peperit,qui & mihi ſumma eſt amicitia cõiunctus, cui ut rependã,iſtã puero gratiã largior quòd illum ad tuam notitiã induco,quę res maximis uotis digna eſt apud eos,qui uiri uirtutem iudicare nôrunt.

LIBANIVS BASILIO

CXLIII. † uel Perpetuò nos accedit. †

ALiquandiu eſt,quod ad nos uenit adoleſcẽs ille Cappadox. Vna hæc eſt cõmoditas quòd Cappadox eſt.Sed & præterea Cappadox iſte ſplẽdidis eſt natalibus ortus.Altera ea cõmoditas eſt . Quin & literas nobis attulit pręclari Baſilij.Hoc ſanè quilibet amplius quiddam eſſe dicet.Ego nanq́,quẽ tui putas oblitũ,iam olim te,cum adhuc adoleſcens eſſes,dilexi:propterea quod uiderẽ temperantia ita præditũ,ut cum ſenibus quoq́ decertares, idq́ in ea ciuitate quæ uoluptatibus ſcatet , deinde & diſciplinarũ iam magnã eſſe partẽ conſequutũ.Quoniã uero operæpretiũ eſſe putabas:ut & Athenas uideres,idq́ & Celſo pſuaſeras, cõgratulabar Celſo quòd amicitię tuę eſſet cõiunctus. D Poſteaq́ uero reuerſus eſſes & in patria cõſtitutus,ad meipſum, quid nunc aiebã, molitur nobis Baſilius? & ad quod uitæ genus ſeſe cõtulit? An in Forenſibus actionibus uerſatur,ueteres illos rhetoras æmulatus? uel diuitũ liberos in rhetorica inſtituit? Cum uero ueniſſent quidã nuntiantes multo te potiorẽ uiam ingreſſum eſſe, hocq́ ſpectare magis quomodo Deo reddaris amicus,q̃ quomodo diuitias colligas,& te felicẽ eſſe dicebã & Cappadocas.Te quidem,qui malueris talis eſſe,illos uero,qui talẽ potuerint exhibere ciuem.Phirminus uero ille,quã ubiq́ tibi cõſtanter adhærendo perdurauerit,ſcio.Nam hinc illi eſt iſta eloquentiæ facultas. Cum autẽ multũ ſit laudis adeptus,haud ſcio,an unq́ tantũ laudis acquiſierit,quantum nunc ex literis tuis intellexi.Quòd enim tu es:qui dicas,neminẽ eſſe à quo illius obſcuretur gloria,quanti id illi debet eſſe encomiũ? Videris autẽ mihi & iſtos miſiſſe, priusq́ Phirminũ uiderint.Alioqui id ipſum nõ habuiſſent literæ.Et nũc quid rerum agit,aut quid meditatur Phirminus? An adhuc diſtinetur in cõiugijs nuptialibus? uel illa quidẽ iam dudum ceſſãrũt,propoſiti uero grauitas & uniuerſa neceſſitas manet? uel eſt ſpes aliqua fore illum denuò ſtudiorũ ſociũ? Reſpõde nobis aliquid,ſitq́ illud,ut uelim quidem,cõmodum:Si uero nõnihil etiam perturbabit id quòd reſpõſurus es,uel hoc cõmodi adferet quod nos ab iſto aſſiduo ad portas reſpectu liberabit.Si uero Athenis iam agit Phirminus, quid nam egerunt Senatores ueſtri? Num illius gratia Salaminiã miſerũt? Vides quòd à tuis duntaxat ciuibus cõtumeliam patior. Ego tamen interea non deſinã diligere ac laudare Cappacas.Imò optauerim quoq́ meliores illos apud me fieri:ſi uero ijdem permãſerint,

& ſic feram

A & ſic fctam. Phirminus autē tres menſes apud nos egit, & nullū diem otioſum du/ xit. Quantū autē ſit quod ſibi collegit, ipſe cognoſces, & forſan non reprehendes. Ad hoc uero ut huc redire ualeat, cuius nam oportebit implorare operā? Etenim ſi bene ſentiunt Senatores, facient quòd decet homines doctos. Honorabunt uel poſterioribus, quoniam prioribus contriſtârunt,

BASILIVS LIBANIO

En tibi & alter adeſt Cappadox, filius meus: & ipſe uindicat enim no/ bis uniuerſos ſchema iſtud in quo nūc ſumus. Habeatur itaq; hoc no mine frater eius, qui ante ipſum ad te uenit, eademq; cura ac diligētia dignus, tam mihi ut patri, quā tibi, ut præceptori. Siquidē quid pote/ runt amplius habere, qui à nobis ad te ueniūt? Hoc autē non ideo dico, quòd pru dētia tua priſcis nihil amplius largiatur amicis. Sed quòd candidè ſit omnibus o/ peræ tuæ propoſita utilitas. Suffecerit autē adoleſcentulo, ſi anteq; iuſtā per æta/ tem attigerit rerū experientiā, in priuatis inſtitutus fuerit, quē ablegamus à nobis dignum & noſtra interceſſione, & tua gloria, quam eloquētia cōſequtus es. Addu/ cit autē ſecum & coętaneū eadē erga ſtudia literarū præditū diligentia, generoſum & ipſum & nobis familiarem, quem nulla in re inferiorem fore credimus, etiam ſi reliquis minus habeat pecuniarum. CXLIIII

LIBANIVS BASILIO

Hoc ſæpenumero ſcribes, ſcio, en tibi & alter adeſt Cappadox. Multos CXLV. nanq;, ut puto, mittes, propterea quòd perpetuò & ubiq; tuis nos en/ comijs celebras: hoc ipſo & patres excitās & pueros. Elegans aūt non B fuerit obticere, quid circa epiſtolā tuam elegantē illam cōtigerit. Aſſi/ debāt mihi eorum qui Magiſtratuū ſunt filij, cum alij non pauci, tum & optimus Alypius, & Hierochius cōſobrinus ipſius. Vt ergo epiſtolā reddiderunt qui illam attulerant, tacitè inſpectis omnibus ſubridensq; & gaudens, uicti ſumus, aiebam: Et qua nam uictoria, rogabant illi, uictus es? Et quāobrem ſi uictus es, non doles? In elegantiū, inq;, epiſtolarū certamine uictus quidē ſum: at Baſilius eſt, qui uicit. Is autē amicus noſter eſt, & eam ob rationē gaudeo. Cum hæc dicerē ex ipſis uole bant literis iudicare de uictoria, legitq; Alypius, audientibus reliquis qui aderant. Lata uero ſententia eſt, me nihil eſſe mentitū. Et qui literas habebat ac legerat, ſe/ cum illas auferebat, oſtenſurus puto & alijs, ægreq; ablatas reſtituit. Scribe ergò ſimilia, & uince. Hoc enim eſt me uincere. Recte & illud coniectas quòd ſtudia no ſtra pecunijs non æſtimentur: ſed ſatis ſit non habenti quod det, ſi Cōſuli ſibi per/ mittat. Etenim ſi ſenſero quenquam in rerum penuria conſtitutum amare literarū ſtudia, is mihi diuitibus præferendus habetur. Quanquam tales præceptores nos, cum adoleſcētes eſſemus, non ſumus experti. At nihil prohibet eſſe quoſdam me/ liores. Nemo ergo pauper ad nos ſeſe recipere cunctetur, ſi hoc unum duntaxat poſſederit, ut ſtudiorum ſciat perferre labores.

BASILIVS LIBANIO

Qvid non dicet uir Sophiſta, & talis Sophiſta, cui in confeſſo eſt id ar/ CXLVI. tis eſſe proprium, ut ex magnis, quandocunque uoluerit, faciat modi ca, & modica amplificet? id quòd & erga nos declarâſti. Etenim epi/ ſtolā meam, ſordidā illam quicquid uos, qui in uerborum elegātia deli

tiamini,dicatis, & quæ iſta, quam iam habes in manibus, nihilo tolerabilior eſt, C
ita deprædicaſti, ut quaſi ab illa uinci nobiſcꝙ in hoc ſcripti genere priores dare ui
dearis: haud diſſimile faciens ab eo,quod parentes cum liberis ludēdo ſolēt, quan
do illis,de uictorijs,quas ipſi peperere,gloriandi copiā largiuntur,& ſeipſos nullo
dāno afficientes,& liberorū conatū & æmulationē nutrientes. Habebat autē & ine
narrabilē prorſus uoluptatē id quod ad nos ludēdi gratia ſcripſiſti. Quod tale eſt,
ac ſi Polydamas aliquis, aut Milo, Pancratij uel luctæ certamen mecū inire detre
ctet. Perluſtratis enim ſingulis nullum deprehēdi roboris exemplū,ita ut qui uer
borū ſectantur hyperbolas, tuā hic magis admirentur potentiam,qui ita teipſum
per ludū ad nos uſcꝙ demittere potueris,quàm ſi barbarū aliquē hoſtem ultra A-
thon nauigādo progreſſum repuleris. Nos quidē ô prçclare uir:cum Moſe,& He
lia, ſimilibuſcꝙ beatis uiris uerſamur, qui nobis barbarica uoce doctrinā ſuam tra
dunt,& nos quæ ab illis audimus loquimur,ſenſu quidem uera, uerbis aūt rudia,
ut & hæc ipſa quæ ſcribimus indicāt. Nam etiamſi aliquid conſequuti fuerimus, à
uobis inſtructi, interea tamen tēporis per obliuionē excidit. Tu uero nobis dein-
ceps ita ſcribe, ut alijs epiſtolarū argumentis utare,quæ & eloquentiā tuam oſten
dant,& nos non arguant. Filiū Anyſiū iam tibi adduxi,ut meumipſius filiū. Si ue
ro meus eſt hic puer,patris quocꝙ eſt filiolus,pauper ex paupere. Quod autem di
co ſatis clarū eſt uiro & ſapienti & ſophiſtæ.

LIBANIVS BASILIO

CXLVII. Si prolixa admodū meditatione uſus eſſes, quomodo ꝙ elegantiſſimè
literis noſtris quas de tuis ſcripſimus,reſpōderes, non eſſes hoc meli-
us præſtitiſſe uiſus, ꝙ talia ſcribendo qualia iam ſcripſiſti. Vocas me D
Sophiſtā. Sophiſtæ aūt propriū eſſe uis,ex modicis magna, & ex ma
gnis modica facere poſſe. Et epiſtolā meam oſtēdere uoluiſſe dicis,tuam eſſe elegā
tem,cum illa nec ſit elegās,nec ea,quā nunc miſeris elegantior. Prorſus autem nul-
lā tibi eſſe dicendi facultatem. Huius cauſam eſſe libros,quos iam habeas in mani
bus: doctrinā uero & eruditionē,quā antea habueris,effluxiſſe. Et cum iſta perſua
dere conatus ſis,ita eleganter ſtruxiſti & iſtā,quā malā dicis, epiſtolā,ut qui, cum
illa legeretur,præſentes erant,non ſubſultare nequiuerint. Admiratus itaque ſum,
quomodo cum poſteriore iſta priorem demoliri uolueris, eo quòd illa uiſa ſit iſti
haud diſſimilis,iſta priorē magis ornàris. Oportebat igitur hoc uolentē, poſterio-
rem hāc peiorē facere,ut ſic per illam detraheretur priori. At,ut opinor,tuum non
erat,lædere ueritatē. Læſa autē fuiſſet,ſi de induſtria ſcripſiſſes peiora, & facultate
dicendi quā habes in prōptu,uſus non fuiſſes. Sit itacꝙ & hoc ſtudij tui, ut necꝙ ui-
tuperes ea quæ laude ſunt digna, ne te res iſta in album Sophiſtarū abijciat, dum
quæ ſublimia ſunt,humilia facere conàris. Libros igitur, quorū peiorē dictionem,
meliorē uero mentē ac ſententiā eſſe dicis,habeto, nemo prohibet:eorū uero, qui
noſtri ſunt ſemper,tui iam olim,radices adhuc in te manent, ac manebūt,donec in
hac uita fueris,nec ullo tēpore excidentur,etiamſi illas quàminimè rigaueris.

LIBANIVS BASILIO

CXLVIII. Nondū mihi offenſam remiſiſti,adeocꝙ inter ſcribendū tremo. Quod ſi
remiſiſti,quàobrem non ſcribis,uirorū optimè? Si uero illā adhuc con
tines,quod ab omni anima ratione prædita,& tua quocꝙ alienum eſt,
quomodo

A quomodo cum alijs prædices ad occaſum uſque Solis non eſſe ſeruandam animi commotionem, tu illam iam Sole toties occidēte ſeruáſti? An iſtam forſan de me pœnā ſumere,& hoc me pacto punire uoluiſti,ut uoce tua melle condita priuares. Non ita ô præclare, ſed animo ſis placido ac miti,largiareq́ ut lingua tua,aurea illa fruar.

BASILIVS LIBANIO

CXLIX. Qvi roſa delectantur, ut ueriſimile eſt fieri ab illis, qui pulchritudinis & elegantiæ ſunt ſtudioſi,neq́ ſpinis ipſis, unde flos ille prodit, moleſti ſunt.Et tale quid de roſis quendam ſiue ioco,ſiue ſerio referentē audiui,quòd roſarū amatoribus natura minutas illas ſpinas quaſi quędā amatoria illectamēta,iſti flori adfixerit,ut ſtimulis illis ęgrè cōtactū admittētibus, ad maius deſideriū colligentes prouocet.Quid uelim,quòd literis iſtis roſam induco,nihil prorſus opus habes,ut inſtruare:ſiquidē epiſtolæ tuæ memor fueris, quę quidem florem habet roſę:ita ut toto nobis uerno tēpore eloquentiæ ſpirárit odorem:querelis uero & expoſtulationibus, quaſi quibuſdā aculeis cōtra nos armata eſt. Verū ſpinæ quoq́ uerborū tuorū uoluptati mihi ſunt, quæ me ad maius amicitiæ deſideriū inflammant.

τοῖς ἁπλῶς τοῖς κνίζουσι

LIBANIVS BASILIO

CL. Si iſta ſunt linguæ illaboratæ,qualis eſſes ſi illā acueres? Ori tuo quidem inſunt eloquētiæ fontes,quorū riuuli quoſuis ſuperant latices: nobis uero,niſi quotidie irrigemur,ſilentium relinquetur.

BASILIVS LIBANIO

CLI. Qvod ad eruditionē tuam haud aſſiduè ſcribo,in cauſa ſunt cum metus,
B tum inertia.Quod tu uero conſtātiſſimè ſiles, quonā pacto poterit excuſari? Si uero quiſq́ eſt,qui te, cū in uerbis totus uiuas, ad ſcribendū tardum eſſe putet,is te hoc ipſo condēnauerit,tanq́ noſtri oblitū.Cui enim in prōptu eſt, quod dicat,illi certè & ad ſcribendū non deeſt parata facultas. Qui uero ſilet,cum habeat & dicendi & ſcribendi copiam,manifeſtū eſt,quòd hoc uel ex cōtemptu faciat,uel obliuione.Ego autem ſilentio tuo per ſalutationē rependam.Salue itaque colendiſſime, & ſcribe, ſi uolueris: rurſus ne ſcribas,ſi id tibi ita placuerit.

LIBANIVS BASILIO

CLII. Apologia ad te magis,opinor,hoc nomine opus habeo,quòd nō olim tibi ſcribere cœpi,q́ ut nunc me excuſem quādo id iā orſus ſum.Ego enim is ſum qui cū differeres accurrebā, & maxima cū uoluptate aures tanq́ ad riuulū quendā linguæ dicētis adhibebā gaudēs,ægreq́ auelli ſuſtinens, ac dicēs: hactenus hic uir elegātior eſt Acheloi filiabus, quatenus demulcet quidem quemadmodum & illę, non autē nocet ut illæ.Et parū eſt quòd non nocet,lucrū etiam adferunt illius cantica, ſi quis illis delectetur. Cum itaq́ ſic ſim affectus,putemq́ & amari me,ſi uidear dicere:quod ſcribere non auſim,extremæ hoc fuerit inertiæ, & ſimul hominis damno ſeſe afficientis. Certum nanque eſt quòd epiſtolæ meæ modicæ ac uitioſæ eleganti tua & magna rependes, caue biſq́ ne denuò me lædas. Multi uero,puto,ad hoc quod dixi,ne me denuò lędas, uociferabuntur, &hac in re cum clamore inſtabunt, dicentes: Baſilius ne,uel modicum quid cuiquam intulit iniurię? Ergo & Aiacus,& Minos,& huius frater.Ego quidem tibi permittam, ut in alijs uiceris. Quis eſt autem qui te cognoſcat & non inuidiæ ſtimulis agitetur? Vnum uero tibi peccatum eſt aduerſum nos. Quòd ſi te

huius

huius admonuero, perſuade illis qui hoc moleſtè ferunt, ne uociferentur. Nemo te
unquam acceſſit, gratiam petens, modo quā facilè largiri potueris, quam non ob-
tinuerit. Sum autem ex illis, qui gratiam poſtulárunt quidem, ſed non acceperunt.
Quid ergo abs te petij? Cum apud prætoriū unà tecum eſſem, ſæpenumero tuo cō-
Inſaniā forte ſilio profundam Homeri inſaniam ingredi cupiebā. Quòd ſi, totam cōſequi, aiebā,
μαντίαν, id poſſibile non eſt, tu uel in partem ſortis huius nos introducito. Partem autem eam
eſt, diuinatio- cupiebā, in qua, cum Græci malè egiſſent, Agamēnon eum quem læſerat, muneri-
nem. bus placauit. Cum iſta dicerem, ridebas, negare quidem haud ualens, quaſi, ſi uel-
les, non poſſes, interea tamē hac in re mihi gratificari nolēs. Num igitur tibi & ijs
qui mihi indignātur hoc ipſo iniurius eſſe uideor, quod te iniuſtè agere dixi.

LIBANIVS BASILIO

CLIII. AN nōnihil eruditionis adoleſcentibus quos ad nos miſiſti, cōtulerimus,
ipſe iudicabis. Spero aūt illud, etiam ſi modicum fuerit, propter tuam
τὴν σωφρο- erga nos amicitiā, magni profectus habiturū gloriam. Quod uero eru
σύνην. ditioni temperantiā anteponis, & ne mentes ſuas prauis uoluptatibus
tradant admones, rem iſtam admodū diligenter curârunt, conuerſatiq; ſunt ut de
cebat eos qui à quo miſſi ſint meminere. Cōplectere tua pignora & lauda eos qui
& me & te moribus & ingenio exornârūt. Quod ſi te ad opem illis ferendā hortari
uelim, idem fecero, ac ſi patrem adhorter, ut liberis ſuis opem ferat.

LIBANIVS BASILIO

CLIIII. OMnis quidem Epiſcopus talis eſt, unde ægrè aliquid emolumēti emūga
tur: tu uero, quāto reliquos prudētia ſuperas, tanto plus mihi metus ge-
neras, ne quo pacto quod petiturus ſum conſtanter ſis denegaturus. D
† cratibus † Trabibus opus habeo, camacas, aut characas alius quiſquam Sophi
ſta diceret: non ad neceſſarium uſum uerba uſurpans. Sed uerborū phaleras oſten
tans magis quàm neceſſitati ſeruiens. Ego uero niſi quod peto largiare, cœli iniu
riæ ac tempeſtatibus obnoxius ero.

BASILIVS LIBANIO

CLV. SI γρυπίζειν illud, quo uſus es in literis tuis, idem eſt atq; emolumenti
† alicunde quicquā † auferre, & hanc ſignificationē habet iſta dictio, quā ex Plato
nis adytis Sophiſtice tua nobis deprompſit, cōſidera quæſo præclare
uir utra pars eius ſit tenacitatis, ut ægrè ab illa aliquid queat emolumē-
οἱ οὗτω δὶ ἐ- ti auferri. An nos, qui decurtata iſta ſumus facultate circumſepti, an Sophiſtarū ge-
πισολιμαί- nus, quibus quæſtum ex uerbis facere artis loco eſt? Quis Epiſcoporū quæſtum ex
ας δυνάμε- uerbis aucupatus eſt? Quis diſcipulos mercenarios cōſtituit, niſi uos, qui lucrum ex
ως ἀποχαρα- uerbis ſectamini, quemadmodū placētas mellitas, ij qui melle delectātur? Vides ut
κώμενοι; ſenē etiam ad reſultandū prouocâris? Ego uero tibi cū gloria in declamandi ſtudijs
uerſanti totidē trabes accōmodato dari præcepi, quot in thermopylis decertant mi
lites, bene lōgas omnes, & iuxta Homerū tuum longam efficientes umbram, quas
Sacer Buſtarchius reſtaurari præcepit.

LIBANIVS BASILIO

CLVI. NOn ceſſas Baſili Sacrū hoc Muſarū gymnaſiū refertū reddere Cappa-
docibus, idq; modico ex grita ac niue, & quæ illinc ſecum adferūt, uiuen
tibus? Propè autem & me Cappadoca reddiderūt, perpetuò occinētes
Adoro te, ad- illud προσκυνῶ σοι. Veruntamen eſt, Baſilio ita iubente. Scias igitur,
blādior tibi. quòd regionis quidē mores diligēter inueſtigo, ad generoſitatē uero mentis, & cal
liopes meæ cōcinnitatē, uiros immuto, ut uobis pro palūbis uideātur facti colūbæ.

A BASILIVS LIBANIO

Remiſſus tibi eſt animi rācor. Sit enim iſtud epiſtolæ prooemiū. Tu ue/ CLVII.
ro noſtra, ſiue ioco ſiue ſerio, cauillis petito & cōuellito. Quid aūt niuis
aut etiam gritæ mentionē feciſti: cum liceat cauillis noſtris abundè il/
ludere? Ego uero Libani ut largum tibi riſum mouā, epiſtolam hanc
ſub cortina niue tectus ſcripſi, quā ubi acceperis manibusq; preſſeris, ſenties quā
ſit frigore horrida, ita ut & eum à quo miſſa eſt, latitantē iam, & haud è domicilio
proſpicere ualentē exprimat. Domos nanq; habemus inſtar ſepulchrorū, donec
uernum tempus nos apprehendat, & mortuos ad uitam denuò reducēs, ut ſimus,
quod & plantis facit, largiatur.

BASILIVS LIBANIO

Multi eorum qui illinc ad nos ueniunt, facultatem tuam quam in dicēdo CLVIII.
habes admirati ſunt ac celebrârunt. Narrârūt enim factam eſſe decla
rationē quandam illius ualde illuſtrē, fuiſſeq; certamen maximū, ita ut
omnes accurrerint ac nemo in urbe uiſus ſit, præterquā ſolus Libanius
dicendo certans, & quælibet ætas auſcultās. Neminē enim fuiſſe, qui certaminibus
iſtis abeſſe uoluerit, neq; eum qui Magiſtratus honore præditus, neq; qui delectu
& catalogo militari clarus, nec qui artificijs uacant, quin & mulieres ad iſta certami
na properâſſe. Quod autē certamen illud fuit? Aut quis ſermo quo frequentiſſimā
excitaſti panegyrim? Nuntiârunt mihi moroſi hominis eſſe, ſi quiſquā uelit, ſermo
ni tuo reſiſtere. Velis igitur abſq; ulla mora admirabilem iſtum ſermonem ad me
mittere, ut & ego laudum tuarum ſim præco. Libanium nanq; celebrare cupiens, li
cet operum tuorum ſim expers, quanti mihi non faciēdum, ſi iam laudum tuarum
B adepturus ſim argumentum?

LIBANIVS BASILIO

Ecce miſi tibi ſermonem meum, abundè ſudore perfuſus. Quomodo CLIX.
nanq; nōn anxię ſudarē ei uiro ſermonē meum mittens, cuius tanta eſt
iudicandi facultas, ut & Platonis ſapientiam, & Demoſthenis in dicen
do uehementiā, fruſtra iactatas eſſe cōuincere queat. Sermo uero me/
us perinde eſt atq; ſi culicē cōferas elephāti. Vnde & horreo & tremeo diem illum
cogitans, in quo ſermonē meum iudicaturus es. Quin parum abfuit, quin mentis
ſim facultate deſtitutus.

BASILIVS LIBANIO.

Legi quem miſiſti ſermonē, uirorū ſapientiſſime, & ſupra modū admira CLX.
tus ſum. O muſæ, ô diſciplinæ, & Athenæ quā pręclara largimini ueſtri
ſtudioſis? Quā præclaros ferunt fructus, qui uel modico tēpore ueſtro
potiti ſunt cōſortio? O fontem copioſiſſimū, quales exhibuit nobis, qui
ex illo hauſerūt. In iſto nanq; ſermone uidere mihi uiſus ſum quenquā, qui cū muli τῷ λάλῳ
ercula quadā loquaciſſima ſit uerſatus. Cum enim iſta ſcriberet Libanius, telluri ſer συνόντα γυ
monē inſpirauit, qui ſolus eloquētiæ animā largitus eſt. ναικί.

LIBANIVS BASILIO

Nunc cognoui uerū eſſe quòd dico. Baſilio nanq; me laudāte, aduerſum CLXI.
quoſuis uictoriā obtinebo. Licebit iam incedere, poſteaquā tuos ade/
ptus ſum calculos, magnifico quodā greſſu, inſtar iactabundi cuiuſdā,
& omnes præ ſe contemnentis. Quoniam ſermonem & tu cōtra ebrie/
tatem elaborâſti, cupimus illo potiri. Interea tamen de illo nolo quicquā egregij di
cere. Ipſe me ſermo ubi uiſus fuerit, dicendi docebit artificium.

Libanius

LIBANIVS BASILIO

C

CLXII. An non Athenis habitas Baſili, tecꝫ ipſum fallis? Haud enim iſta qui Cæſaream inhabitant, audire potuiſſent. Lingua nanqꝫ illorum mihi haud eſt familiaris. Sed quaſi per præceps uocum nouitate prorumpens ac ſtupefaciens, & mihi dixit & patri, Pater tu iſta nō docuiſti. Homerus hic uir eſt. Imò Plato, imò Ariſtoteles, quin Suſarien magis, qui nihil ignorabat. Et hæc quidē ipſa lingua. Te uero nos, ô Baſili, ad hūc modū laudare uelim.

BASILIVS LIBANIO

CLXIII. Gaudio quidem afficimur, ubi quæ ſcribis, accipimus: ubi uero uiciſſim exigimur ut ad ſcripta tua reſcribamus, anxij ſumus. Quid en m habemus quod ad linguā tam uehementer Atticè loquentē reſpondeamus, niſi quòd piſcatorum me diſcipulū eſſe profiteor, & te cōplector?

BASILIVS ANDRONICO PRAESIDI

CLXIIII. Quod ſi corpore ita ualuiſſem, ut itineris facilè potuiſſem perferre labores, & hyemis tolerare moleſtias, uticꝫ non ſcripſiſſem: ſed ipſe ad magnanimitatē tuam ueniſſem, idcꝫ duplici nomine. Primum, ut quod olim pollicitus ſum præſtarem. Noui enim me aliquando Sebaſtiam uenturum, atcꝫ illic integritate tua potiturum recepiſſe: quod quidem feci: uerum præſentiā tuam non ſum aſſequutus: propterea quòd paulò poſt humanitatē tu- τῆς σῆς καλοκαγαθίας am adueni. Alterius uero legationem & cauſſam per meipſum exequi uolui, quem hactenus detrectauerā, tanti me non faciens qui talem mihi conciliarem gratiam. Cogitaui ſimul, quòd necꝫ principi, necꝫ idiotę quiſquā quacuncꝫ in re ita per literas fidem facere poterit, atcꝫ ſi ipſe coràm compareat, ut partim ſi quid criminis in- D tentatum ſit diluere, partim ſupplicando flectere, & præterea ſi opus ſit ueniā petere ualeat, quorum ſanè nihil per literas facilè fieri poterit. His omnibus te unum, diuinum caput, habens quod opponam, & quòd tibi ſatis eſſe credidi, ſi noſtrā hac in re ſententiā declarauero, putans quæ reliqua ſunt teipſum adiecturū ultro, cauſſam hāc non detrectaui. At ipſe uides quomodo undicꝫ moras nectendo cūcter, ac uerear cauſam eorum pro quibus intercedo clarè proloqui. Domitianus iſte neceſſarius noſter eſt iam inde à genitoribus, ita ut planè nihil differat à fratre. Quāobrem enim quod uerum eſt non dicam? Hunc, ubi cauſam cognoui, ob quā iſta perpeſſus eſt, dignum eſſe dixi, qui ad hunc modum afficiatur. Necꝫ enim eſſe licet quenquā, qui ſi uel parū uel multum in te peccârit, ſupplicium effugiat. Verum, poſteaquā uidimus in metu & ignominia agentē, ſalutemcꝫ ipſius in tua ſententia cōſtitutam, ſatis illum pœnæ dediſſe iudicauimus, ſimulcꝫ obſecramus ut & liberaliter & humaniter de illo cogites. Quod enim immorigeros ac rebelles coërces, de- τοὺς ἀντιτείνοντας ὑπὸ χεῖρα λαμβάνειν. xtri ac uerè principis, proſtratos uero clementer ac benignè ſuſcipere, magnificētia pariter & clementia quoſuis ſuperantis eſt. Itacꝫ licebit tibi ſi uoles in eodem homine pro animi ſententia declarare qua ſis cum ad ulciſcendū tum ad ſeruandū magnanimitate præditus. Petimus igitur, ut iſta ſupplicij menſura, in caſtigando Domitiano ſatis ſit: nempe metus eorum quæ expectat: & ut ijs quæ meritū ipſe ſe optimè nouit, nihil ad ulciſcendū addatur. Illud nanqꝫ tibi animaduertēdum fuerit, quòd de ijs qui deliquerāt, multi quidē eorū qui ante nos uixerunt, ſuppliciū ſumpſerūt, quorū iam apud poſteros nulla prorſus eſt ratio. Qui uero in philoſophia

quam

A quamplurimos excelluere,animi indignationem remiſerunt,quorum immortalis memoria per omnia ſecula durat. Addatur igitur & hoc pręconijs tuis.Largire nobis nomen tuum celebrare cupiētibus, ut humanitatis tuæ encomia hactenus deprædicata,nouis iſtis ſuperemus. Ad hunc modum & Crœſus pueri occiſori ultionē remiſiſſe dicitur, cum is ultro ſeipſum ad ſuppliciū ſiſteret , & magnus ille Cyrus amicus eſſe Crœſo poſt uictoriam factus. Iſtis te adnumerabimus,& pro uiribus hæc de te prædicabimus,niſi impares omnino iudicemur, qui tanti uiri præcones ſimus. Hoc aūt ante omnia neceſſariū eſt ut dicam,quòd eos qui quacunq; in re deliquerūt,non eorū gratia quę cōmiſſa iam ſunt(nequit enim fieri ut facta quę ſunt, facta non ſint) ſed magis ob eam rationē punimus, ut uel ipſi deinceps emēdētur,uel reliquis ut ſapiant,exemplo ſuo ſeruiant. Horum uero neutro inpræſentiarū iſti neceſſariū eſſe dici poteſt. Nam & ipſe horū quę patitur poſt mortē quoque memor erit, & reliquos formidine iam quā ex huius exemplo cōcipiunt,emori puto.Itaq; quicquid iſti ſupplicio adiecerimus, irati animi noſtri affectū explere uidebimur,quod procul abeſſe,ut de te uerè dici poſſit, ego certè dixerim. Et ſanè haud facilè adductus fuiſſem,ut iſtis rationibus quicquā dicendo præferrem, niſi plus gratiæ danti quàm accipientibus ineſſe uidiſſem. Neq; enim paucis cōſpicua & illuſtris erit ingenij tui liberalitas. Nam uniuerſa Cappadocia quid futurum ſit obſeruat,cui hoc precor,ut reliquis tuis dotibus quas habes,etiam iſtam liberalitatem & animi magnificentiā cōnumerare ualeat. Hæſito,quomodo literas has finiam,ueritus,ne non,ſi quid omiſero damni quicquam ſit laturum. Tantum hoc adiungam,quòd cum hic noſter multorum habeat epiſtolas,qui ſupplicio exemptū cupiunt,noſtram tamen omnibus præſtantiorem arbitratus eſt,unde edoctus,ne ſcio,aliquam apud integritatem tuam noſtri eſſe rationē.Itaq; ne & ipſe concepta ſpe fraudetur,quam de nobis habet,& ut nobis occaſio ſit honoris apud noſtros, exoratus eſto Domine inuictiſſime,ut petitioni noſtrę annuas.Omnino autem nihilo deterius, quàm qui unquam philoſophati ſunt, res humanas conſideraueris. Et nôſti quàm bonus ſit theſaurus omnibus ijs qui operam ſuam egētibus ac ſupplicantibus impendunt,iam olim reconditus.

BASILIVS EVSTACHIO PHILOSOPHO

Cvm iam defatigatus eſſem crebris illis offenſaculis & incurſionibus fortunæ,quam uocāt, à qua perpetuò ne præſentia tua frui liceat,impeditus ſum,mirum in modum me ſacris recreâſti conſolatusq; es ſcripturis. Etenim iam plurimum intra meipſum hoc uolutabam, ne quo pacto uerū ſit,quod à multis iactatur, uidelicet, quòd fatalis quædā ſit neceſſitas, quæ res noſtras quaslibet ſeu modici ſint, ſeu magni momenti, ui ſua impellat & agat, ita ut nos homines nulla ſimus arbitrij libertate prædití. Aut,ſi hoc non ſit, eſſe quandā fortunā,quæ omnino uitam humanā inſectetur. Et iſtis meis cogitationibus facilè ignoſces,ubi cognoueris, quibus de cauſis in illas inductus ſim. Reliquerā Athenas philoſophiæ tuæ celebritate permotus,cōtemptis,quæ illic magni æſtimātur. Ciuitate ea quæ eſt ad Helleſpontū, maiore cautione præterita quam ullus unq; Vlyſſes Syrenorū cantus declinauit. Aſiā quidē admirabar: ad Metropolim uero,bonorū eorum,quæ in illa ſunt, gratia,properabā. Ad patriā cum ueniſſem,ibiq; te,quē ut ingens lucrū quęrebā, non inueniſſem,ex eo mihi deinceps CLXI.

multæ ſunt & uarię obortę remorę. Aut enim omnino cõfecto corpore ęgrotãdũ, adeoq; & deficiendũ erat, aut Orientẽ petẽti impoſſibile futurũ, ut tibi itineris comes eſſe poſſem. Vbi uero ſero tandẽ multis laboribus Syriam ueniſſem, fieri nõ poſſe, ut philoſopho potirer, ad Ægyptios profecto. Itaq; ultra prolixo & moleſto itinere petẽdã Ægyptũ, & tũ ne hic quidẽ uoti cõpotem futurũ, uerũ adeò infelici amore præditus erã, ut uel ad Perſas eundũ, unaq; proficiſcendũ mihi fuerit, etiã ad extremos uſq; barbaros (nam & ad illos abieras, tanta erat cõtentio aduerſæ fortunæ) aut hic reſidendũ, uel certè in ea quæ eſt Alexãdri, id quod & contigit. Puto nãq; mihi, niſi inſtar pecudis oſtenſum ramuſculũ fruſtra ſectãtis, tandẽ defatigatus defeciſſem, extremũ Indicũ ſinũ ſuperandũ: aut ſi quiſq; eſt orbis noſtri extremus locus, et in illo oberrandũ fuiſſe. Et quid opus eſt multis? Imò ne iã quidẽ, poſtremò cũ in eadẽ ſis regione unà eſſe licuit, propter prolixas ægrotationes quibus cõfectus ſum, quę niſi mitiores poſthac reddãtur, neq; ad futurã hyemem prudentiã tuã cõuenire poterimus. Iſta nõ ſunt ex fato? dicas quæſo, nõ ſunt neceſſitatis? iſta nõ & poëtarũ propè de Tãtalo fabulas ſuperarũt? Aſt, ut dixi, melius ſentio ex ſcripturis, & iam nõ ſum amplius in illa fati ac fortunę ſentẽtia, ſed magis dico, dãti Deo quod bonũ eſt, gratias eſſe agẽdas: differenti uero, nõ ſuccenſendũ. Itaq; ſi largietur nobis, ut cõuenire liceat, optimũ ac iucũdiſſimũ putabimus: ſi uero hoc nõdũ largietur placido animo hoc damni feremus. Nã omnino prouidentia ſua res noſtras multo diſpenſat melius quàm nos optare poterimus.

τοσαύτη τίς ἦν φιλονεικία τοῦ δαίμονος.

BASILIVS IVLIANO.

CLXVI. Qvomodo interea tẽporis corpore ualuiſti? An integrè energiã manus recepiſti? Quomodo reliqua uitę negotia habẽt? An cedũt tibi ex animi ſententia quẽadmodũ optamus, & propoſito tuo cõueniũt? Etenim qui animo ſunt inconſtanti, illis haud immerito & uita eſt inconſtans. D Quibus uero animi ſententia eſt ſolida, ſemper cõſtans ac eadẽ, conſentaneum eſt iſtos et uitã agere animi propoſito congruentem. Nauclero quidem profectò nõ permittitur, ut trãquillũ, ubi uellet, reddat infenſum pelagus: nobis uero admodũ etiam facile eſt, ut uitã nobis ipſis reddamus tranquillam, ſi internos animi tumultus, qui ex affectionibus inordinatis aduerſum nos inſurgũt, cõpeſcuerimus. Neq; enim facultatum diſpendia, neq; morbi corporis, neq; quæcũq; reliquæ uitæ moleſtiæ cautũ ac ſtudioſum pietatis lędent, donec animo ita comparatus eſt, ut cum deo ambulet, & de futuris cogitet, eoſq; fluctus, qui infernè excitantur, alacriter & expeditè ſuperet. Qui nãq; curis huius uitæ admodum ſunt occupati, inſtar auiũ carnoſarum ſunt, quæ fruſtra alatę, humi cum pecudibus detinentur. Porrò te nõ amplius per negotia uidere licuit, quàm qui in mari alteri alteros nauigio prætereunt. Attamen quoniã uel ex ungue totũ licet eſtimare leonem, arbitramur nos modico experimento ſufficientẽ tui cognitionẽ cepiſſe, unde & plurimi facimus quòd rerũ noſtrarũ aliqua apud te eſt ratio, & animo tuo nõ abſumus, ſed præſentes tibi iugiter memoriæ beneficio ſumus. Eſt autem memoriæ indicium quòd ad nos ſcribis, quod quo facies crebrius, hoc nobis amplius gratificaberis.

ἐξ ὄνυχος τὸν λέοντα.

BASILIVS DIODORO, QVO PACTO ordinandi ſint libri.

Accepi libros quos R. T. miſit, et altero quidem ſummopere delectatus ſum

A ſum,non ſolum propter illius breuitatē,ut par erat uſu uenire ei,qui iam ad omnia
ſegniter & ægrè affectus eſt, ſed & propterea quòd denſus eſt ac refertus ſentētijs,
& contrariorū antitheſes & reſponſiones illis ſubiectas, haud confuſe ſed recto or
dine digeſtas habet.Et præterea dictionis inaffectata & incópoſita ſimplicitas,de
cora mihi uidebatur & conueniēs profeſſioni Chriſtiani hominis,cuius eſt non ad
oſtentationē magis ſcribere quàm ad publicā utilitatem. Primū uero uolumē ean
dem quidē in rebus facultatē habens, dictione uero inſtructiore & ſchematibus
uarijs ac dialogica feſtiuitate ornatius, multū mihi uidebatur cū temporis ad per-
legēdū,tū laboris ad intelligendū poſcere,ad hoc, ut ſenſus & colligātur, & memo
riæ mādentur. Calūniæ nanq; aduerſariorū & cōſenſiōes noſtrorū interſertę,licet
dialecticā quandā ſuauitatē cōmentario adferre uideātur,eo tamē quòd tantū ge-
nerant moratū,mentis intētionē cōfundūt ac conuellūt,& ſermonis quoq; ſtrenui
uigorē remiſſum reddūt.Illud enim omnino prudētiæ tuæ notū eſt, quod & inter
extraneos philoſophos,qui dialogos cōſcripſere, Ariſtoteles quidē & Theophra *Ariſtoteles.*
ſtus mox rectā tractationē rerū aggreſſi ſūt, quòd ſibi cōſcij eſſēt penurię cuiuſdā *Theophra-*
dicēdi,deſtituti copia & ſuauitate Platonica. Plato uero ſermōis facultate prędítus, *ſtus.Plato.*
dogmatis quidē decertat, ſimul uero inductas perſonas Comico more perſtrin-
git. In Thraſimacho audaciā ac temeritatē, in Hippio animū leuē ac remiſſum,in
Protagora arrogātiā ac faſtū traducēs. Vbi uero indiſcretas perſonas dialogis ſuis
inducit,interloquutoribus utitur,diſtinctionis gratia.Ex perſonis uero nihil præte
rea argumentis quæ tractat annectit,quod in legibus fecit. Quapropter & nobis,
qui nō inanis gloriæ gratia, ſed ob id ad ſcribēdū accingimur, ut fratribus utiliū ac
B ſalubriū ſermonū monimenta relinquamus, ſi perſonā quandā,quæ propter mo-
rū peruicaciā omnibus iā antea & nota ſit & proclamata induxerimus, & de qua
litate illius ſermoni quędā ſunt attexēda,ſiquidē omnino nobis,relictis ipſis rebus
tales perſtringere homines cōuenit. Si uero indefinitū ſit de quo loquimur,cōten
tiōnes illæ perſonales cōnexionē quidem ſermonis interrūpūt, nihil uero utilitatis
tandē adferūt. Iſta ſcribo,ut declaretur,quàm nō in adulatoris manū labores tuos
miſeris,ſed fratri germaniſſimo cōmunicaueris. Scribo autē non ad correctionem
eorū quæ ſcripta ſunt,ſed ad cuſtodiā & cautionem futurorū.Prorſus enim qui tan
tum habitus & ſtudij ad ſcribendū impēdit,& in poſterū nō deſinet ſcribere, quan
doquidē nec illi deſinūt,qui argumēta ſcribēdi exhibent.Nobis uero ſuffecerit qui
dem ut quæ uos ſcribitis legamus, ut autē ſcribere poſſimus, nō minus ea in re im
pares ſumus,quàm,propè dixerim,in ipſa corporis ualetudine,aut in eo,ut uel me
diocriter ociū ab occupationibus agere liceat,Remiſi tibi iā per lectorem maius ac
primū uolumen, quod quantū licuit percurri:alterū uero detinui curare cupiens ut
transſcriberetur,uerū nondū datus eſt quiſq; eorū qui ſcribendi facultate ualēt .In
tantam enim rerum penuriam abijt parca Cappadocum egeſtas.

BASILIVS EVNOMIO.

Qvi ea quę ſunt,ſcrutatu facilia eſſe dicit,omnino uiā quandā ac rationē CLXVIII.
ex eorū quæ ſunt cognitione,mēte ſua cōplexus eſt,& in ijs quæ cōpre
hēſibilia ſunt et minutiora exercitatus,per huiuſmodi cognitionē et in
cōprehenſibilē phantaſiā ultra omnē cogitationē promouit.Itaq; qui
ſe exiſtētiū ſciētiā aſſecutū eſſe gloriatur, exponat nobis quomodo quod minimū
eſt eorū quę in lucē prodierūt, natura habeat,et quæ formicæ ſit natura, dicat,An

De formica. ſpiritu uel anhelitu uita ipſius cōtineatur,an corpus habeat oſſibus occupatū ac di C
ſcretū.Neruis ne ac nodulis cōiuncturarū roborata ſit.An muſculorū et glādularū
cōplexu neruorū natura foueatur.An è ſincipite per dorſuales nodos ad caudā uſ-
que medulla prorogetur. Vtrū ex neruoſæ pelliculæ cōplexione motis mēbris ſit
progrediēdi facultas.Habeát ne hepar,an ſub hepate ſit flauæ bilis folliculus,utrū
εἰ ψιλόν ἐστιν renes habeat,& cor,& arterias,& uenas,& mēbranas, & diaphragmata. Nudá ne
ἢ τετρίχω- ſit uel crinita.An unius tātū generis aut multifarijs utatur pedibus. Quādiu uiuat.
ται. Et quæ ſit illis propagādę poſteritatis ratio.Quotuplo fœtu dū generat fœcunde-
tur.Et quomodo nec pedeſtres omnes ſint formicæ,nec alatæ omnes,ſed alię hu-
mi repāt, aliæ uero per aëra uolitēt. Dicat itaq; formicarū nobis naturā, qui eorū
quę in natura ſunt,ſciētiā iactat,atq; ita demū de potētia illa omnē intellectū ſupe
rāte diſputet.Si uero ſcientia minutiſſimæ formicæ nōdū es aſſecutus naturā,quo-
modo incomprehenſibilem Dei potentiā imaginatione tua comp rehenſam eſſe
gloriaris?

BASILIVS OLYMPIO.

CLXIX. Qvid ſentis,ô præclare,de amica nobis & philoſophiæ altrice pauperta
te è ſolitudine reuerſus? Arbitror nāq; quòd ueluti poſſeſſinne ab ipſa
eiectus fugias, quę ſi ſermōis uſum haberet ita cōquereretur. Vt quid
iſti uiro cohabitare uolui,nunc Zenonē laudāti,qui cùm in naufragio
omnia abijceret,nihil nō uirile loquebatur, ſed euge dicebat ô fortuna, cōijcis nos
in ueſtē attritā ac lacerā,nunc uero Cleanthen, qui mercenariā operā ſuam locauit
hauriēdis fontibus,unde & ipſe ſibi uictum cōparabat,& mercedē præceptoribus
reddebat.Quin & Diogenē nunq; non celebrāti,qui ijs rebus tantū uiuere ac con
tētus eſſe conatus eſt, quæ eſſent ex ipſa natura , ita ut & paſtorale poculū abiece- D
rit, cū à puero quodā cōcauis manibus deflexo capite bibere didiciſſet. De iſtis ac
talibus te domeſtica noſtra paupertas incuſare poſſet,munificētia tua nunc domo
excluſa. Adijciet aūt & nōnihil minarū,q; ſi te denuo hic prehēdero,efficiā ut prio
ra Siculas aut Italicas delitias fuiſſe dicas , atq; ita per meipſam probè ultionē de
te mihi ſumā.At de iſtis hactenus. Gauiſus ſum aūt ubi audiui te iā medendi finē
aſſequutum, & opto, ut proſit medicina. Conuenit enim ſacræ illi animæ tuæ cor
poris obſequiū quod alacre ſit ac nihil habēs moleſtiæ.

EIDEM.

CLXX. ET literas R. T. aſſequutus,meipſo factus ſum hilarior & alacrior, & fili
orū tuorū nactus colloquiū,teipſum coràm uidere uiſus ſum. Illi ani-
mū meum admodū afflictum ita recreârūt & affecerūt ut oblitus ſim
ὀνειροπόλοι ueneni illius, quod cōiectores apud uos & ſomniorū caupones in gra
καὶ ὀνειροκά- tiā eorum quibus ueluti ſtipendio accepto obnoxij ſunt, aduerſum nos circumfe-
πηλοι. runt. Epiſtolas, alias quidem miſi, alias uero tandem, ſi uoles,dabimus,modò ſit
aliqua illarum utilitas accipientibus.

EIDEM.

CLXXI. PRimū nobis pauca ſcripſiſti, nunc uero ne pauca quidē,& uiſa eſt breuilo
quētia illa tēporis progreſſu omnino muta facta.Redi igitur ad inſtitu-
tum. Deinceps enim nō incuſabimus amplius Laconicè ad nos ſcriben-
tem , ſed & modicas literas ſymbola exiſtentes magnifici tui affectus plurimi facie
mus,modo ſcribas nobis.

EIDEM.

CLXXII. QVēadmodū maturitas rerū ita habet,ut quęq; ſuis tēporibus colligātur,
uere flores, ęſtate ſpicę,autūno poma, ita & hyemis fructus ſunt literæ

Candi

A

CANDIDIANO.

CVm Epiſtolam tuam in manus ſumerem, metu quodam illius afficiebar, tanquã adferẽtis aliquid publici mandati, atq; interea dum eam reſignabam, aſpicere non audebã, plus illam reueritus, quàm nullus Spartanus reus ſcytalen Laconicam. Vbi uero illam reſignaueram, & iam ſingula perlegeram, in riſum ſoluebar, cum præ gaudio quòd nihil intemperanter geſtum audiebam, tum quòd tua conferebam cum ijs quę Demoſtheni ac ciderunt, quòd ille quidem cum paucis quibuſdam choreutis & tibicinibus conſtitutus eſſet choregus, noluerit amplius Demoſthenes, ſed choregus uocari: tu uero idem ipſe & choregus es & non es: Choregus pluribus militum myriadibus, quã ille uiris neceſſaria ſuppeditauerit, quicq; nobis non pro dignitatis forma quàm ge ris, ſed cõſueto more ſcribis, & de diſciplinarum ſtudio nihil remittis: ſed inſtar Pla tonis in negotiorum tempeſtate ac fluctibus, ad firmum ac tutum munimentum cõfugis, ne ulla perturbatione animi tui tranquillitas diſturbetur. Imò neq; alios, quoad poteris, perturbari ſinis. Et res tuæ quidem tales ſunt, magnæ & admirandæ ijs qui eas cognoſcere poſſunt. Et rurſus admirandæ non ſunt, ſi quis illas ad inſtituti ac ſententiæ tuæ propoſitum contulerit. Audi uero & noſtra, quæ & para doxa ſunt, & meritò nobis accidunt. Moroſus quidam & agreſtis homo, ex illis qui in Anneſis habitatione nobis coniuncti ſunt, mortuo famulo meo, cum quo ſibi nonnihil fuiſſe controuerſiæ dicit, me non interpellato, præter omnẽ præmiſſam accuſationem, imò etiam petitionem ut quicquam à uoluntario, cum uiueret, acciperet, citra ullas etiam uiolentæ coactionis minas ſi non accipiat debitum, ex

CLXXIII.

Id eſt, tabulam criminalem in quam ſolebãt conſcribi deli cta reorum.

Choregus eſt, qui ſuper quoſ dam princeps & neceſſario rum ſubminiſtrator conſti tutus eſt.

B inſperato quibuſdam paris audaciæ complicibus adiutus, in ædes noſtras irruit, mulierculas domus cuſtodes percutiendo attriuit, fores domus effregit, omnia ex portauit, alia ipſe ſibi ſumens, alia quorumlibet rapinæ exponens. Itaq; ne nos omnium imbecillium extremi ſimus, & nemini non ad opprimendum apti & expo ſiti uideamur, officij ſedulitatem quam erga nos hactenus declaràſti in omnibus negotijs, ut & nunc impendas, exorari te ſinas obſecro. Nam in hoc ſolo nobis uitæ tranquillitas ſeruabitur, ſi tribunali tuo coniuncti & cõmendati fuerimus. Suffi ciet autem nobis ea uindictæ menſura, ut per Pyrargum captus breui tempore in carcere detineatur. Etenim non ſolum illa quæ ab ipſo perpeſſi ſumus ægrè ferimus, ſed & ſecuritate deinceps opus habemus.

BASILIVS PHIRMINO.

LIteræ tuæ ad nos, & raræ ſunt, & præterea breues: ſiue propter ſcriben di deſidiã, ſiue quòd ita inſtitueris cauere, ne illarum multitudine mihi ſatietatem incutias, aut certè quod ad breuiloquentiam teipſum aſſue feceris. Nobis ſanè nullæ literæ ſatietatem adferunt. Sed etiam ſi nos multitudine illarum adobruas, deſiderio tamẽ noſtro haud ſatisfacies: propterea quòd prorſus de ſingulis rebus tuis edoceri cupio, quomodo ualeas corpore, quo modo in pietatis exercitio promoueas, an perdures in ijs quæ ab initio didiciſti: ſiue quicquam eorum mutaueris animi ſententia, ad ea quæ coincidunt, translata. Quòd ſi conſtanter adhuc tibi ſimilis es, literarũ multitudinem haud exegerimus, ſed ſuffecerit nobis ſi tãtundem ſcribas. Phirminus Baſilio. Bona nos eſſe ualetudine ſcias. Vale. Quoniam uero audimus, quæ & dicere erubeſcimus, quòd reli

CLXXIIII.

ὁ αὐτὰ τῷ αὐτῷ.

ĉto bonæ memoriç progenitorum inſtituto & propoſito,ad auum paternũ tranſ C
fugeris,ac Brettannius pro Phirmino fieri ſtudeas, requirimus hæc ipſa abs te au
dire & cognoſcere,quibus rationibus,ut hanc uiam ingredi uolueris,inductus ſis.
Verum quoniam ipſe de his rebus obticuiſti pudore inſtituti tui cohibitus, nos te
admonemus, ne uelis ea meditari,quæ turpitudini ſint obnoxia, & ſi quid horum
mentem tuam ſubijt,reiecto illo,tibi ipſi reſtituare,ac militia iſta,& armis, & exer-
citus moleſtijs æternum ualere iuſſis,ad patriam reuertâre,ſatis ad uitæ ſecuritatẽ
& ſplendorem fore ratus,ſi ex æquo ciuitate illa cum progenitoribus potiare, id
quod abſq; ulla moleſtia tibi ſucceſſurum credimus, reſpicientes tum ad commo
ditatem eam quam ex fide habes, tum ad hoc, quòd nemin**ẽ** habebis qui relucte
tur.Siue igitur hic animus tibi ab initio nõ fuit, ſiue cum fuerit iterum excidit,ſigni
ca nobis properé.Si uero,quod abſit,eadem tibi inſtituti conſilia manent, ipſa no
bis iſtud nuntiet calamitas,literas uero non requiremus.

IVLITTAE LIBERAE

CLXXV. Ars quædam eſt aucupandi columbas,uidelicet talis: Vbi unam cœpe
runt,qui capiendis illis ſtudent,cicurem illam reddunt,& ad humanũ
conuictum aſſuefaciunt. Deinde unguento alas illius perungunt, ſi-
nuntq; coniungi agreſtibus: illa uero per unguenti fragrantiam, agre
ſtem illum ac liberi paſtus gregem ad poſſeſſionem transfert eius,cuius ipſa eſt do
meſtica. Bene olentes nanq; ſequuntur & reliquæ, atque ita in poteſtatem colum
barij ueniunt. Quamobrem autem literarum iſtarum iſtud exordium eſſe uolui?
Quoniam Dionyſium filium,aliquando Diomedem,nactus,diuino unguẽto a-
nimæ illius alas perunxi,& ad honeſtatis tuç grauitatem miſi,ut & teipſam illi iun D
geres,& ad nidum reciperes, quem ipſe apud nos compegit. Quòd ſi iſta in uita
mea fieri,& iſtam honeſtatis tuæ grauitatem ad ſublimen hanc uitam transferri ui
dero,multis perſonis Deo dignis,opus habeo,ut debitas illi gratias agam.

ANEPIGRAPHOS

CLXXVI. Quòd te diligam, ex eo quod ſcribo diſce. Quòd tu me odio perſequâre,
ex eo quod taces cognoui. Scribe uel deinceps, calamo, atramento &
charta,eos qui te diligunt diligens.

ALIA

CLXXVII. Vnum uitæ indicium eſt ſermo. Quomodo autem tu reputaberis adhuc
ſuperſtes eſſe, cum nunquam loquare? Pelle itaq; ſilentium hoc tuum
ſcribens nobis,indiciumq; præbens quòd uiuas.

NOTARIO

CLXXVIII Sermones naturam habent uolucrem. Quapropter literarum notis u-
tuntur homines,ut ſermonum auolantium uelocitatem qui ſcribit prç
hẽdat.Tu igitur puer notas literarũ perfectas ducito, formasq; recto
ordine collocato.Modicus nanq; error ſcribẽtis, plurimũ de ſermone
deterit. Diligentia uero ſcribẽtis quod dictum eſt integrè perficitur & abſoluitur.

PRAESIDI

CLXXIX. Maximum & primarium eſſe. D.T. ſtudium ut quouis modo uiro iuſto
gratificeris,probè noui. Alterum, ut & amicis benefacias: & ad patro
cinium magnanimitatis tuæ confugientes tuearis.In præſenti itaq; ne
gotio prorſus

A gotio prorſus nobis cõuenit. Iuſta nanq; eſt cauſa, quam obeundam ſuſcepimus, nobisq; grata, quos amicorum tuorum albo adnumerare dignatus es, & utilis illis qui ſeueritatem tuam, pro auxilio contra iniurias acceptas implorant. Frumentum nanq; quod ſolum ad neceſſariam uitæ ſuſtẽtationem deſideratiſſimus frater Dorotheus habuit, nonnulli eorum qui magiſtratu in Beriſis funguntur, rapuerunt, ſiue ſuapte ſponte iſtam uiolentiam, ſiue alijs conſentientibus exercentes. Verum nullo pacto hoc illis ad excuſationẽ faciat. Quid enim minus lędit, qui ſuapte malitia lædit, quàm qui aliorũ improbitate adiuuatur. Idem damni redit ad eum qui læditur. Petimus igitur, ut frater hic quod amiſit ab illis recipiat, qui abſtulerunt, nec liceat illis culpam eorum quæ auſi ſunt committere, in alios reijcere. Quantum autem commodi habet, ſicubi rei frumentariæ penuriam effugere datur, tanti faciemus iſtam beneficentiam magnanimitatis tuæ, ſi illa nos dignatus fueris.

BASILIVS LIBRARIO

Recte ſcribito, uerſusq; rectos ducito, & neq; ſurſum manus, neq; infrà CLXXX. feratur ad præceps, neq; cogas calamum per obliquum, inſtar cancri Eſopici, ingredi, ſed rectà incedat, tanquam ad amuſſim artificum. Sanè ubiq; æqualitatẽ ſerues, & quicquid inæquale eſt amputes. Quod enim obliquum eſt, indecorum eſt: rectum uero, iucundum eſt uidentibus, non ſinens ad morem gruum legentium oculos ſusq; deq; ferri, quod mihi uſuuenit ſcripta tua legenti. Verſuum enim gradus, ubi de alio ad alium tranſeundum eſt, ad finem ſubſequentis rectus eſſe debebat. Vbi cum nullus ad ſequentia patebat ordo, recurrendum erat, requirendaq; ſeries ordinis per retrogradum
B inhærendo ſulco, perinde atq; Theſeum filo Ariadnes inhæſiſſe ferunt. Scribe itaq; rectè, nec mentem legentis tranſuerſis & obliquis ſcriptis ſeducito.

FINIS.

SERMO BASILII MAGNI DE PA- c
RADISO

PLANTAVIT Deus Paradiſum in Edem, uerſus Orientis pla
gas, & poſuit illic hominem quem finxerat. Expendamus plan-
tationem Deo dignam, & Paradiſum quæ talis ac tanti opificis
elegātiam decet. Suprà dictum eſt, Producat terra herbam fœ-
ni, & lignum frugiferum ferens ſemen, faciens fructum. Quòd ſi
ex communibus & uulgaribus lignis conſita eſt Paradiſus, com
prehenſa uidelicet eſt ſub prima plantarum procreatione, nec opus habuerunt,
præcipua aliqua Dei plantatione arbores illæ quæ iam in Paradiſo à Deo planta
tæ cōmemorantur. Nunc autem ueluti ſeparatim, præter ea plantarū genera quæ
iam producta erant ſingulares ac ſingulari ſtudio, quoſdam arborum hortos ab
ipſo Deo conſitos ſcriptura oſtendit. Quemadmodum enim hominem ſeor-
ſum à reliquis animantibus, præcipuo figmento dignatus eſt: ita & hominis iucun
dam manſionem propriè manus opus eſſe fecit, locum ſcilicet omnem creaturam
excellentem, pulchritudine admirabilem, in ſublimi ęditum & undiq; cōſpicuum,
nullis tenebris propter celſitudinem obnoxium, quem aſtra orientia colluſtrarēt,
ex omni parte lucidum, iucundā tempeſtatum temperiem obtinentem, aëre lym-
pidiſſimo illuſtrem. Illuc igitur plantauit Deus Paradiſum, ubi nulla eſſet uentorū
uis, nulla tempeſtatum intemperies, nulla grando, nulla fulgura, nullæ procellæ ac
turbines, nulla fulmina, nulla hyemalis glacies, nec ueris humiditas, nec æſtatis fer D
uor, nec autumni ſiccitas, ſed bona temperies, & tempeſtatum inter ſe pacifica con
ſonantia, ita ut ſingulæ ipſarum propria uenuſtate ornatæ eſſent, nec præcedens à
ſequente incōmodi quicquam & inſidiarum metuere poſſet: dum neq; uerno de-
cori ſubſequens æſtas noceret: neq; æſtiui uel autumnales fructus præ ſenio deflu
erent. Nam ita locum hunc conſtituit, ut ſatis alioqui illum anni ſingulæ tempeſta-
tes peragrarent, imò præcipuis illum ſuis facultatibus ſtipantes ac communientes
conferrent ſingulæ, uernalis quod habet delicatum & iucundum, æſtiua fertilita-
tem, autumnalis hilaritatem, hyemalis otium & quietem. Deinde ut terra eſſet pin
guis, mollis, & uerè lacte ac melle fluida, ad fertilitatem frugum accōmoda, ac ferti
liſſimis aquis irrigua, quæ incredibilem quandam pulchritudinem haberent, ſubti
les ac perſpicuæ, & multum quidem iucunditatis ſpectantibus, plus uero utilitatis
utentibus offerentes. Primum itaq; ipſum Paradiſi locum cōſtituit, capacem plan
tationum Dei. Deinde plantauit in illo omnifariam arborum pulchritudinē, quæ
& gratiſſimæ eſſent aſpectu, & iucundiſſimum ſui exhiberent uſum. Quonam pa
cto patriam noſtrā conſpectui tuo conſpicuè proponere potero, ut te hinc ex iſto
reuocet exilio? Quòd ſi florida prata iucūda ſunt aſpectu, animo quod amœnius
Quid Roſa illis ſit imaginare. Roſa hic ſpinis eſt coniuncta, externa gratia moleſtiā obtegēs,
mortales cō & tantum non aperta nos uoce cōteſtans ac dicens: Quæ iucunda uobis ſunt ô ho
teſtetur. mines, triſtibus per mixta ſunt. Nam uerè in humanis bonis ita comparatum eſt,
ut nullum eorum ſyncerum ſit, ſed confeſtim lætitiæ & hilaritati cōglutinetur mœ-
ſtitia: cōiugio uiduitas: puerorū educationi cura & ſolicitudo: fœcunditati aborſus:
uitæ ſplen

A uitæ ſplendori ignominia, proſperis ſucceſſibus diſpendia, delitijs faſtidiũ, ſanitati infirmitas, florida quidem eſt roſa, ſed mihi triſtitiam infligit. Nam quotiescunq; florem hunc uidero, peccati mei admoneor, propter quod terra, ut ſpinas ac tribulos proferat, condemnata eſt. Et hic quidem tranſitoria ac breuis momenti uernorum florum gratia adhuc deſiderantes deſtituit (Nondum enim ab illorum collectione domum reuerſus in ipſis adhuc manibus noſtris conſtituti marceſcũt) in paradiſo uero florum ſplendor non eſt momentaneus, ſed conſtantem habent iucunditatem, elegantem aſpectum, infinitum oblectamentum, inſatiabilem fragrantiam, & colorum elegantiam refulgentem. Non perturbant illos impetus uentorum, non flaccefaciunt neomeniæ, non glacies horrida congelat, nec ſolis inflammatio torrefacit, ſed flatus quidam admenſuratus tenuem & iucundam reſpirationem adfert, leuiter illos ac placidè adflans, ac indomabilem tempori gratiam ipſorum conſtituens & conſeruans. Et ipſarum quoque plantarum uenuſtas talis eſt, quæ conditoris opificium & plantationem deceat, ſiue ſint ſurculaceæ, ſiue frutices, ſiue unius caudicis, ſiue ramoſæ, ſiue alticomæ, ſiue utrinque florentes, ſiue folijs deciduæ, ſiue perpetuò foliatæ, ſiue folijs perpetuò deſtitutæ, ſiue ſemper floridæ, uel frugiferæ ſint, uel infrugiferæ, cum uſui deſtinatæ ac neceſſitati, tum ad oblectamentum conferentes, magnitudine ac uenuſtate omnes eximiæ, opacæ ramis, utrinque floridæ comis, fœcundæ fructibus, aliam atque aliam utilitatem & oblectationem exhibentes. Nam quiſque illarum fructus multum quidem habet elegantiæ & gratiæ: plus uero utilitatis. Quomodo tibi delitiarum illarum excellentiam repræſentabo? Si contulero cum

B præſentis ſeculi delitijs: contumeliam illis potius ex collatione attulero. Aut quã tibi uel ex imagine aliqua energiam ob oculos exponam? Omnia perfecta ſunt, omnia tempeſtiua & matura, non paulatim accepto incremento adaucta. Non enim a flore ad abſolutam maturitatem creſcunt, ſed propriæ maturitatis uigore, non humana induſtria, tanquam naturæ apoteleſmata exoriuntur. Illic & auicularum uaria ſunt genera, quæ alarum flore, & natiua muſica, admirabilem quandam per ſeipſas oblectationem offerunt ſpectantibus, ita & per omnes ſenſus iucundè afficiant hominem, quæ in paradiſo ſunt, alia uiſu, alia auditu, alia tactu, quædam olfactu, aliqua guſtu. Sunt illic & uariorum animantium ſpectacula, quæ omnia ſunt manſueta, omnia eorundem morum, quæ omnia & audiunt inter ſe & loquuntur ſenſatè. Serpens tum non erat horrendus, ſed mitis ac manſuetus, nec terribiliter in telluris ſuperficie ueluti natabat, ac ſerpebat, ſed ſublimis & erectus in pedes ingrediebatur. Illuc poſuit hominem, quem finxerat. Alibi finxerat, illuc autem illum introduxit. Quemadmodum & luminaria ſeorſum fecit Deus, & poſtea in firmamento locauit, ita & hominem puluerem quidem finxit è terra, poſuit autem in paradiſum. Notandum uero, quòd non dictum eſt, quem fecerat, ſed quem finxerat. Quem enim fecerat, ſecundum imaginem ſuam fecerat. Is autem corporalis non eſt. Et quod corporale non eſt, loco non circumſcribitur. Nam comitatur quidem quod factum eſt figmentum, hoc eſt, anima fictum corpus. (Simul enim eſt quod compoſitum eſt) peculiariter tamen corporum eſt locus. Anima uero †appendicis modo in loco eſt, propter habitum quem habet ad corpus, non

Apoteleſmata ſunt quæ naturæ ac cœli beneficio abſoluuntur.

Serpens.

†κατεπακολούθημα.

propter

iuſtus ſicut palma florebit. Et uineã ex Ægypto tranſtuliſti, eieciſti gentes, & plantâſti eã. Conare ergo per huiuſmodi doctrinam paradiſi acquirere intellectum, ut aſſequare diuinæ lucis aurorã, in qua lux ſcientiæ oritur, ut intelligas, quomodo plantata ſit paradiſus delitiarum. Quòd ſi locum aliquem cogitaueris ſanctorum capacem, in quo omnes, qui in terra bonis operibus reſplenduerũt, gratia Dei fruantur, & in uera ac ſpiritali iucunditate uiuant, non aberraueris à decenti illius coniectura. Illic itaque bonæ quædam uirtutes radicatæ ac ſolidè ſtabilitæ ſunt, miniſtræ ſanctorum, quibus homo recens natus plurimoq; ad perfectionem adiumẽto opus habẽs, traditus eſt. In quo loco cœtus ſunt ſanctorum, in quo lucis ortus, in quo animæ delitiæ, illic poſuit Deus hominem. Si carnalis es, habes deſcriptionem corporalis paradiſi, & delicatiſſimam ſaturitatem. Si plurimi facis ſenſibiliũ rerum oblectationem, accelera ad illam, in qua delitiæ indeſinenter ſubminiſtrantur. Si ſpiritalis es, & ſublimiora corporalibus delectationibus expetis, aſcẽde animo ad pulchritudinem angelorum, cognoſce in illis iuſtitiæ fructus, contemplare fluuium aquis Dei refertum, cuius impetus ciuitatem Dei lętificãt, cuius artifex ac conditor Deus eſt. Ciuitatem illam perfluit fluuius ille Dei, qui oritur in Edem, & paradiſum irrigat. His omnibus mente cognitis, glorifica Deum, quoniam illum decet omnis gloria patrem ſcilicet, & filium & ſpiritum ſanctum in ſeculorũ ſecula.

Amen.

Ambroſij

AMBROSII CAMALDVLENSIS IN BASILII DE VERA VIRGINITATE librum Præfatio. c

DOMINO VENERABILI AC OMNI CHARITAtis officio ſuſpiciendo patri Gabrieli, Ambroſius S. D.

PROLIXVM ſatis librum ſancti Baſilij Cæſarienſis epiſcopi uiri profectò grauiſſimi, de uera integritate uirginitatis inſcriptum ex Græco conuerti. Quippe amœna ipſius operis frons, atq; honeſtiſſimus titulus ad perlegendum primò, tum etiam ad transferendum facilè impulerat. Neq; uero ab inſcriptionis gratia cętera diſſentiebant: uerum pulcherrimo ueſtibulo reliquæ ſtructuræ partes reſpondebant. Tanta enim diligentia patronus ille pudicitiæ, adeò inſignis uirginitatis decus componit: ornat: inſtruit: tanta cura tuetur: armat: munit: deniq; uigilantia inſidias omnis præcauet: detegit: aperit: ut meo quidē iudicio nemo unquā eam rem egerit diligentius. Licet enim permulti, immo ferè omnes eccleſię magiſtri, tum Latini, tum Græci, uirginitatis inſigne ſummis extulerint laudibus, atq; ad eam ſeruādam plurimis ingenij ſui, præclariſq; monumētis hortati ſint: nullus tamē ita examuſſim cuncta proſequitur. Id ſanè traducendi onus, & ſi uirium mearum modum, excedere nō ignorabam: quia tamen perutile fore arbitratus ſum, promptè, libenſq; ſubij, paſſus tanto uiro aliquid, immo uero plurimum de eloquij duntaxat uenuſtate detrahere, quam quidem imitari uelle, facilius fuit, quàm poſſe felicius: D dum præclaram eius, ac neceſſariam, ſaluberrimamq; doctrinam Latinis auribus traderem. Tibi uero pater optime id opus, tuoq; nomini dicandum fuit: ut eximio in me amori tuo, & officio meo aliqua ex parte ſatisfacerem. Accipies gratè pro tua humanitate munuſculum ab ingenio tenui, ſed tibi planè deditiſſimo, animoq; in te gratiſſimo profectum: atq; intentius leges. Inuenies profectò, non ambigo, in illo gratiæ plurimū: dum familiare illud tibi, pretioſiſſimumq; uirginitatis monile tanto muniri ſtudio, tantaq; celebrari laude perſpexerit, ut maiore certè nequiuerit. Venerationē tuam Chriſtus deus noſter omnipotens quietam ac trāquillam æuo longiore tueatur, domine uenerabilis ac deſiderabilis pater.

Diui Baſilij

DIVI BASILII MAGNI EPISCOPI CAESARIENSIS

IN CAPPADOCIA DE VERA VIRGINITATE AD LETOIUM MELITENSEM EPISCOPUM LIBER.

Ambroſio Camaldulenſe Interprete.

CVM plurimi ex his, qui immortalẽ ſponſum noſtrum Chri-
ſtum familiarius ambiunt: quoſq; ad conſiderationem uerę
honeſtatis cœleſtis uulnerauit amor: uarias intra ſanctã Ec-
cleſiã honeſtatis ſpecies à pleriſq; ſtudioſe arripi, atq; exerce- τοῦ καλοῦ.
ri cernerent: alij quidem uirginitatis laudes, alij autem eorũ
merita, qui ieiunijs, uigilijs, & reliqua ſancti propoſiti auſteri- ταῖς χαμευνί-
tate corpus affligunt, deſcripſere: quidam item illorum ma- αισ.
gnanimitatem admirati, qui propter Dominũ ſubſtantias ſuas uendunt, ut illum
nudi expeditiq; ſequantur: eorũ præconia prolixo ſermone proſecuti ſunt. Verũ
hi omnes non quo pacto ſingula eorum, quæ prædiximus, arripienda ſint, docere
opus eſſe arbitrati ſunt: laudes ſolas ad profectum, incitamentũq; uirtutis ſufficere
exiſtimantes. Ego autem tibi Epiſcoporum unanime Letoi, nõ uirginitatis laudes,
non ſubſtantias uendentium merita, non præconia ieiunijs macerantium corpora
ſcribere, ſed quid horum quodq; ſit, & qua ratione apprehenſum ad uerã uirtutẽ
conferat, lucidè pro modulo meo promere inſtitui. Neq; id ſanè ut te iam pridem
ueteranum Chriſti militẽ doceam: neq; ut ad huiuſmodi cõſiderationem pulchri-
tudinis ſpeculandam tibi †uirtutum differentiam ſtatuam: ſed ut, dum ſingula eu- †naturarum.
iuſmodi per naturam ſint explico: non eos tantum, qui tuo inſtituũtur exemplo, ac
per te iam ueri boni affectum conceperunt, totiſq; animæ ſinibus hauſerunt: uerũ
& cæteros, qui iſta lecturi ſunt, ſalubriter moneam. Quibus dum ueluti in tabella
pictam oſtendimus ueræ uirginitatis imaginem: ea quoq; quo modo, unde, qui-
buſue uirtutis coloribus ornetur, diligentiſſimè inſpiciendum præbeamus: & ſic
unumquẽq; ſecurius, ac certius, quàm cupit, uirtutis ſpeciem arripere quanta poſ- τοῦ καλοῦ.
ſumus intentione doceamus. Magnum enim re uera quiddam, ac præclarum uir-
ginitas eſt: quæ (ut totum ſimul explicẽ) hominem incorruptibili Deo ſimillimum
facit. Hæc autem profectò non à corporibus ad animas manat: ſed cum incorpo-
ralis animæ propria & præcipua ſit, eius pretioſiſſima †integritate corpora quoq; †uirginitate.
incorrupta ſeruantur. Anima enim ueri boni deſiderio imagineq; ſuſcepta, ad
ipſum ueluti penna quadam pudicitiæ ſanctitate ſubuehitur: ac ſimili ſimile, hoc
eſt, incorruptibilem Deũ inuiolabili puritate colere omni ſtudio intenta, corporis
uirginitatẽ †ad eius, quod per ſe bonum eſt, obſequium ueluti ancillam ducit. Eam †ad ſuæ ipſius
uero ſociam, aſſiſtricemq; tranquilliſſimam ad Dei cõtemplationem adeſſe ſibi iu- pulchritudinis
giter cupiẽs, obſtrepentis illi uoluptates corporis quàm longiſſimè fugiat. Et earũ obſequium.
quæ ſub uentre ſunt, uoluptatum continentiam corporalis integritatis obſequijs
mancipans, hanc ipſam ſuæ uirginitatis pediſſequam facit. Ita fit ut alia quidẽ om-
nia ſcilicet ciborũ abſtinentia, & reliqua ſancti propoſiti auſteritas, quæ fluentibus
per corporis ſenſus contra carnis integritatẽ uoluptatibus obſtat: ipſaq; uirginitas

N carnis

carnis,illius gratia ſeruetur. Hæc autem ipſa ob aliud nihil quàm propter ſeipſam affectu intimę pulchritudinis exerceatur. Sic aũt fidelis anima uirginitatem ſuam ab omni ſordidę cogitationis labe purã,immaculatamq́; cuſtodiẽs,ad id prouehitur:ut ſimilitudinẽ incorruptibilis Dei in ſe,ueluti in ſpeculo mundiſſimo,ipſo iam gratijs ſuis ſuauiſſimi radij in morem illi influente, ſpeciem & laudem ſuam conſequatur.Quoniam igitur uirginitas|uera, ſicuti præcedens ſermo ſignauit, &procedens apertius, uberiusq́; docebit:inuiolabilis animæ pulchritudinis, per quam & corporis elaborãtur bona:propria, ac peculiaris eſt:plurimi uero ſolo uirginitatis nomine illecti, nullam ueræ integritatis curam habent: neceſſariò (ut reor) tantæ ſanctitatis coronam rapere inſtituentibus acclamare pro uiribus &, quæ ſint agenda dictare aggreditnur: ne per ignorantiã principale bonum negligẽtes, omne uitæ tempus in ancillæ ſeruitute conſumant,ac per id,quod nunquã eius dominã colere opportunè ſtuduerint: etiã corporis integritate minimè interioris uirtutis ornata pulchritudine, poſt plurimos labores turpiter excidant. Vt igitur ſingula,quæ ad ueræ uirginitatis ſpeciẽ conferunt, clarius perſpiciantur: age cuinã deſtinationi intendẽs uirgo ſuã exerceat uirginitatẽ, diligentius inſpiciamus.Ita enim per ſingulos ipſius motus, ſiue ad propoſitam contendat deſtinationẽ: ſiue aliud proponens,& ſe ad aliud dirigẽs,principali intentione fruſtretur:ueluti in meridiana luce intuẽtes,uera profectò quæ ſit uirgo noſcemus. Principio igitur ut ſeſe fœmina ad marẽ per naturã habeat,ſi ita placet,paulò altius diſcutiamus, ut & uirginitatis deſtinationẽ liquidius animaduertere poſſimus. Paucis nẽpe ex primis animãtibus,ueluti ex quibuſdã primitiuis ſeminibus, cum implere mundũ cõditor inſtituiſſet,cuiuſq; ſpeciei animantiũ,ueluti radicẽ quandam,corporalis animalis formam à principio cõdidit.Eam uero in marem ac fœminã, à rationali animãte uſq; ad omnem mutorũ ſpeciem ſcindens,ac fœminam maſculi partem,quippe ex illo ſumptã,eſſe conſtituens,ſtimulum cuiq; parti,flagrantemq́; cupidinẽ mutuæ coniunctionis naturæ inſeruit.Hac ergo ratione diſciſſa ab ſe ardentibus amoris copulis ſibi inuicẽ iungens, cõiunctione huiuſmodi omne animaliũ genus ex præcedentiũ ſeminibus pullulãs per ſecula multiplicat:Creſcite, inquiens, et multiplicemini, & ſic replete terrã.Sic autẽ mundũ omnẽ ex uno Adam humano genere,innumeriſq; gentiũ uarietatibus cum propoſuiſſet implere: & ex quolibet itidem brutorũ genere,quadrupedũ,ſerpentium,uolatiliũ,aquatilium, omnigenumq́; animalium formis innumeris refertũ apparere uoluiſſet:maris quidẽ poteſtati fœminam ſubijcit:maſculũ uero blandiſſima fœminæ uoluptate demulcet. Atq; hãc quidẽ maſculi de latere ſumptã,ut partem toti,ex quo ſumpta eſt, obtemperantẽ eſſe, eiuſq; imperijs parere decernẽs, maſculũ uero ſumptã de ſe fœminã ardenter appetere, & eius perſequendo cõgreſſum, ad ſe ipſum per huiuſmodi copulã proprium recipere membrũ,naturali neceſſitate cõſtituit.Hunc igitur in morẽ ex uno duos,atq; iterũ ex duobus unum,maſculum & fœminã ſapientiſſimè molitus, non ſolũ hanc corporis copulã per eũ quem prædiximus modum, ipſorũ propriã finxit:uerum & ad id genus,quod ex huiuſmodi cõiunctione amoris facibus|accẽderetur:ingentem eis infudit affectũ.Atq; ita maſculũ quidẽ actiuum(ut ſic dixerim)quippe prius conditũ, paſſiuam uero fœminam, utpote ex maris euulſam latere, naturaliter condidit.Ac ne ſummo ad ſui generis ſtirpem affectu acta mulier,quippe paſſiua, ſine

Marginal notes: ἴσχον ἄῤῥεν ον. — D — δίνεσ.

ſine adiutorio relinqueretur:ita fœminam effinxit,ut eſſet maſculo tota uoluptatis illecebra,uiolentisq; ſtimulis ad ferẽdos fœtus ad illam pertrahit uirũ,nõ utiq; ad marem fœminam, ſed hunc(ut diximus)uoluptate conſtrictum ad ipſam ducens uinctum atque captiuum. Sicut enim ſecretiſſima naturæ in magnete lapidem no uimus, non ipſum ad ferrum duci, ſed ad ſe potius ferrum attrahere:ita & fœmi/ neum corpus aduerſus maſculũ ineffabilem accepit uim, per quã fermè dixerim ig norãte anima,quæ in ipſo eſt, uiri corpus ultro ad cõcubitum pertrahit:ita infirmi/ ori animanti conditore auxiliari inſtituẽte, ut uoluptate ſua maſculũ mulcens atq; † *incantans.*
deliniens, non ſolum ad liberorũ procreationem:uerum & ob ipſius cõiunctionis ardorẽ,ipſius auxilio niteretur. Propter hoc deniq; relinquet, inquit, homo patrẽ ſuum & matrẽ:non fœmina planè, ſed uir, ob inſitum libidinis ſtimulum ad fœmi næ concubitum properans.Et adhærebit,inquit,uxori uir,non uxor uiro,et erunt duo in carne una. Huiuſmodi uero potentiam aduerſus dominatorem ſuum infir miori ſexu creator largitus, ipſam quoque effigiem, ac ſpeciem fœminei corporis molliorẽ effinxit:ut & tactu, & aſpectu, †et inceſſu, teneritudine deniq; & delicata agitatione membrorũ,& inſpiciens, & inſpecta,maſculo eſſet uoluptatis illecebra, καὶ κινήματι.
quocũq; ſe uerteret,undiq; ſeſe illius ſenſibus ingerens. Hac igitur ui ob eam, quã prædiximus, cauſſam noſtris corporibus inſita, uirgo æqualẽ quidem eiuſdemq; ſubſtantiæ animã & uiro & mulieri ineſſe cõſiderans, cæterũ in utroq; ſexu pro ua rietate affectionũ hanc molliri in fœminã,illam in uirile robur euadere, ſimulq; ex † τὴν μὲν θηλυνομένην,
corporũ,quibus alligatę ſunt, cupidineo cõgreſſu innumeras perturbationũ ſpeci/ τὴν δὲ ἀρρενουμένην.
es percipere animas cernens,hanc quidẽ ab omni affectione corporis ſecernere, iu giter in animũ inducit: habitũ uero illũ excidere, qui ſibi per naturã inditus eſt ad marem,ſeſe à corpore ad ueram ſpeciem ſuam conuertẽdo, profitetur. Hanc autẽ pergere uirtutis uiã omni ſtudio intendens,non iam ipſam cõditionis ſuę proprie/ πρὸς τὸ οἰκεῖον καλόν.
tatẽ & habitũ quem ad uirũ habet intuetur, ſed inſitæ ſibi animæ incorporalis ad incorporeũ Deũ propinquitatẽ acutiſſimo circũſpicit oculo,et amoris intimi & ſpi ritalis lõge clarius lucentẽ,ac ſuauius ardentem faculã in ſe accendẽs, glorioſis pro illo ſudoribus ſeſe exercere iugiter cupit:nudãq; ſe, ac ſine ullo omnino ſenſu uolu ptatũ eius,in quo uiuit, corporis,pro uiribus curat oſtẽdere.Quoniã igitur diuinũ profectò quiddã,ac præcipuũ immaculatæ animę inſigne uirginitas exiſtit:maſcu lorũq; ac fœmineorũ corporũ is eſt,quẽ diximus,ad inuicẽ habitus,uirgo,quę nul lã fœmineæ uoluptatis labẽ ex corpore patitur,& omnia carnis uitia,omnẽq; per/ turbationẽ animi ab ſe prorſus eliminẽs,puriſſimã ſe Deo ſiſtere,quẽ amare pro/ fite ur,tota animi intẽtione conatur:manifeſtũ eſt,quòd uiolentorũ præmiũ cœlo rum regnũ eſſe non ignorãs,ut propoſita deſtinatione fruatur:uim inferre naturę ſuæ debeat, neq; eam tantũ ſuperare uoluptatem, quæ in eiuſmodi ita efficto cor/ pore concubitus illecebram ſuggerit: uerum contra omnẽ uoluptatis ſpeciem for titer conſtanterq; perſiſtere. Voluptas enim,cũ una generaliter ſit:ueluti fons qui dam à carne profluit, atq; in quinos ſenſus,ueluti in riuos quinque diſtributa,per hos ad ſenſibilia ab intimis fluit,quorũ quilibet per propriã organi ſui feneſtram fluctũ ſuum ſenſibili,quod offenderit, uehemẽter immittẽs, quicquid propinquũ fuerit correptũ, ad ſe pertrahit:carnaliq; limo adimplens ac torrẽtis inſtar: ecõtra rurſus ab exterioribus per eaſdẽ feneſtras in carnis æſtus celerius refluens, animã

perturbationum fluctibus quatit, atque in profunda demergit. Quocirca ſancta uirgo ſenſuum feneſtris cuſtodem admouere rationem, eorum'que ad exteriora progreſſum nequaquam eis tranſitu libero paſſim permiſſo, moderatum et quietum efficere omni ſtudio curabit: ne ſcilicet ſi ad quæ uelint, effundantur, ſupernatantem ſibi interdum animam fluctibus agitent, & ad ſua uitia pertrahant. Studeat item & ab exterioribus inuectum in eam denuo fluentum anguſtis (ut ita dixerim) aditibus colare, atque in illam omni purum labe trãſmittere, ne carnali cœno inundans, quod uitioſo traxit affectu, ipſam totam ſordibus ſuis agitando perturbet. Non igitur oculorum acies ad omnia paſſim inſpicienda uiſibilia pandenda eſt, ne omnem quoque figurarum atque formarum ſpeciem ſine diſcretionis examine hauriens, ad earum poſtea turbetur imagines. Verum apertis ad ea, quę uitæ uſu neceſſariò inſpicienda ſunt: corporeis oculis, animæ omnino claudet obtutus, eoſq; ad ueri intuitum luminis, & eius, quæ ex illo inſinuatur, pulchritudinis conſiderationem etiam eatenus clauſos, peruigili aperiet ſtudio. Ne auditum quidẽ temere, & indiſcuſſe uerbis omnibus accõmodabit: cæterũ ad ea, quæ mala ſunt, & noxia: ipſum ueluti ad peſtẽ qnãdã putidi, ac pernicioſi tamnis obturabit. His uero quę ſunt optima, emanãtęq; uirtutis puriſſimos latices, tota intẽtione ſubijciet. Guſtũ itidẽ ad ſuauia & dulcia ſemper inhiantẽ ratiõe frenabit, & ad ea, quę ſunt neceſſariò ſumenda, moderabitur. Tactũ uero, ut ſenſuum omniũ pernicioſiſſimũ, & ſeuiſſimè blandientem, ſenſuſq; reliquos in ſua ad uoluptatis illecebras pellicientẽ, immaculatũ, & perturbationibus minime peruiũ, ſemper quàm maxima poterit cura, ſeruabit. Hic enim, toto cum ſit diffuſus corpore, per omnẽ illius ſuperficiem, non eam ſolũ, quæ apparet extrinſecus, uerum & quæ altius recõdita eſt, ad uitioſos contactus aduerſus animam ſæuè dominatur. Porrò manibus ad uſus noxios præcipuè nitens, his ueluti quibuſdam circunſeptus armis, feruentius per horum inſtrumentorum conſenſum omnes qui inciderint, capit. Ne aſpectum quidem blanda ſeductione ſua immunem abire patitur, ſed eum dum ad horridas ferè tetráſque figuras turbat, atque confundit: ad leues autem, & quæ uenuſtiore facie, adiecta coloris gratia, ad fallendum formatæ ſunt, perfundit atq; delinit, potentiam ſuam per illum ſatis inſinuat. Auditum item, dum uocibus aſperis & duris, offendit: mollibus uero per inſpirantem leniter aërem profundè demulcet, quod ſui muneris eſt, ad uoluptatis opus per hunc etiam perficit. Superfluum eſt de guſtu loqui, qui, cum huius omnino contubernalis ſit, ad ingratos quoſque liquores, frontem contrahit atque triſtatur: ad eos uero, qui ſunt ſuauiſſimi, lacunas ſuas inexplebiliter aperit. Nam de genitalibus membris quid me dicere neceſſe eſt? ut ſcilicet inditam eis ad ferendos fœtus uim, ſuis omnino pharmacis uinciens, conſenſu horum lenitudinis, quæ in tactu eſt, ad uoluptatem ſuam uinctum captiuumq; hominem ducit. Per tactum igitur quendam (ut ſuprà declaratum eſt) & aſpectus ad uoluptatem animam fallit. Iactis enim luminum radijs, ueluti quibuſdam incorporeis manibus, quæcunque uoluerit, eminus tangit: & quæ corporeis manibus attingere in poteſtate non habet, ea oculorum iactibus paſſiuè complectens, per eas, quas impreſſit animo, formas corpus omne ad inuectas imagines uoluptatis æſtibus iactat. Auditus item per hanc ſuauitatem uocis attingens, eius ope animam in laſciuiam ſoluit, atque, ut breuiter dixerim,

Quędã exemplaria habent γιύματος.

ſenſus

ſenſus omnis,quemadmodum corpus commune eſt,in quo dominatur:ita et eius tactum nactus communem, per hunc ſenſus ſingulos ad ſuam quemque ſuauitatem ducit, ac per omnia totum in tactu conſtitutum corpus noſtrum ad uoluptates omnes uariè impellit. Ergo,cum in ſenſibus reliquis, tū in guſtu præcipuè, ac genitalibus membris tactus dominatur, iſtique ita connexi ſunt,ut cathenæ in morem alter ex altero pendeat: atque ex eis alter adminiſtratur, alter uero miniſter efficitur. Porrò ſimul omnes ad reginam ſuam uoluptatem ſenſuum operationem per iactum tranſmittentes, magis ac magis animam inquinant perturbationibus ſuis, & corpori uehementer affigunt. Cum itaque uirgini propoſitum ſit, animum omni corporeæ uoluptatis labe purum, integrúmque ſeruare, neceſſariò tactum, ut eius inquinationis, & affixionis autorem ab anima præcidere omnibus modis debet:ut uehiculo tactuum per alios ſenſus exciſo, illorum quoque una fomenta ad proprias cuiuſque uoluptates pro uiribus auferat. Quid ergo illud eſt, quòd animam in primis ad tactum † inquinat, reliquorûmque ſenſuum † ἐσωματοῖ. uoluptates multis modis germinat? Tactus ſcilicet,qui in guſtu eſt, quicq́ corpus ad coitum paſſiuè titillat. Ex his præcedit guſtus ille tactus,ſequitúrque concubitus. Nam per guſtus tactum, ad ingluuiem uentris iugiter uoracitate delinita, impinguatur corpus. Ipſum uero feruentibus in imis receſſibus humoribus lenibus concitatum libidine ad concubitus tactum impatientiſſimè fertur. Quocirca quæ congreſſus huius uoluptatem uirginitatis propoſito ſuperare inſtituit: prius eius, quæ in guſtu eſt, ſuauitatis, quippe quæ illi fomenta miniſtrat, uictricem ſe oſtendat neceſſe eſt. Ex rationali namque, & irrationali parte, iuxta gentilis phyſiologiæ rationem, hominem,ueluti Centaurum quendam creator effingens, ſuperiori parti à capite uſque ad pectus humana forma inſignitæ reliquum corporis ab umbilico, & lumbis, equina ſubiecit effigie,quæ ad uentris uoluptates brutorum inſtar prona atque ad concubitus effrenatæ procliuis eſt. Neque enim ab irrationabili parte per luxum rapi ratione præditam uoluit:ſed à rationali potius rationis exortem ad uſus neceſſarios regi ſapientiſſimè ſtatuti. Huius denique indultæ ſibi diuinitus poteſtatis gratia ſi quando rationalis pars peruerſo ordine ipſa non regit: ſed ab irrationali potius regitur, improperat aurigæ ſermo diuinus, cur ſe ad irrationalis uoluptatem peſſimè à ſua dignitate deiecerit, dicens: Equi inſanientes in fœminas facti ſunt: unuſquiſque ad uxorem proximi ſui adhinniuit. Atque alio in loco ab umbilico, & lumbis irrationalem hominis partem dominari aduerſus animam ſignificans: Ecce,inquit, uirtus eius in lumbis eius, & poteſtas eius in umbilico uentris. Ventre enim diſtento epulis, neceſſe eſt ea, quæ ſub ipſo ſunt, membra ex humoris redundantia in profundo feruentis ad propria & naturalia officia moueri. Quippe ſuperior uenter ſuppetit illis incentiua libidinis. Cæterum uoracitas principio materias ac fomenta eius ardoris inſtillat. Ante omnia igitur aduerſus guſtum uirgo tota intentione pugnabit: fonteſq́ uoluptatum uentris,& impudicitiæ fomitum inde manantium à principio caſtitatis ſtudio & ardore ſiccabit:ne dum uirginitatē ſeruare proponit, guſtui ſe immoderatè proſtituens, caſtitatem ſuam alia fruendi uoluptate deuicta ſenſim, dum neſcit,amittat. Virginem enim eſſe & guſtum uirginis conuenit: nulliq́ gulam ſuauiter oblectanti illecebræ peruium. Integram ſe & in hac parte, atque inuiolabilem ſancta uirgo cautè ſeruabit.

gis tea pomorũ genera diſtinguere conuenit, quæ apertè noxijs ulla ratione ſunt proxima. Itaque omnibus in locis cibus, qui ſit ad uictũ neceſſarius, ſolerti ratione inquirendus: condimentorũq; elaboratæ blãditiæ ut uoluptatis illecebræ repudiãdæ. Si enim panis cõfirmat cor hominis, nõ opus eſt ultra cibũ uitæ neceſſariũ huiuſcemodi † liquamina temerè admittere. Ne ſales quidem, qui panis cõdimentum ſunt, quantitate pares cum pane ſumemus. Nã ſi nemo ferè eſt, qui cõdimenta eis rebus, quarũ cõdimenta ſunt, æqualia pondere in cibum ſumat: quis iam erit, qui plus huiuſmodi liquaminũ ac cõdimentorũ, quam principalis cibi ſumere nõ erubeſcat? Quòd ſi fiat: non iã iſta panis erunt condimẽta, ſed horum panis, guſtusq; iterum aurigã, dum neſcit, alia ratione per obſoniorũ uarietatem fallet, atq; ad uoluptatẽ clam pertrahet: inuenieturq; quod fugit, denuo per abſtinẽtiam perſequi.

† τῶν ἀκροδρύων.

† προσόψημα.

τῶν προσοψημάτων.

Igitur ut in corpore, ueluti in tetrachordo, ut breuiter dicã, harmonia optima ſit (ex quatuor enim elementis humo, aqua, aëre, & igne corpora noſtra cõſiſtunt) fracto quidẽ alimentis neceſſarijs auxiliabitur: uegetiori aũt, ac ualido cautè illa, & prouidè ſubtrahet: exercitijq; ſpiritalis inſtituto uires eius immodicas frãget. Neq; uero quantitates modo inſiti nobis calidi & frigidi, uerũ & qualitates ſicci atq; humidi probè diſcutiet. Et illis quidẽ duce ratione, uel augere, uel demere, has itẽ uel intercidere, uel per ſpiritale exercitiũ remittere: eaſq; partim immutare, partim ut per naturam ſunt, ſeruare pro uiribus ſtudens, ita demũ omni amota diſſonãtia tetrachordũ corporis noſtri, congruũ re uera, atq; cõſonum ad concentum ueri boni, animæ aptabit. Hæc interim de guſtu propter eos, qui ſe ad ſanctæ uirginitatis, imò ad uirtutis totius exercẽt curſum, tantiſper dixerimus: ex quibus id quoq; ſimul oſtendimus, quia ſicuti corporis aduerſus animã uires ad uirtutis acquiſitionũ inpedimento ſunt: ita econtra infirmitas, cum nequeat corporale inſtrumentũ prõptis animæ deſiderijs obſequi, uirtutis intercipit curſum. Neq; enim plus carnis ſarcina pẽnas animæ ad imſima deijcit, quàm imbecillitas corporis, dum iugi ad id curandũ occupatione diſtẽta nõ permittitur ad cœleſtia ut cupit euolare, nec ſolum ob eam moleſtiã uirtutũ acquiſitione priuatur, ſed & partas iam, dum per impedimenta infirmi corporis pugnare, ſeq; ad ſacra certamina exercere deſueſcit: ſenſim, dũ neſcit, amittit. Sicut enim neuter pinguis, nõ quia ita naturaliter affectus eſt, ſed in quẽ pinguedo per gulæ intemperantiã affatim fluxit: perturbãs & impinguans animũ, non gignit ſenſum tenuẽ: ita & qui per imbecillitatẽ nimiũ fuerit exilis et gracilis, in emortuo corpore tenuẽ quoq; iã genitũ prorſus extinguit.

Harmonia corporis.

Pinguis uẽter nõ gignit ſenſum tenuem.

Illud etiã dictum nõ ſimpliciter hos quidẽ uitãdos eſſe cibos: hos uero temere ad ſatietatẽ uſq; admittendos, uerũ & quantitatem ſobriè ubiq; metiendã: quæ, ſi excedat frugalitatis modũ: idem ſolet, quod noxia quæq;, operari, & qualitatẽ cautè diſcernendam: quæ, niſi ſolicitè diſcutiantur, non minus habet uirium, quàm quæ apertè ſunt noxia, rationemq; prorſus eſſe honorandã: ut in cœleſtis exercitij ſtudio ratio nos, non temeritas agat. Quòd ſi proximum tãquam nos ipſos diligere iubemur: ac per eius mandati uim illi qui ait: Nudus eram, & operuiſtis me: eſuriens, & refeciſtis me: infirmus, & uiſitaſtis me: in membris ſuis ſtudioſe ſemper aſſiſtimus: † mandatum profectò non implet: qui cum alteri curet aſſiſtere, atque opem ferre, ſeipſum infirmantem immaniter necat. Conſtat enim quia falſò diligit proximũ, eiuſq; proſpicerere commodis pergit, qui ſeipſum diligere neſcit. Et

Non nimis attendũ eſſe corpus.

† τὸ ἐκπληροῦται τὴν ἐντολήν.

Proxim non diligit, qui ſeipſum non diligit.

ſimpliciter carnis prouidentiam faciendam non eſſe diffiniuit, ſed addidit: in concupiſcentijs. Oportet igitur cōcupiſcibile carnis, atque ad uitia uoluptatesq́; procliue, per continentiæ exercitia frangere: quod uero eius utile eſt, atque ad acquiſitionem uirtutis neceſſarium, prouida conſideratione ſeruare. Eſca enim nos non commendat Deo. Neque enim eſt regnum Dei eſca & potus, ſed iuſtitia & pax, & gaudium in ſpiritu ſancto: propter quæ ciborum quoque abſtinentia cum ratione ſuſcipitur. Nam ſi ipſam per ſe ciborum abſtinentiam diſcutias, inquit, neq; ſi non comedamus, deficimus, neque ſi comedamus, abundemus. Neque enim, qui non comedunt, ob id duntaxat plus aliquid comedentibus de uirtute habent: neque qui comedunt, ex eo minus aliquid comedentibus habere putandi ſunt: ſi modo illorum uirtus interior æqualis ſit. Oportet igitur ad animæ uirtutē intentione directa, cuncta exercitia corporis aggredi, quæ, cum per ſe bona non ſint, eius tamen boni, cuius gratia arripiuntur, ornata miniſterio bona, & honeſta fiunt. Denique ne boni huius miniſterium infirmitate corporis impediretur: Vino, inquit, modico utere propter ſtomachum tuū, & tuas frequentes infirmitates. Sicut enim feruenti per ætatem, & ualido uegetoq́; corpori minimè oportet (ut diximus) ignem igni addere: ita neque frigeſcenti per infirmitatem, uel iam per ætatem gelido, plus adhuc frigoris perniciosè congerere. Cæterum quemadmodum illic naturalem carnis ardorem, fomenta extrinſecus ſubducendo conſumimus, ita conſumptum laboribus, & iam per ætatem, aut morbum ferè extinctum, admotis cibi potus'que adiumentis neceſſarijs, reparabimus. Quippe & in corpore pacis cura, & ratio habenda eſt: cū infirmitati quatuor illa, ex quibus cōpacti ſumus, omnibus in locis aſſiſtant: ne, ſi aliquando ſuperet quod in nobis eſt, aut frigidum aut calidum, aut aliud quodlibet ex quatuor: bello & incongruentia ex infirmitate, uel ex libidinis ardore manantibus, animam impleat. Sed hæc de uno tantum ſenſu, guſtu ſcilicet, pro uirginitatis tuendo inſtituto moderatè ſunt dicta. Trāſeundum uero iam & ad ſenſus reliquos, ut ueram uirginem, ſicuti propoſuimus, uidere poſſimus. Non ignorent igitur hi, qui ueræ uirginitatis ancillam per abſtinentiam ciborum, & cæteros labores ſancti inſtituti uirginē ſeruare pergunt, fieri poſſe, ut huiuſmodi corpore ſit uirgo, non anima. Sufficit enim & aſpectus, qui animæ turpium rerum impreſſit imagines, & ſermo laſciuior in aures cum uoluptate delapſus, animum impudicitiæ ratione corrumpere. Veretur deniq; †amicus ſponſi, eiuſq́; feruens æmulator, ne forte corrumpantur, non corpora eorum, qui deſponſati ſunt Chriſto, ſed mentes. Quocirca neceſſe eſt uirgo animam longè maiore obſeruet cura, quàm corpus: uti ne hanc alibi ſeruet, alibi ſine cuſtodia paſſim dimittat, ſed omni cuſtodia ſeruet cor ſuum, ut neque per uocem profluēs ſermo auditorem demulceat ad uoluptatis illecebram: neque rurſus extrinſecus in aurem ab alio inuectus, ipſius cor ad concupiſcentiam molliat. Eadem illi aſpectus quoque ratio habenda eſt, ut uidelicet non ſit eius mollis obtutus, ne intuentibus uoluptatis contra ſe emittat indicia: neq; emiſſum forinſecus oculi iactum ſe patiatur attingere, ne hoc ueluti ignito iaculo in corde percuſſa, ad uoluptatis inflāmetur imagines. Eris enim, inquit, quaſi ceruus iaculo percuſſus in iecore. Ceterum cōcurrentē aſpectui ſuo alienum obtutū oportet ab animæ arcere liminibus, intuitúq; ſuum pudicitię indicē exhibere cernētibus. Quippe & palpebrarū curio

De ijs, quæ corpore quidem ſunt uirgines, anima uero nō ſunt.

† τὸ νυμφαγωγόν.

ſior

ſior motus ſolicitare, atq; ad eam uoluptatem uel ſolus inflammare ſolet: que animā uel maximè concutit. Nam cū hauſtæ luminibus formæ obtutus paſſiuè defixerit, atq; in anima uoluptate mollita cerę inſtar, cōſpectę ſpeciei imagines preſſerit, quāuis ille abeat, ſeorſumq; ſit, qui huiuſmodi formas impreſſit: inſignita animo conſpecti ſpecies, quod ſuum eſt, ſemper operatur: animamq; imaginibus ludit. Idcirco uirgini principio quidē ſummopere cauendū eſt, ne cuiq; infigat obtutus: uel certe, ſi defixiſſe contigerit, figuras animo altius infigi molientes à ſe cōtraria uirtute reijciat, ac penitus arceat: ut nullā corporis ſpeciem diuturnis conſuetudinis obiectaculis formet. Quòd ſi fortè contingat clam animæ corporeas imprimi formas, eas perpetua rerum honeſtarum memoria omni ſtudio in ſeipſa delere contendat: corporeas quidem illas ueluti ceræ inſcriptas animi ad meliora ac diuina conuerſione abolendo, ſanctarumq; rerū imagines elaboratis meditationibus ac ſpeculationibus illarum uice inſcribēdo. Sin uero iniectas formas in animo, ac ſi in ſigillo infixas durare permittat, neceſſariò iam circa inſignitā ſpeciem occupatus animus alia bona omnia, & honeſta negliget: atq; ad impreſſæ altius ſpeciei imaginem ſemper attonitus eiuſce fruitionis deſiderio fœdè iactabitur. Nec ſanè quicquam ei proderit, quæ eſt eiuſmodi: corpus ſeruare incorruptum, cum anima ad iniectas ſibi per aſpectū corporalis amoris illecebras proſtituta uitietur. Metu enim aut pudore antiquā exterioris uirginitatis gloriam cum ſimulatione retinēs, eamq; nudari infame plenūq; dedecoris cenſens, eā ſeruare uel inuita conatur. Cęterum incorporeis manibus hunc iugiter, quē amat, amplectēs, inſitum medullitus animo ſecum ſemper, & ubiq; circūfert, & quæ corporaliter exequi, ne deprehēdatur, erubeſcit: ea perpetrare cogitatione nō metuit. Quam profectò iā ne corpore quidē quiſpiā ritè dixerit uirginem. Nempe enim, cum is quem amat, ipſi inſeparabiliter in mēte iungatur, neceſſariò iam corpus quoq; animæ perturbationibus congruit, ac motibus mentis uitiatæ conſentiens, unà, cum domina ſit proſtituta, corumpitur: & per uiſum, & in ſomnis amatoria ſomniante illa, ipſum ſimul eiſdē imaginibus luditur. At uero ubi perturbatio eiuſmodi occupauit, obſeditq; animam: ſuperflua iam eſt ciborum abſtinentia, & reliqua carnis afflictio, quando non iam equus equitem impetu ſuo præcipitem fert, ſed eques ipſe potius ui paſſionis intimę equū ſtimulis libidinoſæ commotionis exagitat. Sicut enim fieri in pleriſq; cernimus, ut corpore iam ſenio fracto, ac penè reſoluto, mens tamē pręterita luxuriæ conſuetudine languida, ultra ætatis uires corpus ad uoluptatis imaginem concitet: ita & in his, quorum mentes uulnerauit, igneū cupidinis iaculum, emortuum quoq; præ ſpiritalis exercitij ſtudio corpus, animus ad ſuas concupiſcētias irritat, nō à corporis robore ad animam penetrante paſſione uitioſa, ſed ipſa potius anima corpus nequiter ad officia ſua incitante. Si igitur aſpectus adeò pernicioſi ignis materia efficitur, audiamus monentē ſcripturā ac dicentem: Oculi tui recta uideant, & palpebræ tuæ innuant iuſta, neque te palpebræ rapiant, neque capiaris oculis tuis. Quod ſi iuxta eam, quam ſuprà expoſuimus, naturæ rationem tactûs quidem eſt oculorum ad corpora iactus, & ſicuti cum in eos, qui morbo tenentur: oculorū obtutus diutius figimus, morbi ipſius conſortes efficimur, contraq;, cum his, quæ aciem naturaliter iuuant, infigimus luminum radios: ſecretiſſima naturæ ui inde proficit noſter intuitus, ita profectò & cum uoluptatis indicijs inijcimus oculos

Quæ animo uirginitatem amiſit, nec corpore uirgo eſt.

Cōtagiū per oculos hauſtum.

oculos: animus uoluptatis morbo fit ſaucius: ſicut etiam cum ueris bonis intendi mus, magna in anima per oculos emolumenta ſuſcipimus. Eſt autem ſane iniquũ & indignum, prӕterquam quòd ad uitium per oculos uehitur, uirginem, quӕ manu contrectare nõ audet, ea iactu oculorũ indifferenter attingere. Dux enim & prӕuius, ac pronubus (ut ita dicam) oculorũ iactus eſt eius, cuius manus miniſtrӕ ſunt, tactus. Porrò hic ipſe, qui per manus fit: illi, qui per amplexum, concubitũq; peragitur, ferueter obſequitur. Quӕ igitur non euitauit luminũ iactum, quantum in ſe eſt, ne manuũ quidem tactum polluta uitabit. Enimuero quӕ huiuſmodi amatorio tactu fuerit innexa, nunquam a ſordida inquinatione munda reperitur. Sicut enim cum ignẽ tangimus, ignis indicia per impreſſas nobis aduſtiones excipimus: impoſſibileq; eſt eũ, qui ignem tetigerit manu, illęſam illã ab eius incentiua operatione ſeruare: cӕterũ aut bullӕ repente tactum cõſecutӕ turgeſcunt, ac doloroſa per feruorem & inflammationem ulcera mox rumpenda minantur, aut iam quoq; facta in manu acria uiſuntur ulcera: ita poſſibile non eſt, eũ, quẽ ignis amor attigerit, eiuſmodi tactum innocuũ inuiolatũq; prӕferre, ſed aut ſimili ratione bullę per tactũ manus cordi clam ſubrepũt, atq; intumeſcũt: diraſq; amoris perturbationes feruẽtibus, & ӕſtuantibus, incõtinentiſſimisq; agitationibus pariunt: ac peccati ulcera continuò rũpẽda minãtur, aut animum totũ in intimis iã grauiter exulceratũ indicant. Ignis enim ardens, inquit, eſt in omnibus mẽbris. In quẽ uero ſuperuenit: eũ a radicibus perdidit. Itaq; quoniã in membris omnibus ignis hic ardet, his qui corpus aduſtione liberũ ſeruare inſtituunt, mẽbrorum omniũ contactus cautè uitãdus eſt, ne ardentẽ ignis operationem in membro per tactũ, nõ in ea ſolũ parte, quã tetigit, ſed in toto corpore: atq; in anima ipſa ſuſcipiãt. Si enim dũ caudã quis tantũ ſerpẽtis attingit, caput, magna licet corporis prolixitate diſiunctũ, ad caudӕ tactũ repente conuertitur, & ſi digito pedis noſtri impingente, capilli capitis mox in ſublime ferũtur: & uitioſus profectò contactus, etiam ſi manu tantum fiat, à capite tantũ uſq; ad extremos ungues ad conſenſum uoluptatis pro eius, qui tetigit, nutu pertrahit corpus. Ac ſicuti lapis in aquã ciſternӕ cõiectus, non ſolũ adiacentẽ aquę partẽ, in quã cecidit, agitat: uerũ orbes alios poſt alios perpetuis uicibus excitãs, eos interdũ ad ultimos lacunӕ margines agitãdo perducit: ita & laſciuus obtutus, uel ſermo uoluptatis delinitus illecebris, in uirginis animã, uelut in undã puriſſimã uehemẽter iniectus, alias poſt alias quaſi in profundo cogitationes amatorias excitat: ipſamq; totã eius qui fecit imaginẽ ſauciã fluctibus agitat. Quocirca ſummo ſtudio oportet uirginẽ aſpectus uociſq; blãditias ut peſtiferę, ac perditӕ uoluptatis illecebras à ſenſibus ſuis q̃ lõgiſſimè arcere: & aurẽ quidem intus caſtiſſima cogitatione, oculos uero cautiſſima auerſione munire. Nõ ignoret ſanè prudẽs uirgo, ſi huiuſce lenocinia per aſpectus atq; auriũ trãſitũ in animã ſemel irruperint, fore ut manu quoq; accedẽte adiutrice ad irritamẽta uoluptatis opus ſuũ omnino cũ tẽporis progreſſu perficiãt. Sicut enim cũ legione militũ urbis cuſtodiӕ pręfectus miles, dum domum ſibi ad manẽdum per gyrum circuiens quęrit: & aut ui excluſus à ianua, aut arte aliqua à domino domus eluſus, ſe aliorſum conuertit: aut occupato primo ingreſſu facile ad interiora penetrat, quippiam ex armis illic ſuis, lanceam ſcilicet aut galeam, clypeũm ue deponit: ac licet ſociorum gratia egreſſus foris interim eſſe uideatur: poteſtate tamen intus eſt, ob'que id, quod ex armis ſuis

Quàm uelociter tactus totũ corpus penetret.

ſuis ibidem poſuit: propriam, ſuiq́ iuris, ac ſociorum, quos paulò poſt ſecum introducturus eſt: iam fecit domum: ita profectò & uoluptatis ac peccati miles atrox domum tibi per circuitũ quærens, aut à primo aditu excluſus aliorſum uertitur: aut anticipans facilè per ſenſus ad intima tranſitum, & aliquid armorũ ſuorũ, id eſt, uel aſpectus lanceã per oculos eminus uulnerantem, uel galeam, ſermonem ſcilicet uoluptatis opificẽ per aures penetrantem, uel manuũ tactum inſtar clypei cuiuſdã corporis totum ad uoluptatem cõcitantem in anima uirginis ponens, & ſi foris eſſe uideatur, peccati perpetratione nondum inquinato corpore, poteſtate tamẽ intus eſt: per arma ibi depoſita uitians mentẽ: et propriæ iã uoluptatis aliarũq́ perturbationũ domicilium præcipuum animã, quæ horũ quippiam ſuſceperit, faciens. Obſtruẽdus eſt igitur primus per ſenſus ſatelliti carnis ingreſſus: ſenſusq́ ipſi ut ianuæ ac feneſtræ cordis ſeris ac uectibus undiq́ firmandi, atque muniendi: ne per aliquem illorum uerſutus aſcendens, mortẽ, quæ contubernalis eius eſt: ſecum unà introducat. Mors enim, inquit, aſcẽdit per feneſtras ueſtras. Reuera enim ſenſus feneſtræ animæ ſunt: quibus anima ſiue ut pudica mulier, exteriorem ſenſuum lucem ad conſiderationem utilis cuiuſque rei, eas modicè caſteq́ aperiens, haurit: aut attonita ad exteriora quæque, ac noxia curioſè ſpectanda, uelut impudica meretrix proſpicit ad oblectamenta laſciuiæ: ceruicẽ malè cõtorquens: ac per hos ſua uia, & læta hauriens. De feneſtris enim, inquit, ædium ſuarum proſpiciens quemcunque uiderit ſtultorum filiorum, adoleſcentẽ mentis impotem: ea loquitur, quibus iam propter lenocinia ſenſuũ ſe ipſam totam ad laſciuiam atq́ impudicitiam ſoluit. At uero quæ pudica eſt, intus in corde ueluti in domo ſedem ſtatuens, atque inde ſenſus cogitationesq́ dijudicans, ſi quid utile, uirtutiq́ congruum, & omniũ perturbationum labe purũ influat: introrſum ſuſcipit: ſi quid autem inutile, atque à uirtute alienum: hoc extra feneſtras ſuas obſeratas prudentiæ manibus ſapienter excludit. Non itaque conuenit ei, qui peccata concubitus ſuperare proponit, huiuſmodi periculoſũ implicari atq́ inuerſari lapſibus. Nam & uocis & luminum tactus ad cũ, qui per manus fit, occultè progreditur. Hiq́ ſimul omnes ſibi inuicem cathenæ more connexi, eius, qui in congreſſu fit, contactus pronubi efficiuntur. Non igitur ſolus carnalis copulæ tactus uirgini uirgo ſeruandus eſt: uerum & genus omne multiplicis tactus, ex quo ſpecies omnis per ſenſus uirgini naſcitur, integrũ, atq́ incorruptum diligẽtiſſimè ſeruare debet: ut emiſſas eminus ſcintillas per oculos & uocẽ, ac reliquos uoluptatis indices motus cõtrarijs pudicitiæ extinguẽs flatibus, & eã, quę ex hiſce ſuccenditur, flammã unà prudenter extinguat: imò ne initio quidẽ uoluptatis incentiua ſuſcipiat: & nunq́ penitus in carne ardentẽ flammã uoluptatis admittat: uirgo igitur ſit uirginis & auditus, & uiſus, & tactus denique, motusq́ omnis. Ornanda item eſt ueræ uirginitatis tota pulchritudo: ut, neq́ ſi adſit, gloriari naturali ſpecie appetat: neque ſi deſit, illam ſibi cultu exteriore conquirat. Turpe enim profectò eſt, & incongruũ uirgini, atq́ ab ea quã profitetur, integritate prorſus alienum, aut traditis ſibi ad ſpeciẽ ab autore ornamentis gloriari: &, ut dixi, corporalem pulchritudinẽ oſtẽtare, pluresq́ carnis poſt ſe amatores trahere, ac ſolicitare ad communem lapſum: aut, ſi careat naturali ſpecie, quæ intuentibus iritamentũ uoluptatis eſt, ornatum extrinſecus quæſitũ ſibi ſtudioſè admouere. Neque enim prior illa pudicam uerſare cogitationem deprehenditur,

quæ

quæ in autoris opere, uelut in ſuo gloriatur: atque in id certamen, in quod ne inducatur, à Domino per orationem petit: Ne nos, inquiens, inducas in tentationẽ: dum poſt ſe trahit amatorũ greges, ſponte ſeipſam & apertè compellit: Ne ſecũda quidem caſtum poſſidet pectus, dum quã non accepit in corpore uoluptatis illecebram: eam formis coloribuſq; fucatis contra ſeipſam exprimere nititur: utraq; uero, dum neſcit, traditum à Deo munus præter deſtinationis ſuæ propoſitũ uiolat: ſpecioſa quidem, quia pulchritudinem animæ per corporis ſpeciem inquinat: quæ uero deformitatem corporis, præſidiũ ſeruandę uirginitatis acceperat, quòd hanc in ſui perniciem adulteris fucis traducere in ſpeciem ſumma improbitate molitur. Contrà uero oportebat illam temporalem aſpernari pulchritudinem: eaq; nõ ad impedimentum decoris intimi, ſed ad congeriem atq; adiumentum uti, & amatores corporis ad animam tota intentione transferre. hanc uero, ut qua nihil minus ex his, quæ ueraciter bona & honeſta ſunt, eſſet adepta: eam, quæ putatur deformitas, ut tentationum quietem, tranquillitatemq; ſpiritalis uitæ, ac uiaticum ineſcibilis decoris amplecti. Æternis quippe frui, atq; immortalibus bonis, tanquã proprijs uirtutibus æqua hæc ratione cum priore decertat, corporalium quoque priuilegiorum nihil illa ſuo tempore minus habitura. Cuius autẽ rei gratia mortalem illæ perſequantur ornatum, anceps ſententia eſt. Nam, ſiquidem, ut uirginitatis opitulentur inſtituto: ei quod profitetur repugnãt, dum per eiuſmodi ornatum plures contra ſe aucupes irritant. Sin uero ut formoſæ uideantur: profectò ratione caret, ſi eis fruituræ non ſunt, à quibus opinionẽ affectatę pulchritudinis expetũt, eam curam, ſolicitudinemq; ſuſcipere. Quòd ſi ut his etiam fruantur, quibus placere ſtudent, †in baratrum ſe delapſas apertiſſimè nouerint, ac pro uirginibus meretrices continuò habendas. Niſi fortè gemina concupiſcentia diſtractæ trahuntur, ut ſcilicet & externis amatoribus exatiari cupiant: dumq; id conſequantur, faciem concupiſcentiæ communis illecebram efficere ſtudeant, & intimo ſe amatori uerecundiæ, ac metus reſeruent cauſſa. Neq; enim poſſibile eſt puram & ſimplicẽ eſſe talium conſcientiam, quæ exteros amatores ad corpus arte & compoſitione pelliciunt, & ſponſo intimo ex dimidio placere uolunt. Neq; iam erit uoluntas earum atq; ſentẽtia ſibimet æquabiliter cõſona, quę ueluti in cõfinio poſita ad amorẽ interni amatoris, externiq; ſcinditur. Nemo enim duobus dominis ſeruire poteſt. Aut enim unũ odio habebit, & alterum diliget: aut unum ſuſtinebit, exteriorẽ ſcilicet, cui per ornatum placere quærit, & interiorem alterum cõtemnet. Quæ uero innupta eſt: ea, quæ Domini ſunt, ſolicitè curat, quomodo placeat Domino: ſicuti & nupta curat quæ mundi ſunt, quomodo placeat uiro. Et diuiſa eſt, & mulier, & uirgo. Nempe enim poſſibile non eſt & interna curare quomodo placeant, & foris ad ſpectatorum uoluptatem ueluti in ſcena comi. Verum ut is, qui in ſole magiſtrum alloquitur, non magnopere curat intueri umbrã manuum ipſius motum cõſequentem, totiuſq; formæ lineamenta imitantẽ, ſed totus ex ore præceptoris pendet: ita & uirgo nihil penitus. †lineamenta corporea, formoſa illa ſint, an informia, curans, ſed illa & quæ illorum ſunt irridens, & ad præceptorem ſponſumq; ſuum tota intentione cõuerſa, hunc ſemper in luce candidiſſima per uitæ conuerſationẽ alloquitur: ſolicita quippe eſt quomodo placeat domino: placet autem, ſi ſe illi talẽ iugiter offerat, qualem ipſe fingere uoluit. Non ſolum igitur ornati uirginem non

ὡς τὸ ἐναντίον.

τῶν τοῦ σώματος εἰδώλων.

decet: aut impudicis luminibus fucatam formã ad lenociniũ uoluptatis ingerere, ſed amore puritatis intimæ, naturalem quoq; pulchritudinẽ pro uiribus obnubere, ac dedita opera extinguere. Quia enim, iuxta ſuperiorem rationem, blandimẽtum cupidineæ uoluptatis eſt fœmina, & maſculo laſciuioribus oculis ad ſe inſpiciendam illecebram naturaliter ſuggerit, ac liquidiore uoce ad oblectamentũ auris, organi inſtar efficta eſt: membrorũq; inſinuata mollitie, ac toto prorſus corporis habitu, & motu ad ſeductionẽ formata uoluptatis (non modò enim loquens mulier & intuens, uerum ſedens quoq; & incedens, ob inſitam ſibi naturaliter aduerſus maſculum uim, hunc ad ſe eminus† attrahit, non ſecus, ac magnes lapis ferrũ) idcirco ſumma ope cõtẽdat uirgo neceſſe eſt, ne ullis uoluptatis laqueis irretiatur.

†μαγνητικῶς.

Imitetur itaq; uocem obtutũq; uirilem, inceſſuq; & omni prorſus habitu ac motu corporis uoluptatis illecebrã uitet. Non ſe patiatur ſancta uirgo (id enim repetens iterum iterumq; monebo) ſubijci carnalibus curis: neq; in ſuam aliorumq; perniciem carnalia ornamenta conquirat: ſed ad firmam ſe, atq; cõſtantem uirtutis ſpeciem pudicis geſtibus uiriliq; robore ſubrigat. Ita enim fœmineam in ſe uoluptatẽ perimet, ſuæq; iam conditionis ac naturalis ad uirum habitus prorſus oblita, pudicè aſſueſcet caſtèq; procedere. Neq; enim paſſim, licenterq; procedet: nec ni ſi quæ uirgines conſeruat neceſſitate cogatur, aliorum ſe domibus ingeret. Verum motus omnes ſuos ad interni arbitri nutũ ac regulam dirigens, moderatore proceſſuum ſuorum mandato domini ſemper utetur, ac ne incongruo tempore progrediatur, competentem ſibi diei partem cautè ſeruabit. Neque enim quia ſcriptum eſt, infirmus eram, & nõ uiſitâſtis me: & cætera, cœleſti ſalubriq; mandato ad diſſolutionẽ ſuam, ac probrum abutetur, ut horis quibuſlibet temerè prodire præſumat: & improbè atq; intempeſtiuè per uicos omnes uolitando diſcurrere, intuendáq; ſe cunctorum oculis petulanter inferre, nec bonum domini mandatũ nõ cõpetenter uſurpans, ad ſui ipſius reprehenſionem malè inuertet, neque uſquam omnino ſine ratione prodibit. Cæterũ habita diligenti ætatis ſuæ ratione, non temerè progredietur, ſed intra annos adoleſcentiæ poſita ad eccleſiam tantum, ne tum quidẽ ſola & incomitata procedet. Quòd ſi ex mãdato domini aliò fortaſſis ire cogetur: id quoq; ſignificabit comitibus propoſiti ſui atque cuſtodibus grauibus fœminis. Neq; enim temerè gregalem eſſe uirginẽ decet, quæ nuptiarum uincula fugit, neque paſſim quò uelit incedere, quaſi ideo renuerit uirum: nõ ut immortali ſponſo ſemper aſſideat, ſed ut in poteſtate habeat quocunq; uelit malè libera & uaga diſcurrere. Nempe enim uirgo nõ ideo uiri connubia reſpuit, ut uitæ arbitro ac teſte careret: ſiue ut zelotypia libera ubilibet uerſaretur ut uellet, ſed ut uoluptates carnis partuſq; dolores, & laborioſiſſimam curarũ ſeculariũ molẽ erumnoſamq; ſolicitudinẽ fugiens, ſub iudice & teſte Deo, uirtutis zelotypo uitã ſuam ad incorruptionẽ diſponeret atq; dirigeret. Deus enim, inquit, zelator ſum: zelans eũ ſcilicet, qui meam in uobis ſpeciem corrumpere atq; adulterare molitur. Nam ſi abiecto uiri iugo, & ei uitæ, ad quam condita eſt, curæ ſcilicet domus, & generationi filiorũ inutilis, & uirginitati quam profitetur, probro futura erat, atq; ex eo prorſus ſummam paſſura iacturam, quòd & animã improbis cogitationibus, & corpus laſciuis motibus inquinet: præſtabat illi profectò coniũgi uiro, qui ſe moderaretur ad uitam, eiq; commodum adiutorium ad curam domeſticæ rei in recompenſationẽ

Melius eſt nubere, quàm nõ ritè ſeruare uirginitatem.

regiminis

regiminis ſui uiciſſim perſoluere:educare liberos,& ad ſucceſſionem generis, & ad ſolatiũ ſenectutis, atq; una ſaltẽ ex parte propter zelotypiã uiri,quantum fas eſt, Deo ſeruare ſe uirginẽ. Eas quippe,quę per uicos ac domos libere uolitant:indiſciplinatas eſſe,nõ uirgines,ueritatis ſermo denuntiat. Otioſæ enim addiſcunt circũeuntes domos. Non ſolum autem otioſæ,ſed & nugaces & curioſæ, loquentes eã, quæ non decet. Quòd ſi uiduam quæ uiri iam experimentum cepit,uirorumq; in oculis uerſari conſueuit, indecens eſt linguam ac pedes paſſim mouere, ne prædictis criminibus teneatur obnoxia:longe ſanè indecentius eſt uirginem, quæ uerecundiæ ad uirum nunquam exuit tunicam, honeſtam ac pudicam non ſeruare linguam,greſſumq; ſuum ea diligentia nõ moderari,ut nunquam illum niſi ad uſum neceſſarium atq; utilem proferat. Illa nanque tãtum loqui uirginem decet, quæ audientium animos iuuare poſſint, & per ſermonis puri ueritatem atq; rectitudinem ad intelligentiam diuinarum rerum ubertim inſtruere atque exornare: fluentum quippe ſermonis,quod miniſterio linguæ ad exteriora deducitur, fontis, ex quo manat,index ac teſtis eſt. Ex corde enim exeũt cogitationes malę, homicidia,adulteria, & cætera:ex quibus fructibus arbor agnoſcitur. Vera igitur uirgo, ex morũ puritate tãquam ex uitreo fonte, ſermonem ſuum lucidum, omniſq; inquinationis agitatione purum effundere tranquillè debet: qui nõ modò nihil noxium aut ſubdolum, & quod ſenſum ad uoluptatem demulceat, importet: uerum ne otioſum quidem ac ratione uacuum,atque ideo rationali anima indignum. Omne denique uerbum, quod ex uirginis puriſſimo hauritur fonte,ueluti incorruptionis poculo implere auditoris animam debet:eam ipſam, à qua proficiſcitur, itidem recreaturum. Talem itaque ſe exhibeat uirgo,dum loquitur:ſi quando tamen loqui opus erit. Diligenter enim obſeruandum eſt,cui,quomodo,& quando eam loqui deceat. Nam neque paſſim quibuſcunque obuijs conuenit, ſermonem uirginis fluere, neque rurſus his,qui ſunt digni ueneratione, inſolenter & inuerecundè nudari:neque,ſi careat utilitate, contra propoſitum ac præter dignitatẽ uirginis fundi:neq;, ſi qua huncutilitatis ratio ex ore uirgineo neceſſariò efflagitauerit,eius rei gratia liberius,quàm uirginali pudori conueniat, oſtentandi cauſſa profluere. Verum ubiq; & perſonæ,& utilitatis,& temporis diligens illi ratio habenda. Cumq; neceſſariò loquendum erit, multò pauciora, quàm audiet,referet. Namque & natura loquendi,audiendiq; modum ad proportionis regulam metiens, duas aures, linguam unam nobis effinxit:quaſi & duplum diſciplinę cauſſa audire debeamus,& ad ea quæ rogamur,ſeſqualtera proportione contractum referre ſermonem. Caſtigata itaq; locutione prudens uirgo utetur: cumq; tempeſtiuè quempiam oportuerit alloqui,multò audiet plura,quàm dicet. Omniſq; ſermo eius,cum procedet ex labijs, ſolam utilitatem audientium feret. Aut, ſi interrogandum fuerit,inſtruendi animi gratia, ſobriè ex ore ac uerecundè prodibit. Alias uero intra cordis ſui ſecreta cubilia quieſcet:id iugiter atque plus alijs orans: Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labijs meis. Atq; in hunc modum os ſuum orationibus muniet. Nec minori ſanè ſtudio aures obſtruere curabit,ne quicquam in eas malum ac noxium influat:auditumq; ſuum mente ac ratione frenabit:in auris ac linguæ quiete Dominum aſſiduè depræcans: Ne declines cor meum in uerba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis. Enimuero illud longè abſurdius

Cuſtodia linguæ.

Aures duæ, lingua una.

eſt,& his quæ dicta ſunt, meritò cenſetur indignius, atq; à uirginali inſtituto proſ ſus alienum:uirginem non ſolum hirundinis in morem uolitare per domos,ſed & nuptiarum miniſtrā ac pronubam fieri. Honorabiles quidem nuptię in omnibus: uerum alijs ea cura, nō uirgini cōpetit. Neq; enim illi expedit, propoſiti ſui relicta ſemita,in triuijs ſeculi uulgaribus turbis paſſim miſceri. Alia eſt enim uia nubentium,alia ſemita uirginitatē profitētium: Et diuiſa eſt uirgo & nupta. Recedat igitur uirgo à nuptialibus curis:immo ne cauſſa quidem ſit alijs nubendi, ſed alijs, quibus inſtitutum eſt carnales ambire ſponſos, eiuſmodi ſtudia relinquat. Illæ ad ea conciliāda connubia,ſi ita uidebitur,uacent:ſancta uirgo quæ cœleſtem ſponſum flagrante charitate ſuſpirat, ſi pio nubendi amore detinetur, cœleſti potius ſpōſo immaculatas atque integras uirgines iungere ſtudeat: laborent illæ circa mortales thalamos: iſta cum prudentibus accenſa lampade circa immortalem ſponſum feſtiua tripudiet:illum ſequens iugiter,atque ad uirginitatis gloriam ei & ſponſas alias copulans. Eſt enim re uera inuerecundū, plenumq; dedecoris,cum ſoleant quæ antequam uitæ coniugalis moleſtias planè perſpicere per ætatem poſſent,pręuentæ ſunt connubijs,innuptas,ut huiuſmodi curarum experimenta fugere nitantur, ſumma cum beneuolentia hortari, proponentes immortalis ſponſi gloriam:quātaq; ſit illarum dignitas, quanta & in præſenti & in futuro ſeculo felicitas, quæ illi deſponſari meruerunt,admonentes,atque ad uirginitatem omni ſtudio tuendam, eas prouocantes: uirginem econtra carnalis coniugij pronubā fieri, atq; huiuſmodi negotijs addici. Contrà ſanè,quàm ille(ut mihi quidē uidetur)ſentire ſe, per ea, quæ gerit,inſinuat. Namq; uirginitatis profeſſione præuenta,pudoris cauſa ſe ad eam componit uel inuita. Affectu tamen ſuſcipiens nuptias, ac pœnitens ea ſe uoluptate priuatam,ex ijs quæ agit,quanto earum in intimis flagret amore, non mediocriter indicat:quaſi nubentibus apertiſſimè oſtendere intendens, congratulari ſe illis,quòd huiuſmodi uoluptate fruituræ ſint. Cum itaq; uirgo & uita & inſtituto à nupta diuiſa ſit, nō ignoret quæ nam ſe agere utiliter deceat, ut integram atq; illibatam per omne opus uirginitatis pulchritudinem ſeruet:ne paſſim ſe atq; indecenter effundens, per ea quæ gerit, caſtitatis propoſitum uiolet. Sed enim quæ uera uirgo eſt:ea, quam diximus diligentia in locutione, ſilētio proceſſuq; ſe obſeruabit. Oportet quippe illam non indiſcuſſè,neq; ſolam, ſed iuxta eam quam præfiximus, normam cū mulieribus ætate prouectis, & uitæ præditis integritate,procedere. Neq; uero uſquam in uicis & plateis, ubi turpium flagitioſorumq; hominum conflari cœtus conſueuit,ſacra uirgo cernetur. Verum captata congrua proceſſionis hora,talē ſe & habitu & inceſſu & toto corporis motu exhibebit:ut qui illi fortè obuij fuerint,ac ſi uiuum Dei ſimulachrum aſpicientes, faciem ad reuerentiam atq; ad admirationē ſanctitatis inclinent: honeſteq; uirtutis admoniti, mentem pudicam & ſobriam referant:uenerantur,inquam,aſpectum uirginis,atq;(ut dixi)tanquam diuinæ imagini reuerenter de uia cedant. Quemadmodum deniq; ſatyrorum cōſpectæ imagines riſum intuentibus mouent:ac ſicuti aliæ mœſtiores effigies cernentium & animum,& faciem triſtium imaginationibus confundunt:et ſicut nihil horum,cum mouetur, intuētium faciem in ſuum traducit affectum: ſed quòd in immota imagine aſpicitur:in illa immobili forma cernētium animos mouet atq; ad ſui imaginem dirigit:ita & uirgo caſtitatis imago, immo ipſius uirtutis

τῶν γαμικῶν ὑποθέσεων.

effigies

A effigies etiam conſpecta ſolum,ad Dei conſiderationem humanos mox conuerte re,ac mouere debet affectus. Feriatur itaque impudicus quiſq; animo ex aſpectu uirgineo pulcherrimæ caſtitatis admonitus: reminiſcatur quiſque protinus Dei, dum eam cernit effigiem,quæ ſe ad eius perficienda mãdata ſemper exercet, atq; ut breuiter dixerim, omnium aſpicientium uirginem, & affectus,& animus ad uirtutis transferatur amorem,omnes ex allocutione eius grauitatem & compunctionem animo referant. Nullus tanquam ſatyri, aut uoluptatis delicatam ac pictam faciem intuens effundatur ad ſcelus:ne & illi probrum, & ſimulatæ uirginitatis aſpectu,& ſibi maioris interitus cauſam ex contubernio uirginis imprudentis acquirat. Diuinæ igitur imaginis(ut ita dixerim)prominente figura ſeſe uirgo omni genere uirtutis exerceat, atq; à ſeculi curis faciat prorſus alienam. Ita enim à corporis uoluptatibus animam ſegregans, animumq; totum ad amorem cœleſtium intētiſſimè dirigens, omnia, quæ in mũdo ſunt,iucunda calcabit:nec modò feret his, quæ dulcia putantur & ſuauia , non perfrui:uerum & carũ perpetuas ærumnas miſerabitur, quæ temporalibus his moleſtisq; uoluptatibus addictæ ſunt. Nempe enim eius quæ nupſit, multiplices(ut ſic dixerim)mortes, quas illa indies patitur,è regione cõſiderans,ſibi ipſi profectò,propoſitoq; ſuo gratulabitur. Nã quæ mortali connubio coniuncta eſt, ad ſuam ipſius curam uiri quoq; altera adiecta, geminam in una anima ex cõiuncto ſibi corpore ſolicitudinem neceſſariò ſuſtinet. Nec iam unius tantum corporis laborat gratia:ſed in una(ut dixi)anima,et ad ſuum,& ad uiri corpus curandum iugiter intenta diuiditur : ubi uero filios poſt cubiculi ſolemnia , & ſecreta commercia , parturire atque in lucem edere cœperit:per unumquenq; naſcentem animo ſcinditur:& præſentibus triſtibus naſcituri cura ſemper

πλυμόρ φους κῆρας.

Coniugij moleſtia.

B adijcitur. Ac ſiquidem uirum bonum blandumq; nacta fuerit:perpetuò ne moriatur,metu uiduitatis,incommoda,cruciatusq; iam ſuſtinet:diram quandam,& immitem curam , & præſente illo & abſente, propter inſperatos caſus, animo indeſinenter excipiens.Sin uero contrà,duro,& immiti fuerit coniuncta:tota quidem uita illi cruciatus eſt : & cum pudicitiæ ratione neutrum queat eligere:id eſt, nec uiri mortem , propter uiduitatis anguſtias:nec uitam ob moleſtiam incommodumq; conuictus:ancipiti atq; ineuitabili malo, acerrimisq; doloribus ſemper atteritur. Inde ubi filios edidit:aut ad bonã illi frugem euaſerunt: & maiores ex illorum abſentia dolores iugiter tolerat, quàm parturiens tulerat, aut malos euaſiſſe conſiderat,et maius ex ea procreatione liberorum,quàm ſi permãſiſſet ſterilis,opprobriũ ſuſtinet.Sæpe antequam prædicta experiatur incommoda,una & ſpõſa, & uidua efficitur,ac ſine liberis in uiduitatē delapſa, nec uxor iam, nec uirgo,nec mater eſt. Sic profectò omnibus,quæ putantur læta coniugij ſimul amiſſis,breuiſſimo uoluptatis ſenſu , irrecuperabilem uirginitatis perdidit florem:coniugijq; tãtum ſolummodo experta eſt: quantum illi ſatis eſſet ad dignoſcenda uiduitatis incommoda. Quòd ſi relicta uidua pupillos enutriat filios:eius, quem ex uiri morte perceperat mœroris iuge illos monumentum cernit , & ſemper in lacrymis , ſemper in gemitu, ſemper in ſolicitudine educandorum degens,nullum præterito malo ſolatium inuenit. Præterea & propinquis , & famulis , & filiorum curatoribus , ipſiſque poſtremò etiam filijs, ubi uirilitatis annos attigerint: cunctisq; omnino ſe uexari uolētibus ad prædã miſerabiliter expoſita,doloris , luctúsque tragœdiam, uitam

ſuam omnium ingereret oculis. Et quid plura perſequi neceſſe eſt? Dominum ſibi C cum dote infelix mulier coëmẽs uirum,ancilla pro libera efficitur:breuiſſimaq́; uoluptatis gratia naturali libertate ſe priuans,ianuam ſibi ineffabilẽ dolorum,perpetuiq́; mœroris per huiuſmodi connubium aperit. Manet enim immota maledictionis aduerſus illam prolata ſententia: quæ per omnes nuptias ueluti epithalamium ita canit: In doloribus paries filios, & ad uirum conuerſio tua, & ipſe dominabitur tui. At uero prudens uirgo iugum huiuſmodi ſeruitutis abijciens & tota intẽtione ad dominum currens, unà dolorem quoque qui ex maledictione intentabatur, abrupit. Effugit quippe partus anguſtias: effugit mortalis uiri miſerũ iugum: ſimúlque incommoda ommia quæ ex nuptijs prouenire monſtrauimus. Effugit item peccatorum omnigenum inextricabiles nexus: & retia uitæ præſentis euaſit. Effugit ante omnia carnalis commercij corruptelam, & integra tota atque illibata anima quæ & corpore ſancta, æterno regi ſe læta deſpõdit: nec iam ad mortalem uirum conuerſionem ſuam fieri patitur, ſed frugi perſeuerans, ſe in uitæ conſtãtia & honeſtate coram Domino ſemper exercet. Quippe coniugij finem corruptionem & iniurias eſſe conſiderans, ex ipſo fine totam nuptiarum tragœdiam prudẽti ratione collegit: declinansq́; primam triſtium cauſam, manantem quoque ex ea preſſuram ſimul effugit. Idcirco quę innupta eſt, cogitat ſolicitè quę Domini ſunt, quomodo placeat domino. Quæ autem nupſit, quæ ſunt ſeculi, ſolicitè curat, quomodo placeat uiro: & diuiſa eſt & mulier & innupta. Et uirgo ſolicitè curat quæ domini ſunt ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Cum illa igitur, quę ſecularia cogitat mortali ſcilicet coniuncta uiro: curas cogitationesq́; partitur, eiq́; ſeculares rerũ corruptibilium ſolicitudines linquens, ſibi immortalium & incorruptibilium quæ ſponſi ſui familiares ac propinquæ ſunt, ſeruauit. Quocirca nihil eorũ quæ ſeculi ſunt, D curare deprehẽditur: ne uideatur occupãſſe alterius partes. Sed curis omnibus ſecularibus libera, puriſſimo & quietiſſimo animo ſe ad ſpõſum ſuum tota intentione conuertit. Neq; enim uiri ſui diffidens uiribus circa uitæ neceſſaria, ut prior illa turbatur atq; diſtrahitur, ſed ipſius & ſummæ in ſe charitati & ſufficientibus ad omnia uiribus freta: nihil aliud quàm ut illi placeat curat, per quæ hanc ipſam placendi ſibi curam, eximiam eius ac ſemper ampliorem in ſe beneuolẽtiam attrahit. Quid aũt eſt placere uirginem Deo, niſi naturalem ſpeciem ſuam uirtutibus exercitij ſpiritalis coruſcam ſemper oſtendere, & eam iugiter integram intemeratamq́; ſeruare? Velle itaq; placere Deo, nihil eſt aliud quam laudabilẽ ſeipſam ac beatã & ei ſimilẽ pro uiribus facere. Verũ enim quæ ſic cogitat quomodo placeat Deo: non illi, cui placere quærit, per eam curam lucrum cõparãſſe, ſed ſibi magis per hoc ſtudium decorem incoruptibilem atq; immortalitetem acquiſiſſe deprehenditur. Porrò ſi adeò ſunt eximia uirginis lucra & per eam quam ſuſcipit curam cogitans quomodo placeat Deo ſibi ipſi prodeſt, efficiturq́; beata, minimè profectò cõuenit ut quæ mundi ſunt, cogitare unquam inueniatur. Neceſſe enim eſt, ut eo ipſo curam & cogitationem placendi Domino negligat: quo ea quę ſunt ſeculi cogitat, arguaturq́; rectori ſuo, gubernatoriq́; diffidere. Neq; enim poſſibile eſt & illi confidere, tanquam ad omnia ſufficienti & ſecularium rerũ diſtendi curis, ſed ſi ſolicita eſt, quomodo placeat domino ſcire profectò debet, quia & ipſe in nullo licet obnoxius, quomodo ſponſæ ſuę placeat, curat. Nam ſi mortalẽ uirũ uitæ ſuæ pręſidẽ atque

Virginitatis commoditas.

προεστικῇ τῇ δυνάμει.

A atque cuſtodem nacta mulier, ſuæ circa illum curæ & obſequij præmium, ipſius in omnibus gubernaculum & regimen uiciſſim recipit: quanto magis quæ Deo gubernationem ſui tota fide permiſit, & cum illo ſimul uiuere ſemper eligit, copioſiſſima ſuæ circa illum curæ præmia, ipſo ſibi per omnia proſpiciente, ſuſcipiet? Habet autẽ fidei pignus ex ipſius præcedente prouidentia. Si enim cum necdum ſibi placere quęreret: tantã erga illam oſtendit charitatem, ut ſe pro ea promptè ac libenter offerret, ut eam ſuo ſanguine ſanctificaret: multò ſanè magis placere ſibi cupientis curam habiturus eſt: & cum his quæ ſibi ad ueram & æternam uitam conferunt: mortalis quoque uitæ ſtipendia illi prouiſurus. Non autem ultra urgentem neceſſitatem indulgebit delitijs Domini ſponſa, neque ut uoluptati ſtudens mulier, ſuperflua minusq́; neceſſaria requiret. Neq; enim uel illi dare cõuenit quæ ſpõſæ charitatem intercipiant ad uoluptates corporis ſe conuertentis, uel ſibi ea expedit accipere quæ ſenſum ſuum à ſpiritali occupatione atque ab amore intimo auocent. Verum ea tantum quæ ſeruandæ uitæ ſufficiant, prudenter expendens, nihil amplius inquiret. Neq; uero unq̃ per neceſſariorũ indigentiã, etiãſi experiendę dilectiõis eius eã conteri ſinatur inedia, puſillanimis effecta murmurabit, ſed omnia credẽs, omnia ſperãs, omnia ſuſtinens, ei quẽ diligit tota animi intẽtione cõiuncta, et ueriſſima charitate affixa, etiã dũ in exteriore homine agit, emortuo iam, et quodãmodo ſenſuum officio priuato: iugiter abſq; diſtractiõe ulla ipſius paſcetur immortali alimonia, pulchritudineq́; ſatiabitur. Fit ſępe ut qui mortalem ardet & corruptibilem ſpeciẽ, nõ modò pecunias, omnẽq́; ſubſtantiã amoris gratia largè profundat, ſed cibũ etiã & ſomnũ & ueſtẽ & habitũ & omnem exiſtimationẽ, corpus
B deniq; ipſum & corporis uitã dũ ſolo potiatur amore, cõtemnat: parietes itẽ & domos, omneſq́; medios obices audacter aſcendat: cõtra ipſos deniq; diſtrictos gladios feratur inſaniens: ac niſi ſolito cultu incedẽs perfrui amore poſſit, obmiſſo eo, uiliſſimo et inhoneſto habitu præter dignitatẽ ſuam ut ſolũ ſequatur amorẽ, cum uoluptate etiã ſerpendi moleſtiã ferret. Ita fermè & qui Deũ ueraciter diligit, ac ſolicitè illi placere quęrit, nõ ſolũ pecunias & opes ut amato ſatisfaciat & mandatis illius obtemperet negligere et aſpernari debet, uerũ ut cibum neceſſariũ, et ſomnũ & exteriorẽ habitum, ſeculiq́; fœdã profectò & inaniſſimam gloriã, corpus ipſum deniq; uitãq́; corporeã ut cœleſti amore ſaginetur, tota intẽtione cõtemnere. Parietes præterea carnalis propinquitatis & parẽtũ domos omnẽq́; mediũ mundũ trãſilire, et ad martyrij gladios, ſi ſe præſtet occaſio perniciter currere, ac niſi conſueto habitu uiuẽs, amore æterno frui poſſit: ignobiliorẽ aſſumere plurimaq́; mũdi improperia cũ uoluptate tolerare iuſtiſſimè optabit, ut diuina, ſi ita dici liceat, inſania ſapiẽter inſaniens, eo qui uerè & ſummè amabilis eſt pro affectus ſui deſiderio fruatur. Huiuſmodi profectò amatorẽ ad ſe de terrenis perturbationibus euocãs hic ipſe qui tã ſuauiter ſalubriterq́; diligitur, ait: Exi de terra tua et de cognatiõe tua, et de domo patris tui, & ueni in terrã quã monſtrauero tibi. Ille uero †ut quod cupiebat aſpiceret, prõptè libẽterq́; ſequebať, & amoris gratia †errare iucũdè tolerabat, dicens: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas? an periculũ? an gladius? Nouerat ille utique quoniã qui amat patrẽ aut matrẽ pluſquã eũ qui uerè bonus eſt, frui illo nõ mereť. Et qui non renũciat omnibus quę poſſidet: adhuc aũt & animę ſuę amicus & amator domini

ἐς ἂρ ὁ ἐπόθει ἰδεῖν. ἀλητεύειν.

uocari dignus nõ eſt. Quocirca germanũ in illum chariſſimũq; affectũ oſtendere C
cũ uellent hi,qui ea tantũ quæ illius ſunt,cogitare pergebãt: Ecce,inquiunt,nos omnia dimiſimus & ſecuti ſumus te,quid ergo erit nobis? Dignũq; illis amoris erga ſe præmiũ,iã tunc inſinuãs,dixit: Amen amẽ dico uobis,quòd uos,qui ſecuti eſtis me:in regeneratione cũ ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę,ſedebitis & uos ſuper ſedes duodecim, iudicãtes duodecim tribus Iſraël. Et omnis qui reliquerit domũ aut agros aut fratres aut ſorores aut uxorẽ aut filios,ꝑpter nomen meũ, centuplũ accipiet,& uitã æternã poſſidebit. Reuera iuſtũ ac rationabile fuit, ut qui opere amorẽ erga illũ ſuum omni uitę ſuæ tẽpore,purã,inuiolatãq; monſtrâſſent: præmia ſudoribus digna reciperẽt. Huiuſmodi amore flagrantẽ,ſeculares opes & mortiferas ſuauitates atq; delitias cõtemnere uirginẽ decet, tẽporalẽq; gloriã & faſtũ & ſpeciẽ corporis,pernicioſaſq; calcare blanditias,ac propoſito firmiſſimo dominũ ſequi:iſta ſecũ perpetua meditatiõe uoluentẽ: Mihi aũt adhęrere Deo,bonũ eſt:ponere in domino deo ſpẽ meã. Sic profectò omnia,quę ſeculo deditis pręclara cẽſentur, qualia ea quiſq; appellare uoluerit, & fœda & ridicula exiſtimabit, unumq; ſolũ bonũ ſuum ambiet:atq; illud intẽtiſſima mẽtis acie cernet. Quippe & ſpõſus amoris erga ſe illi pręmia referens,ſiue illa ancilla ſit,ſiue ignobilis,ſiue paupercula & obſcura,atq; in ſeculo penitus abiecta,cõſortio eã ſuo,et cõmunione nobilitãs,cœlorũ reginã facit, nec ſolo hanc munere immortalitatis honorat:ſed exteriore etiã amictu,tanq̃ ſpõſam ſuã accuratiſſimè ornato cõponit, & uario. Cuius admirans gloriã hymnorũ cœleſtium cãtor ad ſpõſum ait: Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato circũdata uarietate:ut quæ nunc pãnoſa ſeruiliq; habitu uilis habita eſt,in cœleſtibus regnis regina et nobilis et honeſta,ornatu uario regi ad D
ſiſtere inueniatur. Perquàm uero iniquũ & indignũ eſt,cũ ſponſus nimia ui amoris impulſus,nobilitatẽ & diuitias ſpreuerit,ignominiaq; calcata,extremam quoq; ſit perpeſſus inopiã,ut nos illius paupertate ditaremur:ſpõſã immortalitatis cõſequẽdę cauſa,nolle pro ſe mortuo paria reddere,ſed affluere delitijs,& in laſciuiã ſolui, & ſeculo configurari malle,ac renuere cum illo pauper effici, & humiliari,qui propter ſe factus eſt pauper:ut ad proprias diuitias diuinitatis remeanti illi, quæ pauperi pro ſe effecto paupertatis acceſſerit conſors,diuitiarũ quoq;, & regni in cœlis ſocia inueniatur. Deſpiciat ergo prudẽs uirgo quicquid oculis carnis aſpicitur,quã tũlibet id apud pleroſq; præclarũ eſſe iudicetur: imò ne initio quidẽ dignetur aſpicere,ſed exceſſu quodã diuino,qualem ille paſſus eſt,qui in extaſi dixit: Omnis homo mẽdax,à ſenſibus atq; à cõſeruis excedẽs,nudo,& expedito animo amoris ſui beatiſſima ſatietate fruatur. Caueat ne aut aſpectũ,aut motũ aut ſermonem ſuum affectu nimis pudico in quẽpiã ferat:motuſq; omnes & animi,& corporis in ſpõſi ſui ſeruitiũ redigat. Vbiq; enim ille eius intuetur cor:& motus omnes diligẽter explorat. Nulla igitur ex parte mechari cõuenit uirginẽ,nõ lingua,nõ aure,nõ oculo, non tactu,nõ ullo deniq; ſenſu,multoq; minus animo:ſed corpus quidẽ ueluti delubrũ quoddam, aut ſponſi thalamũ aptiſſimè inſtruere atq; ſeruare:animã uero in hoc ipſo ut ſponſam nitidã ac puriſſimã ſponſi amplexibus iungere: diligenter enim ille omnia rimatur & diſcutit:non ea ſolũ,que mortalibus patent obtutibus, ſed quæ in intimis animi receſſibus latẽt: † ipſiuſq; oculos nulla peccatricis conſcientia latebra unquã effugere poterit. Nam ille quidẽ,quæ mortalibus uiris copulatæ ſunt

καὶ οὐκ ἄν τις μοιχευομένη λάθοι τοῦτο τὸ ὄμμα.

latæ ſunt

latæ ſunt,quoties ad id nequitiæ proruperint, ut adulterij ſcelus perpetrare geſtiant,uirorum ingreſſus, atque exitus ſolicitè obſeruant,'aſpectusque illorum,& aures callidè, quãtum licet, cuſtodientes, adulterinis & uerbis & nutibus aures atque oculos ad impudicam uoluptatem furtim ac latẽter exſatiant. At uero Domini ſponſa, cum eius neque obtutus,neque aures,neque præſentiam queat effugere:omnia in eius oculis gerit. Quapropter ſcire oportet uirginem:quòd ſiue ſola aliquid loquatur, in ſponſi auribus loquitur:ſiue ſola quippiam agat, hoc ille diligẽter intuetur: ſiue cogitet quicquam,hoc in ipſo cordis motu citius ille cognitum & exploratum habet. Faciet enim, inquit quiſpiam in abditis, & ignorabo? Et quomodo qui plantauit aurem, non audiet? Aut qui finxit oculum,non conſiderat? † Qui corripit gentes,non arguet? Qui docet hominem ſcientiam,iſte quo pacto non omnia agnoſcet: cuius omnia nuda,& aperta ſunt oculis? Idcirco homo peccati pro iniquitatis merito cæcatus,& ſeipſum fallens,dicat ut uult:Tenebræ operuerunt me, & parietes in circuitu meo Quis me uidet?Quæ uero ſponſi candidiſſimam lucem ſemper in ſuo pectore ſuſcipit:dignè pro ea,quæ ſibi debet ineſſe ſapientia,per ſingula ita exclamabit: Quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur:ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Probet igitur intuitum ſuum Domini ſponſa:&, ſiquidem ſponſo ſuo gratum eſſe agnouerit, tunc iam illum plena fidutia moueat.Sin autem illi minus placere perſenſerit,non ſe fallat,nec, quia nullus hominum uidet, illum etiam latere ſe putet. Eadem ratione ſermonem quoque ſuum,cogitationemque dijudicet:membrorum quoque itidem, ac digitorum per ſingula motum. Etſi illi placere peruiderit,ſecura iſta iam moueat:ſin aliàs, eius ut ſupernè ſpectãtis uereatur ſemper obtutus.Si enim ſolicitè cogitat,quomodo placeat Domino:nihil eorũ præſumere debet, quæ illi nõ placent.Quòd ſi,quia nullus hominum uidet, fuerit uel uerbo, uel nutu fortaſſe procacior,maximè quidem eo ipſo accuſatrix eſt ſui,quòd ipſa cogitatione dum latere ſe putat, conſcientia tamẽ intus arguente mordetur. Deinde apertè deprehẽditur ad ſponſi ſui cæcutire dignitatem. Incorporeus enim ille cum ſit,& ſuſurri, & aſpectus, & cogitationum atque intentionum cordis teſtis intimus atque arbiter ſemper adſiſtit:auerſaturque eiuſmodi fallacem ſimulatámque ſententiam & uoluntatem. Et idcirco in primis fucatam uirginitatis ſpeciem, & habitum odit:quòd quæ eiuſmodi eſt, hominum oculos fallat: ſponſámque ſe illi iugiter exhibere putetur:cum neque ſpõſa ipſius, neque hominis apertè ſit uxor:ſed hæc profectò,dum opinionem uirginitatis per exteriorem habitum ab hominibus captat, in oculis ſponſi adultera eſt, ac præter adulterij ſcelus,quo in ſpõſum ſuum peccat:impiè in eum contumelioſa eſt, quòd hominum plus eſſe uerecundam, quàm ipſius faciem iudicat:quãdo ante illorum oculos,ne exiſtimationem ſuam fœdet, indecens aliquid agere non audet, ſub eius autem obtutibus, qui ſemper preſto eſt, ſine ullo pudore gerit omnia. Quaſi igitur præſente ſponſo,& inſpectãte omnia,& audiente,uirgo ſe habebit in omnibus. Neque ideo quæ domino diſplicent, perpetrare cauebit:quòd adſit uel unus quẽ ſui criminis cõſciũ habere uereatur:per quem prodi timeat ſcelus. Non,etiã ſi uir nõ adſit,ſed mulier aut puella aliqua ex ancillis quicquã eorum præſumet,quæ uel ad ornatum,uel ad amorem humanum pertinentia,domino diſplicent. Verũ ſola quoque nullo prorſus hominum teſte,nihil quod ſponſo ſuo indignum ſit,agere ulla

ὁ παιδεύων, (margin)
ἐπιφανήσεται (margin)

re ulla ratione patietur. Etſi enim adſit nemo, ipſa tamen ſibi uirgo adeſt, debetq́; præ omnibus ſeipſam uereri. Neq; enim quæ uereretur cæteros, ſeipſam reuerē tia indignam iudicabit: uerum (ut diximus) ſeipſam primū, cōſcientiáq; ſuam reue/rebitur: etiam ſi ualde ſit ſola, deinde aſtātem ſibi cuſtodē angelū. Angeli enim eorum ſemper uident, inquit, faciē patris ueſtri qui in cœlis eſt. Neq; uero cōuenit ut angeli eius, cui credita eſt cura ac cuſtodia ſalutis noſtrę, faciem aſpernetur homo: atq; in primis uirgo, quę hūc ipſum caſtitatis ſuæ ueluti paranymphū, cuſtodēq; habet. Præ cunctis autem ipſum ſponſum ſuum reuerebitur, ſibi ubiq; aſſiſtētem, ipſiusq; patrē & ſpiritum ſanctū. Quid per ſingula pergam? Ipſas angelorū infi/nitas multitudines, & unà ſanctorū patrū beatiſſimos ſpiritus. Nullus enim ex his eſt, qui nō ſingula ubiq; conſideret. Etſi enim oculis carneis minimè cōſpicui ſunt: incorporeis tamen obtutibus ad agnitionem complectuntur omnia, & compre/hendunt. Et hac ergo ratione ſi latere uirgo plures quęrit, longè hos magis, qui tā/ti ac tales ſunt, quam homines uereri meritò debebit: Et quia multitudinis pauē ſcit obtutus: hos autem uitare impoſſibile eſt, qui ſunt infinita multitudo: nihil un/quam indecens faciet: aut à propoſito ſuo alienum. Hęc igitur, atq; huiuſmodi, dū uiuit, ſecum ſemper intentiſſimè cogitans, undique ſeipſam inuiolabiliter muniet: Memoriaq; repetens quia oportet nos manifeſtari ante tribunal Chriſti, nō modò quicquam turpe agere, ſed & cogitare formidabit. Mens quippe noſtra picto ris in morem, in anima, ueluti in tabula cogitationes ut placuerit format†. Cumq; ob gratiam liberi arbitrij ſui iuris, ac libera ſit, & nuſquam ob incorpoream natu/ram ſuam, naturalemq; libertatem anguſtetur: ſed quātam cupit, loci latitudinem ſemper inueniat: quæcunque uelit, facilè cogitationibus pingit. Inde quemadmodum pictor, cum in gurguſtio aliquo tabulam hiſtoriæ uarietate repleuerit: illam repentè in medium proferens ablatis uelamentis omnibus, multitudini ſpectandā proponit: nec iā quæ picta ſunt, interpretari opus habet: ſed ſpectatoribus omnibus futuro quoque tempore picturam ut ſeſe habeat, inſpiciendam noſcēdamq; permittit: ita ferè & mens poſt uitæ exitum, ſublato uelamento corporis quo animæ tabula obtegebatur, quā per omne uitæ tempus uarijs cogitationibus pinxit, quęq; in intimis receſſibus fuerant picta: cunctis cernenda producit in lucem, uidereq; in promptu eſt animę tabulam hiſtoriæ uarietate plenam æquè ad intuendū cunctis expoſitam. Si igitur diuinæ quædam ex lectionibus ſacris, cogitationibúſ/que probis expreſſæ cernantur hiſtoriæ: laudibus omnibus & mens quæ pinxit, & animæ tabula quæ picturam ſuſcepit, digniſſima cenſetur ab omnibus: ita ut præ dignitate picturæ, ſummaq; pictoris induſtria & arte, amoueri à ſpectaculo, auel/liq; non poſſint: cunctis per ſingula picturę pulchritudinē, figuras, diuináq; pictu rarum rerum formā admirantibus, & eximium pictorē illum, quòd ritè uita uſus ſit, & ſub hoc amictu corporis die noctuq; huiuſmodi picturas præter omnium ſpem uenuſtiore manu, & arte animæ inſcripſerit tabulæ laudantibus. Sin uero turpes atque indecoræ picturæ illæ uiſæ fuerint, probro atque irriſione digniſſi/mus pictor ille iudicabitur, cum fortè contra quàm ſperabatur priuſquam uelamē animæ amoueretur: ſubmoto corporis tegmine, cuncta repente deformia, fœdaq; apparuerint. Vbinā quęſo tunc ſe iſte recipiet, quando ex collatione alterius, inter cogitationes ſe inuicē accuſantes, ſeu dęfendētes, à cūctis iudicabitur. Vbi nā inquā

† καὶ ἄφετος μὲν καὶ ἐλεύθερος καὶ αὐτεξούσιος ὢν

animæ

animę tabula illa ſtatuetur, quæ ſpectãtiũ oculos hiſtorijs obſcœnis, omniq; mon ſtruoſa ſpecie impleuit. Sicut enim qui maculas habẽt in corpore, priuſq; ueſte nu dẽtur, opertas, ac plurimis ignotas ferunt: ſæpe uero pretioſiſſima ornati ueſte, cũ fortè intrinſecus quoq; form[illegible] ac [illegible]uſti ex illo exteriore cultu putarentur, exuti tunica, nudiq; in balneo co[illegible]i, contrà q̃ putabãtur, ridiculi, atq; innumeris ma culis fœdè inſigniti corpu[illegible]nuò apparuerũt: neq; iam obſcurũ eſſe poteſt, nu dato ſub omniũ oculis c[illegible]binam, qualis, quãtaq; ſit macula, ſed ſimul atq; nudata eſt, intuentiũ ſeſ[illegible]perit: ita & nos, cũ uelamẽ carnis exuerimus: neq; ſubducere maculas ani[illegible]perire ulla ratione poterimus: cæterũ ſub omniũ obtutibus nudi atq; co[illegible] prius corpore quaſi ueſte contecta minimè ha bere putabamur: ea nu[illegible] oculis ingerent, nulluſq; iã uel negationi, uel defenſioni erit locus: q[illegible]a cernentur opera in ſuo autore conſpicua. Non enim confuſè, aut ſumm[illegible]ndigeſtè res ipſę cernentur: ſed ſingula per partes ut ſeſe habeãt, ueluti in p[illegible]oſcentur. Exempli cauſa quomodo ad patrandũ quiſq; adulteriũ proper[illegible]o ſurrexit: quibus paſſibus incedẽs uſus eſt,† quo motu corporis, lentio[illegible]atiore: quẽ habitum, dũ progrederetur, aſſumpſit: & qua ex parte irrumpe[illegible]s, uxorem alienã uiolauit: quo itẽ ordine huic mulier ad nephariũ opus ſubſtrauit. Hæc, inquam, omnia, ueluti in tabula per partes diligẽ ter expreſſa cernentur. Neq; ea ſolũ quæ in apertum opus prorupẽre, uerũ & quę ſine effectu operis in animi tabula inſcriptæ fuerũt cogitationes. Neq; enim nihil eſt cuiuſlibet rei cogitatio in anima impreſſa atq; formata. Quippe nihil eſt aliud imaginaria pertrãſiẽſq; cogitatio in anima, q̃ pictura imaginationis coloribus, & magnitudinibus, figuriſq; ſuis, quas in ea mẽs pinxerat, ſcripta. Et ſicut qui artẽ ex ceptoriã didicit, notarũ omnium figuras & nomina, ſignaq; octadũ & tetradum memoriter tenẽs, cũ neceſſe fuerit quæ dictãtur excipere manus officio quæ in me moria inſcripta erãt: in tabulis digerit, & alię quidẽ ex notis ſtilo ſignatæ cernũtur: aliæ uero necdũ inſignitæ manu, animo tamen inſcriptæ ſeruantur: ita et anima, cũ cogitationes per corpus exequatur, alias in operis ducit effectũ: quas uero necdũ opere impleuit, in ſe inſculptas reſeruat, eaſq; etſi nõ actu corporeo, intra ſe tamẽ nutu uolũtatis exequitur. Sicut enim corporis officiũ eſt, corporaliter aliquid ex equi: ita opus animę eſt, cogitationibus ut uult placatas ſibi & gratas imagines fin gere. Idcirco & cogitatiõis peccata, nõ ut phãtaſiæ ſimpliciter, uerũ ut cõſummata opera in anima meritò iudicãda creduntur. Vt enim manus, licet notas ſignare de ſiſtat: notarũ tamen figuris tota anima ubiq; inſcripta eſt, quã profectò exutã cor pore ſi quis inſpiciat, uidebit hiſce notulis totã prorſus inſignẽ atq; deſcriptam: ita & nos, cũ exuerimus corpus, omnis noſtra cogitatio ueluti in pagina ſcripta appa rebit. Quemadmodũ uero qui nõ didicit notas earum neq; formas in anima ſcri ptas habet: qui aũt didicit, etſi eas manu minimè ſignauerit, arte tamẽ atq; diſcipli na impreſſas animo, illarũ tenet imagines: ita & qui peccatũ nõ cogitãt, eius neq; imaginẽ inſcriptã habet animo: qui uero illud cogitatione formauit, etſi in opus ne quaq; prorũpat: animo tamẽ cogitatiõis ſuæ ſeruat imaginẽ, ueluti in tabula aper tè deſcriptã. Verũ enim ſicut is qui notas didicit, ſi illas ſcribere obmittat, ſenſim a nimo labũtur: ita ut proceſſu tẽporis nullius iam octadis figurã, aut locum, aut no men reuocare in animũ queat: ita et qui iniqua cogitauit, ſi eiuſmodi neglectis cogi tationibus

† ἐπισυγισυγ κεκραμμένῳ τῷ σώματι.

A ſuæ etſi dudum uita functos atrocioribus illic ſupplicijs tradunt. Si enim qui ſcandalizauerit unum ex puſillis huiuſmodi, morte dignus iudicatur: profectò qui tã multos per uitam reprobã quòd perniciosorum operum mũdo exempla reliquerit, aut in animarum perniciem falſa dogmata ingeſſerit, ſcandalizat: poſt mortem quoq; omnium qui ſui cauſa pereunt, digniſſimè ac iuſtiſſimè mortis reus habebitur: per ſingulos eorum qui ſui cauſa hic ſeu uulnerantur ſeu moriuntur, autore etiam uulnera mortemq; ſuſcipiente. Porrò ſi iuxta hunc ſenſum alij præcedunt actus alijq; ſubſequũtur: & ſicut qui ex nequitia ſequũtur, maiori ſupplicio huiuſce perditionis autorem per ſingulos eorum qui perniciosa uel doctrina, uel uita pereunt, tradũt: qui uero à uirtute ſubſequũtur, maioribus & dignioribus præmijs per ſingulos eorũ qui inde ſalutis emolumenta queſierunt, & a ſceleribus cõuerſi ſunt: huiuſmodi magiſtrũ donant: & uirgo igitur habet in alterutram uirtutis, uitiorũq; partem actus quoſdam partim præcedentes, partim ſubſequentes. Atque infelix illa quidem, quæ præter delicti proprij ſuppliciũ ex aliarum etiam ruina, quibus offendiculũ ac lubricũ poſuit, acrioribus ſemper ſupplicijs traditur. Sed illa ſanè feliciſſima et beatiſſima, quę præter coronas proprias, per ſingulas earũ quæ quoniam ex imitatione ſua profecere, coronantur: ipſa quoq; poſt mortem in æterna uita coronis ſemper nouis redimitur. Igitur ſi nihil eſt opertũ quod non reueletur, propter omnes quas prædixi rationes, uirgo: & cum ſola eſt ſuimet, ne peccet, curã ſolicitam habebit: nec modo hominũ uitabit obtutus, uerum longè dignius ſuos, angelorumq; ubiq; cuncta ſpectantiũ reuerebitur. Idcirco enim debet, inquit, mulier poteſtatem in capite habere propter angelos. Non decet uirginem etiam cum

B ſola domi eſt, ideo quòd nullus adſit hominum, paſſim licenterq; nudari. Multũ enim habet illecebræ (ut idem ſępius replicẽ) multũq; roboris natura fœminea ad omne quod ſit maſculini generis contra ſe attrahendum. Neq; uero idcirco ſolum oportet ſe obſeruare ſolicitè ac dæmonũ fraudes quæ nobis iugiter inſidiãtur, habere ſuſpectas, ſed & propter uerẽdos omnibus angelos, poteſtatẽ, inquit, habere debet. Vir enim cum angelicæ quodammodo ſit dignitatis, nudo capite cognatæ confidens naturę cernatur. Mulier uero cum per naturã uiro longè inferior ſit, poteſtatẽ habeat in capite. Atq; ex eo quod poteſtatẽ habere dignoſcitur, ſubiectionem ſuam, qua præſtantiori ſubeſt, honeſtiſſimè pręferat. Ideo, inquit, natura ipſa crinibus iam tunc à principio mulieris caput operuit: eo ipſo admonens, nõ decere mulierem non modo ullum membrorũ cæterorum, uerum ne caput quidẽ temere indifferenterq; nudare. Et quoniam ſolæ abſentibus uiris id attentare cõſueuerũt. ideo dignitatem aliã præſtantiorem uiris adiecit, dicens: propter angelos qui & ubiq; præſentes ſunt & omnia quæ geruntur, inſpiciũt. Reuereatur ergo omnis mulier, ſed uirgo in primis angelos etiã cum domi ſola nullis uiris arbitris reſidet. Et cum corpus neceſſariò curandum erit, & capitis uittas & ſingulatim cętera cõſtringens, id opus celeriter exigat, & quantum fieri poteſt operiat membra, non ſolum ſuos angelorumq; oculos uerens: uerum ſe ut in ſuæ exercitatiõis domicilio ad uerecundiam ſtudioſe ſemper exercens. Quòd ſi nèq; cum ſola eſt, nudari ſine ratione permittitur: quanto minus fratribus in Chriſto præſentibus? Et pudore igitur & tunica ſeipſam pudicè ac uerecundè componet, nec ſolum nihil membrorũ quæ operta ſunt, uiolari ulla ratione permittet, uerũ ſumma ſe cura & obſeruatiõe circũ

teget, ut non ſolum ipſa illæſa atq; illibata permaneat,ſed & qui eam intuētur:nul C
lam ex eius aſpectu læſionis materiam capiant. Videntes enim,inquit, filij Dei fi
lias hominum quòd pulchræ eſſent,deuoluti ſunt ad eas. Sufficit quippe uel mo/
dicè nudata pulchritudo Dei quoq; filios ad uoluptatem emollire, & quaſi homi
nes eius cauſſa morientes mortales, oſtendere. Quocirca minimè oportet ut ſuæ
tantum innocentię ſolicita,eorum, qui lædi poſſunt, ſalutem aſpernetur,uerum o/
mni ex parte & ſui ipſius inuiolabile ſeruare propoſitum ſtudeat,& ſe intuentibus
emolumentum uitæ,non mortis propinare uenenum.Etſi enim ipſa caſtitatis ſuę
fidit inſtituto:prouidendum tamē,inquit,eſt, ne ponat fratri offendiculū aut ſcan/
dalum.Ita igitur uirgo, cum & ſententia & figura & motu & habitu & ſola & cum
cæteris ad placendum ſponſo ſuo ſalubriter ſe accommodare didicerit,tunc iā ami
cos quoque ſponſi purè atq; innocenter alloquetur. Neq; enim hac interim ſepa/
ratione illam ut homines execretur, inducimus, ſed diuini oris effigiem dignis uir
tutum coloribus à capite uſque ad pedes ornare pro uiribus nitimur: atque ita de
mum inſtructam ad domeſticos fidei ſecurè producere:ut & ſermone & habitu &
Domini ſponſa reuera comprobata,prodeſſe colloquentibus poſſit. Sic itaque lo
quatur ut ſponſa:uerecundè ſcilicet,idq; tantum cum famulis ſpōſi:ſeruetq; ubiq;
dum loquitur, pudicam ſobrietatem.Oportet enim eam ſimplicitati columbæ ſer
pentis miſcere prudentiam. Quia enim corporibus incluſæ animæ ſibi inuicē aper
tè & nudè colloqui de uirtute non poſſunt: inſtrumentis corporeis ad uocem,atq;
ad aſpectum accomodatis,uti neceſſariò coguntur. Et qui animæ colligatæ corpo
ri pulchritudinem intueri nō poteſt: aut admota aure eius uerba percipere corpo
ris motum in quo illa eſt,uidet:eiusq; uocem per linguæ officium audiens,ex hiſce D
nuncijs eius ſpeciem æſtimat.Neque uero uox ſola ſiue aſpectus, animæ formam
ueluti in ſpeculo indicat:uerū & amictus uiri & riſus & pedis inceſſus, de illo ſæpe
numero uera renunciat.Sed plerique minus cauti,dum libenter muſicum audiunt
ſenſim eo deducantur,ut nō iam muſicum,ſed uiſibile inſtrumentum diligant,per
quod petita muſici modulatione fruuntur. Atq; ideo neceſſariò ſumma exactiſſi/
maq; diligentia obſeruandus eſt uirgini auditus & uiſus, ne clam fortè & ipſi ſub
repat, ut pro loquente anima inſtrumentū,per quod illa ſibi loquitur, diligat.Eſt
enim uehementer aſtutus is, qui affectum boni in nobis ſummo ſtudio malignè
deprauare conatur,furari quippe bona noſtra ſtudia & deſideria intendit,ſuaq; il/
lorum uice callidè nobis inſerere. Ita deniq; & quibuſdam cum uerba de uirtute fi
eri audirent,atq; huiuſmodi loquēti animæ afficerentur, ex auditu iugi & aſpectu
clam ſubreptum eſt, ut animo imprimerent lineamēta corporea,& uoce auditum
laſciuè mulcerent, nec iam animā quā prius diligendo ex hominis ore pendebāt,
ſed corpus ipſum bonorū animæ miniſtrū peruerſe nimis atq; improbè amarēt.
Proxima enim & ueluti contiguis ianuis gētiles quoque aiunt uitia eſſe uirtutibus.
Quælibet deniq; uirtutis ianua ſimilimā in uitia ferentem utrinq; ſpeciē aperit, ut
qui ad uirtutē ingredi nititur, eius primum ianuæ adſiſtens, dū hac ſe pulſare arbi
tratur:aperta ſibi hinc, aut inde altera ex uitiorum ianuis, deceptus maxima ſimi
litudine ingrediatur ueluti uirtutis domum:deinde cūctis eius errorē irridentibus,
ipſe quoq; & tempore & experimento cōmonitus,diſcat non ſolum ab ea ſe uirtu
te cuius aliquando ianuam pulſare uidebatur, eſſe remotiſſimū: uerum ne limina
quidem

δεῖ γὰρ αὐτὴν ἀκεραίαν μὲν εἶναι ὡς περιστερὰν φρονίμην δὲ ὡς τὸν ὄφιν.

Vitia uirtutibus ſunt proxima.

A quidē eius unq; attigiſſe, neq; ipſi ianuæ, ut ꝓtius uidebatur, adſtitiſſe ſaltē, aut pulſaſſe. Hoc modo deniq; eos qui audentes ad uirtutē eſſe cuperent, fallēs, temerarios arguit: qui uero temeritatis probra metuerent, eos timidos ac puſillanimes prodidit. Et qui miſericordes eſſe ſtuderent, ad uitia malè molliuit: qui uero miſericordes eſſe tenuerēt, immites immanesq; declarauit: ita et qui charitatis pulchritudinē ſequūtur, eos falſo dilectionis nomine, uel ad uoluptates corporis, uitāq; cunctis execrabilē deijcit, uel eiuſce probra & opprobria pertimeſcentes odiſſe fratres, & abſq; ullo boni ſenſu perſiſtere facit. Rurſus itaq; ne declines ad dextrā ſeu ad ſiniſtrā: ne fortaſſis errore ſeductus in aliquā ex uitiorū portis deuoluaris, ſed mediā et regiā incedas uirtutis uiā. Et ubiq; diligēter intuēs quomodo cautè ambules, nō ut inſipiens, ſed ut ſapiēs: quoniā in medio laqueorū ambulas, et ſup pinnas urbiū tranſis: cautius prouide ne forte dū negligis, inijcias in laqueū pedē tuum, neu tuēs à muro ciuitatis noſtræ malè pereas. Diligere igitur oportet eos qui ad ſpōſum inuitant, ſed ita diligere ut charitas ipſa ordinata, nō confuſa ſit, ne fortè ſponſi famulos, dū iugiter illis aures admouet, de ſponſo uerba faciētibus, perinde ac ſponſum quādoq; diligens, quantū in ſe eſt, una & ſponſi dignitatē tollat, & miniſtros eius, dū eos pari cū domino dignatur honore, iniurijs ac probris afficiat. Iā enim quædam minus cautæ, minusq; prudētes, nō æquè ſpōſum ac miniſtros, ſed ipſos amplius peruerſa charitate, impiè, dū nō aduertunt, dilexerunt, ac ſponſi iā, cui ſe deſponderāt, penitus oblitæ, famulorū eius ſponſæ totæ factæ ſunt, imò nec ſeruorū eius ſpōſę ſed alienorū fœdiſſimę uxores euaſere. Spōſus enim noſter carnalē nullū miniſtrū habere cognoſcit, ſed omnes ſpiritu uiuētes. Portò quę nō ſpiritū mini- *Sponſus nullū habet carnalē miniſtrum.*

B ſtrantiū ſponſo, ſed carni ſe ſumma indignitatē deſpōderūt, & illos à ſpōſi alienos miniſterio, & ſe nō miniſtris eius, uerū alienis ſeruis deſpōſatas, liquidò cōprobāt. Et hos itaq; cautè diligenterq;, dū loquūtur obſeruēt: atq; ſerpentē clā ex collocutione corporalē cōſuetudinē prudēter abſcindāt, id inprimis cauētes, ne illis ut ſpōſi familiaribus plus ęquo cōfidāt, neu illos ad indecēs aliquid ſēſim†nequiter molliant, neue ſeipſas ex deſtinatiōe propoſita ad uoluptates carnis indignè deijciant. *†ἀποσφάλαι.*
Sed enim diligere oportet proximū: ſcriptū quippe eſt: Diliges ꝓximū tuū ſicut teipſum. Illudq; ſponſæ ſuæ ſibi admodum gratū præceptū dominus tradidit. Ita ſanè, nihil abnuimus. Diliges, inquit, & in quantū uni iſtorū facis, mihi ſpōſo tuo facis. Sed purā, nō ullius affectiōis labe inquinatā oportet eſſe charitatē, nec decet nomē falſæ charitatis inſequēdo, uerę dilectionis dignitatē ac meritū tollere. Quādiu enim charitatis ad ſpōſum tuæ gratia diligere deprehēderis fratres, & ad eū, & ad illos integra ſeruâſti charitatis iura: ubi uero eos nō ſponſi gratia, ſed propter ſe ipſos diligere ex cōſuetudine corporis, dilectio tua & erga illū corrupta prorſus efficitur, falſamq;, nō uerā habes germanāq; charitatē. Sācta enim charitas carnis nō tangitur uitijs. Eſt aūt ſponſa domini nō irrationalis, ut præ cōſuetudine carnis dignitatē ſuā atq; honeſtatē dimittat ad corpora, ſed ſanè rationalis, totaq; plena ſapientia. Prudenter itaq; ſeipſam pro merito ſingulis quod eſt ſui iuris impartiēs, librat, ac miniſtros quidē ſponſi rationabiliter illius gratia honorat: ipſum uero non iſtorū cauſa, quoniā ſibi de illo uerba faciūt, ſed propter ſeipſum ardentius diligit. Sed & ſi quis illius amator eſt, hunc pro affectu ad illū eximio ſociū exiſtimat: qui uero illū amare negligit, cū ſi blandiatur, nō iam intuetur ut proprium, ſed ex ipſis

maximè blãdirijs ſuſpectũ haber, quod ſpõſi negligens, cui ipſa pro uiribus uacat C
ſimulato ſpõſi famulatu, illicit eã: dũq; illi ut ſponſo placeat, opẽ ferre uidetur, ad
ſe amorẽ eius iugi familiariq; colloquio transferre nititur, ac ſub miniſtri nomine,
& habitu, horrendo ſacrilegio Chriſti ſpõſæ adulter efficitur: hinc deniq; plurimę
blando charitatis nomine, paulatim ex ea cõſuetudine ad carnis delapſæ uitia me
tetrices, adulteræ, nec ſolũ à fœdere ſponſi cœleſtis, uerũ & à legitimo mortalium
toro alienæ prorſus deprehẽſæ ſunt. Cũ enim uirginitatem domino profeſſę ſint,
carnali poſtmodũ uoluptate malè blanda delinitæ, ac deuictæ, ſtupri ſcelus hone-
ſto cõiugij nomine obtegere cupiunt. Nõ ignorant huiuſmodi, quãuis ignorãtiã ſi
mulent: quæ ſponſi dextrã & fœdera prçuaricata ſit, eã nec illius ultra eſſe ſpõſam
quẽ nequitiæ dãs manus, dereliquit: neq; eius uxorẽ per ullas leges dici poſſe, cui
ſe deſerto ſponſo, libidine incitata, cõiũxit. Tunc enim legitimũ cõſtat eſſe cõnubi
um, & ſecũdũ diuina iura inſtitutũ, cũ nõ uoluptatis affectus legis ſcita præceſſerit,
ſed adiumẽti neceſſarij, prolisq; cauſa fuerit huiuſmodi facta cõiunctio. Ita fiũt ho
norabiles nuptiæ, quãdo rationẽ coniugij nõ præit obſcœna uoluptas: ſed iacto
ſecũdum leges diuinas ſancto fundamento, matrimonium neceſſariò ſequi uolu-
ἐπειδὴ γὰρ ὁ ἐν ψυχῇ λογισμὸς τὰς ψυχὰς προλαβών. ptas ipſa cõcubitus, unãq; carnẽ duos facere deprehenditur. †Quia enim prçcedẽs
animæ ratio, animas apertè neceſſitatis ratione coniunxit, meritò ita unitas carnis
quoq;, cui alligatæ ſunt, unitas ſequitur. Porrò ſi animæ initio aliud proponant, &
caro poſtmodũ ad uoluptatẽ prona, naturali feratur impetu, atq; animas ſibi alli-
gatas, ut affectiõi ſuæ obſequãtur, inducat: carnis tũc uitiũ ſecutæ animæ huiuſmo-
di cõgreſſum execrabilẽ reddũt. Quod enim opus neq; ratio quæ animæ ineſt, ne
que lex iuſta præceſſit, id profectò ut iniquũ à cõſcientia dãnatur. Idcirco mulier, D
inquit, alligata eſt legi, quãto tempore uir eius uiuit: ſin uero mortuus fuerit, libera
eſt, cui uult nubat, tãtum in domino. Vide quòd nõ ſimpliciter dixerit, nubat, ſed
adiecit in domino tantũ. Nã & quæ per mortẽ uiri liberã cõſequitur, nubendi fa-
cultatem, non tamẽ ea libertate potita, utcũq; nubere debet: ſed tantũ in domino.
Quid eſt aũt in domino nubere? Nõ aũt ut uile mãcipium uoluptatibus carnis ad
concubitũ pertrahi? ſed iudicio, & cõmodioris uitæ ratione nuptias eligere. Ideo e-
nim & matrimonij neceſſitatẽ creator in natura conſtituit. Sin aũt ita ſe habet res,
nõ ſe fallat qui à uirginitatis curriculo ad carnis uitia deflexit. Coniugiũ quippe illi
in peccatũ reputabitur: primũ quidẽ quia peſſimum cõiunctionis huius fundamẽ
tũ uoluptatẽ iecit, præuaricatiõisq; malũ: deinde quia cauſſa nõ eſſet libera, neq; e-
nim eſt mortuus uir eius, ut cui uult nubat, ũiuente immortali uiro, meritò cẽſetur
adultera, quę mortalem hominẽ ob carnis uitia domini thalamis intulit. Nã quòd
ſolẽne, legitimũq; cõnubiũ ſponſus ille occupârit, & uirginitatis habitus & fœdera
& conuenta cũ illo, & præterea proceſſus ipſe teſtatur. Huiuſmodi quippe nobili-
tata uiro proceſſit in publicũ. Si enim paternis ędibus nõ prius uirgo progreditur
q̃ legitimo fuerit cõiuncta uiro, ut eius & domini, et uitę ſuæ ducis ac moderatoris
titulo inſcripta, paterna iã prodeat domo, & uirgo igitur ea ratione proceſſit pater
nis thalamis, ut inſcripto ſibi ſpõſo legitimo, eius iã titulis honeſtata, & ſub ipſius
cõſtituta regimine procedat in publicũ. Sin aũt proceſſiõis eius illi teſtes ſunt, qui
procedentẽ uiderũt, & ijdem profecto teſtes erunt, cui cõiuncta, & cuius titulis in-
ſcripta uiri, paternis laribus proceſſit in mediũ. Porrò ſi cõnubiũ iſtud & proceſſu

&

A & teſtibus,cũctis deniq; indicijs illuſtre,et apertũ eſt,nec eſt uir eius mortuus:mechaẽ quę hm̃oi admittit ſcelus,uiuẽte uiro ſemp̃ adultera.Imò quia fruẽdę uoluptatis cauſſa impudicè laſciuit:meretrix: qa uero uiuit eius uir,nefario ſcelere probatur adultera. Nec ſanè uideo qua ratiõe, imò quo ſacrilegio ipſa ꝓ immortali uiro dei filio mortalẽ hominẽ in malũ ſuũ ambire p̃ſumat, ante uiri oculos in ipſum impuris ac nequiſſimis ſemp̃ amplexibus impia:quo itẽ furore homo ille cubile domini cõſcendere,ac uiolare nõ metuat:nẽpe ex rebus humanis eiuſmõi flagitioſorũ ſupplicia cõijcere,et æſtimare facile poſſumus.Quęſo q̃ cruciatu digna cẽſeretur mulier,quę nobili cõiũcta uiro,ſeruo ſuo ſeipſam uiolãdã impudicè ſubſterneret:ac ſeruũ inſidioſè nequiterq; domini toris inueheret?Quo itẽ ſeruus ille dãnandus examine,qui dominę ſuę dominiq; cubili ſe cõcitatus libidine adeò petulãter immiſcuit:ſed enim uafrę iſtæ quid faciũt:quę tãtũ impietatis cõtra ſeipſas per carnis flagitia admittere nõ timuerũt?Nõ modò nõ lacrymãtur, aut ingemiſcũt ut uel lacrymis remittãt peccatum ſuũ, mitioresq; ſuſcipiãt pœnas:uerũ uirginitatẽ quoq;,q̃ antea profeſſę fuerãt,abnegãt.Quippe uirginitatis limites trãſgredi,ut uoluptatibus inſeruiaẽ, turpiſſimũ eſſe , plenũq; dedecoris nõ ignorãtes,hm̃oi negatiõe, maiore ſcilicet ſcelere,uirginitatẽ ſolari ſeſe arbitrãtur amiſſam,homines miſere & infeliciter eligũt,ſub quibus ad excuſationẽ præuaricatiõis abnegẽt q; fuerãt antè pollicitæ:nec dominũ metuũt,cũ quo fœdera caſtitatis inierant,cuiq; dederãt dextras eo quòd in malorũ ꝓfunda deciderint.Ignorãt miſerę quia apud deũ & apud homines cõtra ſe crimẽ exaggerãt,cũ hi quidẽ ex præcedẽte,cũctiſq; cognito uirginitatis inſtituto,quòd ſe illæ profeſſas eſſe negãt, ueſaniã ſummãq; impudẽtiã auerſentur,atq; oderint:Chriſtus uero præter uiolata uirginitatis fœdera huiuſmodi negationẽ,quã uice pœnitẽtiæ patrociniũ criminis ſumũt, acrius ac ſeuerius ſuo illo iudicio

B uindicet.Itaq; ne ſpecioſo charitatis nomine,uirgo in hoc peccati baratrũ corruat,charitatẽ purã,omniq; mortali affectione liberã ſumat:neq; enim prolapſę ad uoluptatẽ quicq; ad excuſationẽ proderit umbra,ſolatiũq; cõnubij:neq; uiuentẽ uirũ ſub prætextu cõiugij nõ ſoluta circũuenire,aut fallere poterit, cui mortalẽ hominẽ poſt eximios illos,quos ab eo perceperat, honores, impiè per adulterij nefas in honorẽ prætulerit. Nec ſanè incõgruè his quę ſunt eiuſmodi,illud Apoſtolicũ aptari poteſt. Quoniã,cũ† fornicatæ à Chriſto fuerint,nubere uolũt,habentes dãnationẽ, q̃niã primã fidẽ irritã fecerunt,nõ cõiugiũ,ſed adulteriũ malè cõſummãtes. Nullus itaq; ſeruus ad id impietatis erũpat,ut ſponſam domini cõtingere audeat. Nullus adeò inſanus,ac ſacrilegus ſit,ut immaculatã hoſtiã impudicis manibus tractet. Nemo in tãtũ audaciæ,temeritatiſq; ꝓſiliat ut eiuſmodi ultionẽ ſacrilegis impẽdere cõſiderãs,nõ uaſa inanima ex auri argẽtiq; materia elaborata, ſed animata ipſa, & uiua donaria,latronis more ꝓfanis manibus temerare,atq; inceſtare præſumat. Imò uero nullus adeò impius,atrox,impuruſq; ſit,ut non inanimata tẽpli uaſa,ſed ipſum domini templũ,uirgineũ ſcilicet corpus, ipſamq; omniũ pretioſiſſimã animã in tẽplo dei,ſacratiſſimi donatij uice locatã libidinis facibus barbarica immanitate ſuccẽdat. Verũ etſi ſpõte ſua ſe uirgo ſpõſi fœdera trãſgreſſa ſubſternat,cũctaq; ſimul,& tẽplũ,& donaria,& charitatẽ ſpõſi,cõmunionẽq; ac ſocietatẽ regni pernicioſæ uoluptatis gratia cõfundere atq; calcare nitatur: noli huiuſmodi ad ſcelus uti,neq; te peccati cõmuniõe cõmacules:nã & eximius ille Ioſeph dominæ ſuæ amoris magnitudine ebriæ ac penè furioſæ ſeipſum ad impudicitiã minimè p̃miſit.Quòd ſi te renuẽte alij ſe uirgo in matrimonij conſortiũ tradiderit,ille pœnas ſceleris luat,tu teipſum mundũ atq; integrũ ſerua,ne ſceleris impij in dominũ particeps fias. Oportet,inquit,filiũ hominis tradi:ue autem illi,per quẽ tradetur,utile

† καταςρηνιάσωσι.

illi eſſet,ſi natus nõ fuiſſet.Nõne de illa pari ratiõe iudicabitur,q̃ uirginitatẽ antè ꝓfeſ- C
ſa,poſtmodũ pœnitẽs,fruẽdę uoluptatis gratia, mortali ſe uiro immũda cõiunxit,etſi
dixerit:oportet me uiro cõiungi in matrimoniũ,quẽadmodũ oportebat filiũ hominis
tradi,uerũ,ut illi per quẽ illa ſponſi fœdera trãſgreſſa ſuã impleuerit impura libidinẽ.
Vtilius fuerat(audeo dicere)homini illi,nõ eſſe natũ, q̃ꝫ ſocium tãti in dominũ flagitij
dãnari.Nõ audis qm̃ q dimiſſam duxerit,mœchatur.Etſi enim,inquit,ꝓ culpa dimiſ-
ſa eſt,uiuit tamẽ uir eius.Quid ergo dimiſſam perturbas?cur illi ſpatiũ nõ das,ut et de
his agat pœnitẽtiã,q̊rũ gratia dimiſſa eſt?& uir à ſe dimiſſę pœnã emẽdationẽq́ꝫ miſe
ratus ad ſe rurſus ꝓpriũ reuocet mẽbrũ?quid emendãdi ſe ſpatiũ pręripis,uiuẽte uiro
ſic dimiſſam ducẽs?Permitte,inquit,aut ad uiuentẽ uirũ remeare meliorẽ factã mulie
rẽ:aut certe cũ neqꝫ uidua,neqꝫ uxor ſit,pro remiſſiõe culpæ qua peccauit in uirũ,ſem
per pœnas dare.Tu cur anteq̃ꝫ peccatũ ſuũ,p q̊ dimiſſa eſt,planè intelligere poſſit,eã
ad cõiugiũ rapiẽs, impudẽtiorẽ ad ſcelera deinceps facis?nẽpe uiuẽte uiro alienã adul
teras coniugẽ,†facilẽq́ꝫ illi ad nequitiã reditũ(ut dixi)per cõnubiũ pãdis.Si aũt qui di-
miſſam à mortali uiro ducit,adulter atqꝫ impius eſt:q immortalis uiri ſpõſam nũq̃ di
miſſam uiolare præſumit,multo profectò funeſtius adulter atqꝫ impius erit.Itaqꝫ etſi
illa peſſima ſe mutatiõe derjciat, ad carnis uitia ultro deuoluta, tu tamẽ eã noli tãgere:
uiuit enim eius uir,neqꝫ illã dimittere uult,permitte ut ſe inſpiciat unde ſit lapſa,ubinã
iaceat,digerat uitiũ,diluat amorẽ carnis, cõſideret diligẽtius indulto ſpatio cuiuſmodi
crimẽ admiſerit, quãtũq́ꝫ molita ſit ſceleris. Redibit ꝓrſus ad ſpõſũ ſuũ:ſi enim Chri
ſtus lux eſt et reſurrectio,et incorruptio,& uita &c.quę nobis à patre per ipſum indul
ta ſunt bona,quæ ſe à Chriſto dimouit,qd aliud q̃ꝫ de luce ad tenebras,à uita ad mor
tẽ,ab incorruptiõe ad corruptionẽ, à reſurrectiõe ad inferni & mortis maximũ ac peri D
culoſiſſimũ caſum ſe detorſit infelix.Quę cũcta cõſiderans,cuiuſlibet malorũ ꝓfundũ
ſint,exhorreſcet peccati caliginẽ cõfuſionis mœrorisq́ꝫ pleniſſimã ſuauitatẽq́ꝫ lucis, in
qua prius erat,amplius ſitiet.Mortis quoqꝫ terrorẽ et corruptionis ingratã putredinẽ
intuẽs,uehemẽtius rurſum ad uitã ex his immortalitatẽq́ꝫ reſiliet.Inferni etiã cõſpiciẽs
grauiſſimũ lapſũ , indultã ſibi a domino reſurrectionẽ carnis amplectetur & gratius.
Neqꝫ enim ita erit inſana, ut ne tẽpore q dẽ admonita eã nõ ponat amẽtiã, mortaliq́ꝫ
immortalẽ nõ p̃ferat ſpõſum.Quid igiẗ infelicis anticipas lapſũ ?qd cõſiderãdi pecca
ti tẽpus intercipis?qd cõſilij ſpatiũ tollis?cur nõ dimiſſam a domino ducẽs,nõ uirũ te,
ſed adulterũ impiè domini cubile uiolando manifeſtas?intacta ſit ergo oim manibus
uirgo,q̃ dei p̃tioſiſſimũ,egregiũq́ꝫ donariũ eſt.Immaculatã ſe & corpore et cogitatiõe
cuſtodiat et ſic ſecurè iã fratres in Chriſto alloquaẗ. Quippe ad hoc ipſum illã dei fa-
mulus diligẽter informãs:uolo,inquit,uos omnes prudẽtes quidẽ eſſe in bono,ſimpli
ces aũt in malo. Aptaui.n.uos uni uiro uirginẽ caſtã exhibere Chriſto. Timeo aũt ne
forte ſicut ſerpẽs ſeduxit Euã in aſtutia ſua,ita corrũpãẗ intelligẽtiæ ueſtræ à ſimplicita
te,q̃ eſt in Chriſto.Ante oia igitur oportet uirginẽ cogitatiões ſuas puras inuiolatasq́ꝫ
ſeruare:anima quippe perdurãte incorrupta, corpus quoqꝫ impollutũ immaculatũq́ꝫ
ſeruaẗ. Porrò ſi peſſimis cogitatiõibus cõtaminetur anima,quãtũlibet corpus perma
nere incorruptũ uideaẗ,nõ tamẽ mũda eius cẽſetur integritas,cũ ſordibus cogitationũ
inquinata uitieẗ. Diligere itaqꝫ debemus,uerũ cũ ratione prudẽtiq́ꝫ iudicio dilectiõis
tenẽdo menſurã. Dilectio enim nil agit turpiter. Et ſolutus es ab uxore, noli quęrere
uxorẽ.Eſt aũt planè iniquũ & indignũ,ut qui ſe his nexibus ſoluere ſtudet,falſo chari
tatis nomine ſeipſum ex cõſuetudine uoluptatũ uinculis implicet, ut iã iuxta ꝓfeſſiõis
uotum nec animo nec corpore poſſit eſſe ſolutus.Nec enim anima eiuſmodi ſoluta eſt

quæ

[Margin: † εὔκολον δὲ ὅπερ ἔφην, πρὸς τὰ ἐν τῇ συμβιώσει πταίσματα ἀτόπως ἀσ- κῶν.]

[Margin: Vide Auguſtinũ de hoc loco 27 q. 1. Nuptiarum bonum.]

A quæ circa affectiones cõſuetudinis tetræ & obſcuræ occupatur:neq; corpus ꝙ curarũ nuptialiũ ſibi inuexit uincula. Nã etſi matrimoniũ nomine nõ eſt,ſolicitudo tamẽ eius iniecta cõiugij corporaliũ curarũ ſeruos, quibus ſe irrationabiliter alligauerũt,abominabiles facit. Perq; uero abſurdũ eſt,ut quæ uirginale perſequũtur inſtitutũ, †nuptiarũ ſenſus mẽte & cogitatiõe pertractẽt, fingẽteſq; ſe cura & prouidẽtia ſpõſi cõtentas eſſe,curatores homines probro ſuo meretricum more perquirãt. Enimuero tu, ſi illũ amas qui uerus ac ſpiritalis amator eſt, cætera debes omnino negligere, libẽtiſſimeq; tolerare cuiuſlibet extremę licet paupertatis anguſtias,dũ eo quẽ amas,perfruaris,ne remiſſius laxiuſq; uiuẽdo, & q̃cunq; ſunt ad id neceſſaria captãdo ab hominibus,diuino amore turpiter excidas.Quę enim in delitijs eſt uirgo,uiuẽs mortua eſt.Nõ ergo blaſphemetˀ bonũ uirginitatis ueſtræ nomẽ,immaculatæ charitatis obtẽtu carnalibus affectionibus uitijſq; uiolatũ.Neq; enim eſt charitas affectio ſimulata ſiue beneuolẽtię imago uoluptati ſubdita,uel affectus animi malus,uerũ quieta dilectio,carnaliũ ꝓprietatũ perturbatione libera,paſſionũq; omniũ trãquilliſſima pax & ſanctificatio in ſpiritu ſancto. Quòd ſi charitatis cauſa frater tuus cõtriſtatur, nõ iã ſecundũ charitatẽ ambulas. Noli dilectione tua deſtruere opus ueræ charitatis,neq; falſi nominis charitate fratrẽ tuũ ꝑdas, peſſima illũ ſuſpiciõe ſcãdalizãs, pro quo Chriſtus mortuus eſt. Si quis te uiderit habentẽ ſcientiã ueri boni in idolio recũbere,ac pro uera et pura integritate ſimulachrũ eius mulcere blãditijs,nõne cõſcientia eius cũ ſit infirma,inquinatˀ, ędificabiturq; ad idẽ ſcelus præſumẽdũ.Sic aũt peccãtes in fratres & percutiẽtes eorũ infirmã cõſcientiã,in Chriſtũ peccatis.Idcirco ſi eſca fratrẽ meũ ſcãdalizat,nõ mãducabo carnẽ in æternũ,ne fratrẽ meũ ſcandalizẽ. Nũquid nõ habemus,inquit,poteſtatẽ
B mãducãdi & bibẽdi:nũquid nõ habemus poteſtatẽ, ſororẽ mulierẽ circũducẽdi. Sed nõ ſum,inquit,uſus hac poteſtate:bonũ enim mihi eſt magis mori,q̃ ut gloriã meam, uirginitatis ſcilicet,ulla inquinet affectio. Tribus ergo Leuitica ſeorſum et uxores eorũ ſeorſum. Neq; ſanè, per iſta quę dicimus diligere fratres ꝓhibemus,uerũ omnes quaſi uterinos amare permittimus, & ipſos tamẽ qui ſunt eodẽ progeniti utero,diligẽdos cautè cõſulimus. Verendũ quippe eſt,ne ex cõſuetudine noſtra atq; cõfidẽtia ſumpta occaſione peccatũ operetur in nobis omnẽ concupiſcentiã:ſufficit nãq; peccatũ & per tactũ fraternæ manus & per pacis ac dilectionis oſculũ,ſenſum carnis ad ſua moliẽda opera latẽter excitare,& cõcupiſcẽtiæ oculos ſicuti Adæ poſt uoluptatis guſtũ amplius ad malũ aperire.Nõ ergo uel utero eodẽ genita ſoror iugi fratris tactui,et oſculis ſe aſſueſaciat,ne per aſſiduitatẽ exorta in intimis paſſio ſuo tẽpore in actũ prorũpat,maximè cũ ex uenuſta corporis forma amoris faces in eorũ oculis magis magiſq; ſuccenderit. Nẽpe enim & ab hmõi flãma externæ q̃q; ſapiẽtiæ ratio retrahẽs, formoſorũ, inquit,oſcula cauere oportet,nõ ſecus, q̃ animaliũ uenenatorũ morſus:diffunditur enim uenenũ ex oſculo per omne corpus: quocirca ſalutate inuicẽ, inquit,in oſculo ſancto,quodã quaſi ſpiraculo oſculi carnis in ſpiritus ſãcti puriſſima flagrãtia inuicẽ ſibi iſta iungẽtes.Nec ſanè,arbitror,culpãdi ſumus, qui in id diligẽtię pro mũditia uirginali muniẽda uenerimus:niſi enim prędictũ facinus uexilla ſua in eiuſmodi perſonis, ętate quoq; noſtra erexiſſet,digni fortaſſe nõ immeritò apud pleroſq; putaremur querimonijs exagitari,ꝙ ad hoc uſq; ſermonẽ noſtrũ nudare auſi eſſemus. Quòd ſi omnẽ peccati ſpeciẽ etiã cõtra matres & filias per uoluptatẽ carnis innouare p̃ualuit, ſicut & Ammon fratrẽ per ſororis uiolationẽ perpetuo dedecore antè notauerat:digni(ut reor)reprehẽſione nõ ſumus,qui pro ſeruãda uirginei cãdoris ſpecie, ſpõſam Chriſti iſta quoq; cautione præmunire curauimus. Eſt enim grauis ac uehemẽs inſita maſculi

τοῖς τῶν γάμων πήμασιν ἀνοήτως ἐμπλέκεται.

Et erga fratrẽ cauta ſit uirgo.

nis corporibus aduerſum fœminas flagrãtis cõcupiſcentiæ uis. Omnia iudicia mentis C
euertit, omnẽq; ſeparationẽ ſub iugũ mittit, ac ſpõte ſua (ut ita dixerim) obſiſtẽte & ratione intima ſibi inuicẽ iſta cõnectit. Nã fœminæ quidẽ fœminea tangẽtes corpora, & mares itẽ maſculina, nihil ferè ex eo contactu ad ſui incitantur cõcupiſcentiã, niſi quis fortè ex eius memoria, ꝗ ut appeteret, ui naturalis inſtinctus acceperit: iritatus per ardorẽ illũ, quẽ ad fœminã propriè acceperat, cõtra naturæ iura, in alienũ quoq; habitũ libidinis frena relaxet. Porrò fœmineũ corpus maſculũ attingẽs, aut cõtra maſculũ fœminæ quãlibet hæc animæ illis inſitæ ratione moderentur, ad cõgreſſũ tamẽ mutuo latenter incitãtur, ac ueluti ſtuppa ſi ſtuppã cõtingat, igniſq; rurſum rutilãs flãmantem ignẽ fumũ ex ſe minimè excitãt, ſtuppa uero ſi ignẽ odorata fuerit, protinus inflãmata ſuccẽditur, neq; opus eſt ullo adminiculo, ullo'ue foris inſufflãte, ut ex ea ignis effulgeat: ſed ſimul atq; illũ attigit, mox in apertas flãmas erũpit: ita & fœmineũ corpus maſculũ tangẽs, nõ multo labore neq; inflãmante ad cõcubitũ amore opus habet, ſed cũ naturali ad ſe inuicẽ rapiãtur ardore, ſimulac ſe cõtingũt, ſcintillã uoluptatis fumãtẽ intrinſecus ſentiunt: unde ſcriptũ eſt: Alligabit quiſpiã ignẽ in ſinu ſuo, & ueſtimẽta eius nõ cõburet: aut ambulabit quiſq; ſuper carbones ignis, et pedes eius non ardebũt: ita nõ erit innocẽs qui mulierẽ tetigerit. Quòd ſi pro ſpõſa ſua ſeipſum tradidit dominus, ut eã ſanctificaret mũdãs aquæ lauacro et exhiberet ipſe ſibi eã glorioſam nõ habentẽ maculam aut rugã, aut aliquid huiuſmodi, ſed ut eſſet ſancta corpore & ſpiritu, ſolicitè curare debet uirgo, quomodo placeat domino, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu, neq; ita alia cauere debet, ut alia licitè præſumere ſe arbitretur, ſed omnes penitus occaſiones, quæ illã maculare ſeu fuſcare poſſint, à ſe lõgè cohibere, ut ſit ſancta corpore, dũ ex eo ad animã nihil inquinatiõis importat: et ſpiritu, dũ nulla hũc malã cogitatione perturbat. D
Nõ ſolũ enim à corpore ad animã perturbationes trãſeunt, uerũ ab anima incipiẽtes corporibus interdũ etiã exhauſtis, neq; ſubminiſtrare ualẽtibus imaginaliter perinde ac per corpus fiãt, in mẽte cõſumãt. Sicut enim qui aquã permiſcẽt oleo, utriuſq; gratiã crebra agitatiõe cõfundũt, et olei quidẽ lucidã ſpeciẽ limoſa aquæ ꝓprietate perturbãt, aquę uero naturã olei admiſtiõe cõmaculant: ita & qui animã corpori per uitia perturbationeſq; cõmiſcẽt, utrinq; quod habet utile & ad uitã neceſſariũ demoliũtur, animãq; lucidã ac nitidã carnaliũ uoluptatũ limo perturbant, et corporis mũditiã atq; nitorẽ hac ratione miſcẽtes, inutile hoc ad uitæ officia oſtendũt: uerum ſicuti cõfuſa illa ad inuicẽ atq; turbata uim gratiæ naturalis amittũt, ea uero turbatiõe ſedata, ubi quieuerint à ſe dirimũtur, & unũquodq; in ſuã naturam ſe ad ſeipſum colligẽs redit, atq; oleũ quidẽ purũ ac nitidũ ſupernatat aquæ: aqua uero perlucidũ illi uehiculũ præbet: ita & anima & corpus cum perturbationibus ex ſe naſcẽtibus inuicem miſcẽtur, ex ea agitatione mutua utriuſq; natura cõfuſa uiolatur: ubi uero in propriam naturã diſiuncta remeãrunt, anima aurigæ in morẽ illuſtrẽ ſpeciem ſuã ſupernè micantem inſinuat corpori: corpus autẽ ut per naturam graue merito illius, dignitatiq; ſubiectũ uehiculũ illi ad uitæ uſus neceſſarios præbet. Si quid igiť huiuſmodi in ſe cõtingere uirgo peruiderit, neq; paſſiõibus carnis animę turbabit lucẽ: neq; his quę ab anima initiũ ſumpſere, cõfundi decorẽ ſuũ patietur: uerũ utrũq; ſuo in loco & ordine & uſu per quietẽ cuſtodiẽs, pacẽ partibus ſapiẽter impertiet: tranquilleq; & animã & corpus ſecundũ naturã agere aſſuefaciens cõſtantẽ, ex utriſq; cõgruã concinnãq; ſpeciẽ puriſſimã pręferet, animæq; quidẽ candidã lucẽ à fluctibus omnibus atq; turbinibus quietã iugiter ſeruãs & corpori ſpeciẽ omni uoluptatum cœno purã perpetua exercitatione cuſtodiẽs: corpus nãq; gulã & ebrietatẽ euaporãs, uoluptateſq; concubitus aduerſus animæ ſpeciẽ

proferet

A profert, at contra anima emulationẽ,& irã,& ſimulatiõnẽ,& inimicitias aduerſum
corpus inſipiẽter agitata producit,et fit plerũq; ut cũ uitiorũ carnaliũ metu,ieiunijs
ac uigilijs ,& reliqua uitæ auſteritate corpora ad paſſiones ſuas emortua reddideri
mus, animæ tamẽ perturbationes in corpore mortuo circũferamus:ut inde iã quã
tũ à perfectione remoti ſimus appareat. Alterũ quippe ſine altero ſi impleatur,im
perfectũ ad uirtutẽ uerã opus arguitur. Neq; enim ſi corporis uitia per ieiunia, ui
giliasq; abſciderimus:animã uero motibus probrijs ex zelo & hypocriſi & pertur
bationibus cęteris agitatã negligamus,cõferre ad uirtutẽ aliquid corporis exercita
tionẽ arbitramur. Neq; itẽ anima ſuis purgata uitijs, ſi corpori ad uoluptates uen
tris reliquasq; delitias liberas habenas permittamus: remota etiã fornicationis im
mũditia,perfectã ad uirtutẽ uitã noſtram probare poterimus. Verũ enim qui uir
tutis curſum omni uitiorũ labe purum feſtinat oſtendere,is neceſſe eſt animę uirtu
tibus adijciat, & corporis bona & his quæ per corpus aſſiduæ exercitatiõis labore
peragit,uirtutes animæ cõcordes oſtẽdat. Neq; enim uerax & ſine ſimulationis fu
co uita eſſe poteſt , niſi animæ & corporis mẽbra cõgruentiã adinuicẽ & cõcordiã
habeãt:fieri enim equidẽ non poſſe puto, ut aut animæ adipiſcamur bona, niſi ab
ſint uitia corporis:aut corporis bona cõſequamur, niſi uirtutes animæ ante præce-
dãt. Oportet aũt animã ipſam ſibimet conſentiẽtẽ, cõſonũ ſibi aptũq; corpus acci
pere , atq; ita demũ utriſq; anima ſcilicet et corpore ad unũ curſum æquabiliter ſe
obtẽperanterq; mouentibus , perfecta mõſtrabitur beata uita. Virgo igitur quaſi
aquæ oleũ purã animã corpori ſemper inſidentẽ habeat,eiusq; lumine ſubiectum
regens corpus, n[illegible]x carnaliũ uitiorũ, ferè nihil ex uoluptate turbidũ puriſſimo
B decori animæ adi[illegible]t:ieiunijsq; ac ſpiritali exercitio feruores ex eo emanãtes ſa
lubriter cohibẽs , luti eius plurimã partẽ cõtinẽtiæ operibus exhaurire feſtinet. Ita
nihil ex animæ uitijs,nihil ex zelo & hypocriſi,nihil ex inſipientia turbidũ corpori
cõmunicabit, ſed animũ indignatione omni & omni iracũdia omniq; uitioſa cõcu
piſcentia liberũ,lucidũ ac limpidum in uita pręfert. Porrò ſi à perturbationibus re
motũ ac trãquillũ pręſe ferre debet humanũ inſtrumẽtũ quod ex anima cõſtat & cor
pore,& utrũq; in ſua ſeruare natura quietũ, ſuũ perſciens munus, operępretiũ eſt
ut quẽadmodũ fluentes in corpus per uentrẽ turbidos excluſit riuos,ita et eos qui
in animã influũt obſeruet atq; auerſetur. Sic deniq; durabit utrũq; in ſua natura
quietũ et imperturbatũ,alioquin dũ uitia cõfundũt animũ, uirgineũ decus intemera
tũ,ſicut oportet, enitere nõ poterit. Imò pręter id, quod nihil ex corporali exercitatio-
ne ꝓficiet,fœditatis plurimũ in anima ex perturbatiõe uitioſa apparebit:licet enim
carnaliũ paſſionũ limũ à corpore in animã euaporãtẽ ſpiritalis exercitij ſtudio ad
naturę neceſſitatẽ ueluti ad regulã & libram reſtringat & cõtrahat:ſi tamẽ animæ
perturbatur uitijs,nihil ei carnis mũditia proderit,cũ in ea ſpõſus ob perturbationũ
ſtrepitũ & tumultũ accũbere, ac requieſcere nõ poſſit. Imò & ſibi plurimũ quę eſt
hõi nocuit,quid ſpõſo cœleſti placeat ignorare cõuicta,& inueſtigare diſſimulãs:
atq; ita ex ratiõis inopia cogitationũq; peruerſitate corporaliũ quoq; exercitiorũ ac
laborũ mercede ſe priuat:nã ſi ut ſeruetur inuiolata pulchritudo aĩæ integrũ corpus
caſtũq; ſeruamus,ſuperflua iã erit et inutilis integritas carnis anima per uitia innu
mera corrupta atq; pereũte. Quorũ enim corpus peccati inſtrumẽtũ diabolus ac
cipit,per id ipſorũ animabus inſidias & necẽ parat:quorũ uero carnẽ inuadere per

continentiam

cōtinentiā & uitæ maximā auſteritatē non permittitur,horū ſępe nudā ſine corpo C
re animā nactus ,per eas quas in illa gignit,perturbationes, ſua deſideria perficit.
Eiuſmodi profectò ſunt quęcūq; uigilijs,ieiunijs,chamęunijs,& reliqua corporis
uehemēti exercitatiōe ipſum à carne ſua effugātes,iræ & ſimulationis, & indignati
onis ,& zeli, ac liuoris agitatæ turbinibus illū in animæ finibus fouēt. Quāto autē
corpus inferius eſt dignitate ꝙ anima,tanto minus eſt uitiū quod per corpus ad/
mittitur,quàm quòd per nudā perpetratur animā : nā ibi quidē neceſſarius & na/
turalis cibus atq; appetitus ad gulā ſeu fornicationē per adiunctas ſibi uoluptates
corpus omne titillat, hic abſq; ulla corporali uoluptate ſola peruerſione uolūtatis
uitia in animā influūt. Enimuero ſi ſoli animi uitijs corrūpi uirginē cōſtitit,cauēda
illi omnino eſt omnis perturbatio & furor,& cōtentio,& cætera quę dixit Apoſto
lus:ſed inuidia in primis. Quiddā enim ſimilimū & qui amat,et qui inuidet, patit.
Nā ſicuti amantis cū ſua cōcupiſcētia fruſtratur,et animā et corpus cōſumit amor:
ita inuidētis quoq; & animā & corpus liquefacit inuidia.Eadē enim ratione & qui
amāt cū ſuo fraudantur deſiderio præ amore: & inuidi quoq; dū ſua cōcupiſcentia
inanes remanēt,prę inuidia,& corpore ſimul & animo tabeſcunt.Nec ſecus planè
quàm cereæ patiūtur imagines,quæ noctu à cerarijs effictæ igneis poſtea ſolis ra/
dijs liquefactæ ſoluūtur:illæ enim ꝙ diu eas nocturnæ,cōtinent tenebræ cōpactā
in umbra atq; ad nocturnas auras figurā ſicuti effictę erāt,ſuperficie tenus ſolidā
ac fortē interim præferūt.At uero iā rutilante ſole,itinerisq; ſui curſum peragente,
quādo cætera illius uirtute nutriētur,luceq; fruūtur,liquefactæ illæ & formas unà
& figuras & habitus, illud ꝙ ſuperficiale robur amittūt : cōſ[illegible] omnibus uane/
ſcunt:ita ferè & inuidi,quā diu ſub diaboli tenebris ueluti in [illegible]te ad inuidiæ cōſul D
tant opera, ſolidas interim cogitatiōes & figuras ac formas ſicut ab inuidia forma
tæ ſunt ſibi inuicē uidentur oſtēdere: ubi uero ſtudioſus quiſq; et induſtrius ad uir
tutis opera ſolis inſtar matutinus effulſerit,cæteri quidē uirtutū uitā, Deoq; placi/
tam,et gratā cōuerſationē admirantur,atq; ad amoris intimi agnitionē ab eo illu
ſtrati uirtutis nutriunt ſemina:qui uero inuidia tabeſcūt , illū in modum ſolis inui/
ctū,Deoq; chariſſimū ac uirtutibus clarum cernētes,& magis magisq; cōſpicuum
tanquā cerei(ut dixi) & corporū formis et animis inuidiæ plenis repētè liqueſcunt
atq; deficiunt.Serenū igitur oportet eſſe uirginis animū ac diuinis cogitationibus,
ueluti ex quodā puriſſimo fonte ſtagnātē,tranquillū, pacificumq; durare, ut neq;
inuectis extrinſecus per aures uerbis agitētur,neq; irruētibus per oculos formis à
ſtatu illo ſuæ quietis fluctuās deuiet:ita ueluti in lucidiſſimo ſpeculo & ſuā ſpeciem
& ſponſi pulchritudinem intuens , illius amore carius ac germanius exatiabitur.
Quocirca neceſſe eſt uirginem in hoc aquæ ſpeculo nullam aliam intendere faciē,
ne illam quæ prius inerat,ipſa cōtinuo ſubrepens deleat.Nō, iniquam, uel ira uel
triſtitia, uel quibuſlibet perturbationibus alijs eā omnino iactari decet, ne alienas
imagines ineſſe animo ex ea agitatiōe demōſtret. Sed eodē ſemper modo diuino
placidiſſimè perfuſa gaudio , tranquillā ſe ab omnibus paſſionū fluctibus ſeruet,
nulliuſq; in ſe niſi ſpōſi ſolius præferat ſpeciē,ut ſolus ille in ea propriā cernat ima
ginē,ſoláq; anima ipſius formā in ſpeculo ſuo habeat lucētē,eiuſq; pulchritudine
ornari iugiter appetat.Idcirco præmuniēs ipſius animā Deus,ſacro illā eloquio in
ſtruit,dicēs:Si ſpiritus poteſtatē habentis aſcēderit ſuper te, locū tuū ne dimiſeris,

A ne ſcilicet aſcendēte poteſtatiua cogitatione, imago illa ueluti nacta locū in ſpeculo,
obſiſtēte nemine, peccati ei inſinuet ſpeciem, impleatur Chriſti facie tota uirginis a-
nima: nullusq; omnino in ea locus uacet quo aſcendēs otioſa cogitatio inueniat ubi
ſua et ſeipſam ſpeculetur. Nullius igitur (ut breuiter dixerim) abſentis, nullius præ-
ſentis hominis ſpeculū ſit uirginis anima, niſi ſancti ſpōſi ſui: nulla prorſus in eo alia
quam ſponſi inſpiciatur forma. Nullā aliam ob rem ſpeculū animæ ſtudioſe ipſa
detergat, niſi ut ille huic ſuæ pulchritudinis irradiās ſpeciē, illam beatiſſimā faciat.
Nā ſi mortaliū quiſquam huic inhæreat ſpeculo: neceſſario iā omnino circa huius
occupata formā, ſpōſi facie ſenſim ſe abducente atq; dilabēte illū nuſq; intuebitur.
Sicut aūt qui adhęret meretrici, unum corpus eſt: ita & qui adhęret domino, unus
ſpiritus eſt: dum & corporis purgatur uitijs, & animā in diuinę imaginis excellētiā
trāsfert. Neq; ſanè ſi uirginē ad uerā integritatē ꝓuocantes, mortalis interim ſpōſi
utamur exemplis, ullam ei nuptiarū carnalium cogitationem inijcere intendimus:
uerum ex carnalis cōnubij copula, coniunctionē rationalis animæ cum Deo Dei
uerbo ſapiēter oſtendimus. Sicut enim corpora communione coniugij, uoluptate,
affectibus, corruptione concubitus per conſpirationem ad actū, unum fiunt: ita &
rationalis anima maritali cōſortio ad deū uerbum uirtute & incorruptione & uera
trāquillitate perfruetur: ut his freta muneribus, per ueracē conſenſum, quo ad ſan
ctificationem ex eo uerbo ſibi prouenietem nititur, puriſſima fiat. Quocirca quæ
Chriſto per uirginitatis profeſſionem copulata eſt, tanquā ſapientiæ ac uerbi Dei
ſponſa, ſapiens ac prudens ſit neceſſe eſt, ut omni ſtultitiæ & inſipientiæ nota iugi
diuinarum rerum meditatione longius exploſa, ſapientiæ cui cōiuncta eſt, ornetur
B pulchritudine. Cum enim cęteris qui beati eſſe ſtudent, tum ſponſæ Chriſti in pri
mis cōuenit operationes animæ quæ per ſenſus fiunt, ab exterioribus ad interiora
cōuertere, ac ſpōſo in intimis thalamis ut Deo Dei uerbo perpetua dilectione ſoci
ari, cum eo colloqui & in eius die noctuq; lege meditari, & his quidē quæ ad ſpon
ſum ducūt, Lege ſcilicet & Euangelio: & ſiqua his conſona ſponſi decorē exponūt
oblectari: ſanctiſq; intelligētiarū fœtibus, ſapientē ac rationalem magis ac magis
ſemper euadere, donec ęternā ſapientiā ſibi penitus iungat, unūq; cum eo cui inhę
ſit effecta ex corruptibili fiat incorruptibilis: ex imperita prudēs ac ſapientiſſima
tanq; uerbi cui inhæſit coſta, atq; (ut breuiter dicam) ex homine mortali immorta *
lis Deus, ſicut ille cui cōiuncta eſt omnibus manifeſtetur. Sicut enim ſpōſus eius,
thronos et dominatiōes deſerēs, illi rationi mortalitatis adhęſit, ut unū cū illa miſe
ricorditer factus, ſua illā gloria et immortalitate donaret: ita et ipſa ei qui ſui gratia
exuit principatus ac poteſtates, & ſeipſum à forma Dei ad ſerui formā per nimiā
amoris uim exinaniuit: immortalitatis ratione inhęrere debet, ut in cœleſtē quoq;
tlalamū ad patrē aſcendēti coaſcendat. Propter hoc enim, inquit, relinquet homo
patrē ſuū & matrē, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Quod expo
nēs qui ad incorruptionē uitæ ſpōſam Chriſto pręaptare cupiebat: ſacramentū, in
quit, hoc magnum eſt, dico autē in Chriſto & in eccleſia: neq; enim ideo deſcendit
Chriſtus ut inhærēdo ſpōſæ remaneret in terris, ſed ut aſſumēs eā atq; in meliora
cōmutās, è terris ad cœlos & ad regna ęterna ueheret. Nēpe quę Chriſto deſpō
ſa eſt, nō modò ad ſpōſalia lauacra Iohāne utitur miniſtro, ſed angelos etiā habet,
qui aſcēdēti ad patris ſoliū epithalamiū canāt: nō modo igiť uirgo uniōe qua incor
ruptibili

ruptibili uerbo cõiungitur,incorrupta perdurat, uerũ illa quoq; integritas poſtq; C
fuerit unita perficitur. Nõ enim in morẽ carnalis ſponſi qui integrã uirginẽ carnali coniugio uiolat & mulierem facit,animarum quoq; noſtrarũ ſponſus incorruptam animam ſua communione cõmaculat:ſed inquinatã potius à diabolo per uoluptates corporis nactus,eam ex muliere polluta immaculatã uirginem efficit:hanc deniq; myſticam deſponſationis rationẽ ipſe nos per prophetam edocet, cũ ad ſpõſam ſuam dicit:Nunquid ut domum me uocaſti & autorem uirginitatis tuę?Quaſi diceret: & autorẽ incorruptionis tuæ. Sicut enim autor ac princeps uxoris corrũpendę eſt uir,ita incorruptionis cuiſq; noſtrũ autor eſt dominus,qui cũ noſtrę inuiolatæ puritatis ratione ſit dominus, ipſam à principio nobis indulſit,quem etiã incorruptionis noſtræ dominũ oportet recognoſcere, in eo ſcilicet manendo & inhabitando. In ipſo quippe uiuimus,mouemur & ſumus,ut eum quaſi totius uirtutis et integritatis domum ſemper incolentes,nõ excidamus eo quòd in ipſo eſt illibatæ ſanctitatis domicilio. Sicut enim in his qui digni ſunt, inhabitat & inambulat, ita rurſus qui digni ſunt in ipſo habitant. Idcirco etiã poſtquàm nos à ſeculi negotijs curiſq; ſuſcepit.Ingreſſos iam in illũ & in ipſo habitantes,ne ab eo excidamus: prouidè admonuit,dicens: Manete in me,& ego in uobis:ita cum inter cætera magnum quiddã atq; ſplendidiſſimũ uirginitas intelligatur:regenerationis etiã atq; incorruptibilis uitæ ſemen eſſe quoddam puriſſimum cernitur. Si enim in reſurrectione neq; nubent,neq; nubentur,ſed ſunt ſicut angeli,efficiuntur filij Dei. Et hi profectò qui uirginitatẽ ſeruant,angeli ſunt:qui uiuẽtes in carne corruptibili mortalium uitã illuſtrando tuentur:angeliq; ſunt,non obſcuri aliqui, ſed ſanè illuſtres atq; nobiliſſimi. Illi enim carneis nexibus liberi,integritatem ſuam in cœlis ſerãnt, D
& loco & natura inuiolabiles & apud ſummum regem omnium Deũ cõſtituti. At uero iſti in terra carnis illecebris & uoluptatibus diu reluctãtes,ac diaboli tẽtamẽta perpetua exercitatione uincentes,incorruptionẽ angelicę puritati parem uirtute pręcipua ante creatoris oculos cuſtodierunt. Qua in re uirginũ pulcherrimũ ſtatũ meritò quiſq; admirabitur,quo fœmineo ueſtitæ corpore,mollitiẽ ſexus animiq; laſciuiam iugi exercitio uirtutis repulerunt, uiriſq; pares ſicut etiã animo pares cõditæ ſunt,per uirtutem euaſerunt:et ſicut illi per ſacri certaminis labores ex uiris in angelorum ordinem tranſeunt:ita & ipſe paris certaminis gratia ex mulieribus ad eandem dignitatem angelorum transferuntur.Quæ igitur in hoc ſeculo pares maribus animo ſunt: & ſi per amictum fœminei corporis ad eam æqualitatem nõ adſpirant,eas in futuro ſeculo per omnia æquales angelis uirtutis merito inueniri certum eſt.Si enim quando non nubent,neq; nubentur,angelis ęquales declarantur quæ in hac uita ſtudio id & labore conſecutæ ſunt : iam nunc profectò angelis pares ſe cunctis comprobârunt, dum maris ac fœminæ proprietates ad carnis copulam ſuapte natura tendẽtes,uirtute abſciderunt,animabuſq; nudis & expeditis cũ hominibus in terra cõmoratę ſunt.Nempe enim niſi in fœmineo corpore per conſenſum uolupratis anima formetur ad uitia,non eſt iam maſculus & fœmina, non eſt uoluptas & perturbatio:ſed omnia in omnibus Chriſtus.Mortificatis quippe corporibus,edomitaq; uoluptate quæ per naturam ineſt utriq; ſexui ad ſe mutuo cõcupiſcendum,ſola iam anima in eis uiuere per incorruptionis meritum cernitur. Ei ſanè quæ huiuſmodi eſt, ſponſi famulum tangere tuto licebit:quãdoquidem in

eius

A eius carne fœminea nō uiuit uoluptas, humaniter item ac ſyncerè ſuſcipiet fratrem, pedes eius iuxta præceptū domini lauans, aliarumq́ rerum indigentem cura refouens, è mortuisq́ corporis manibus mortuum, quantū in ſe eſt cōtrectans corpus Quia enim mortificauit mēbra, quæ ſunt ſuper terrā, uiuitq́ iam nō ipſa: uiuit uerò Chriſtus in ea. Et quod nūc uiuit in carne, in fide uiuit, peragat ſanè uirtutis opera Chriſto ſolo in ſe uiuente, & quæ ſua ſunt in ea operante, cum Chriſto unà crucifixum ac mortuum circunferens corpus: ſic inquā ſponſi mandata exequens, per omnem actum clariorem refert animæ ſpeciem. Quando enim tangente corpore nullo affectu anima ad maſculi cōmouetur imaginem, ſed illud quodammodo inſenſibiliter tangit, uoluptas in eo mortua permanet, cum non poſſit qui illam exterius tangit ad propriam eam excitare libidinem. Ita enim & cum ferueret perſecutionis immanitas: electæ uirgines propter ſponſi fidem ad illudendū impijs hominibus traditæ corporibus inuiolatæ durarunt, eo ſcilicet cuius gratia id perferebant, impiorum conatus in earum carne irritos arguēte, & integra earum corpora non ſine prodigio & uirtute diuina iugiter cuſtodiente, aut ſi quæ etiam uim paſſæ ſunt, non conſentiente ad uoluptatem anima, quia mortua corpora uiolari barbarica feritate putabant: integrā atque incorruptam animam, nec alienæ libidini conſentientem ſponſo ſuo & fide & uirginitate inclytam maiore cū gloria & laude obtulerunt: uoluit profectò dominus dignanter oſtendere, eas cū ipſius nominis confeſſione præſenti corporis honeſtati prætuliſſent, nec animas per negationem fuiſſe uiolatas, & corpore nō conſentiēdo uoluptati integras omnino euaſiſſe. Niſi fortè qui per ſummam ueſaniam iugulatam uirginem uiolare pergit, eum quis mor-
B tuam quoque eo concubitu uiolaſſe fateatur, poſſet ille quidē eam cædere, ſed nulla poſſet ratione corrumpere. Se quippe ipſe corrumpit, ipſeq́ corrūpitur: uirgo abſente anima, inuiolata perdurat. Similes profectò ſunt, quæ cū inter perſecutiones caſusq́ omnes illuderētur à uiris, quidlibet quomodolibet paſſæ, ex ea mortificatione carnis integræ atq́ incorruptæ perſtiterūt. Præteritæ quippe exercitationis tempus eas aduerſus huiuſmodi pericula ſatis inſtruxit, cum uiuentes in carne nō ſecundū carnē militarēt. Idcirco & reliquas ad eiuſdē uirtutis imitationem prouocantes, aiunt, ſpiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. Oſtendant, inquam, quæ ſunt eiuſmodi per benignam ſuſceptionem ſtudium fraternitatis. Nā & Maria pedes domini deoſculans, non ut uiri, ſed tanquam domini oſculabatur pedes, lacrymis quidem antiquam flagrantis cōcupiſcentiæ uoluptatem in ſe prudenter extinguens & conſeneſcere faciens, affectuq́ egregio in dominū & ſanctis oſculis ſpiritum animæ uehementer accendens. Viuebat itaque ſpiritu, cum & ſpiritu ambularet, & erga ſponſum pro peccatis ſuis omnia cū prudentia gereret. Cæterum peccato erat mortua, quæ maris & fœminæ cogitationem in tactu pedum oſculisq́ corporeis prorſus extinxerat. Tāgat, inquam, quæ huiuſmodi eſt, ſi qua tamen talis eſt, mandatumq́ domini compleat. Et ea tamen quæ talis eſt tangens, ubique prudenter ac uigilanter attendat ne fortè dum iugiter tangit, paulatim in eā uoluptas ex carne clam ſubrepat: ſicq́ huiuſmodi infecta ueneno & ipſa (quod abſit) dicere habeat. Veniente autem uoluptate, peccatum reuixit: ego autem mortua ſum, & inuentum eſt mandatum charitatis, quod ad uitam eſt ipſum, mihi in mortē. Si enim angeli quoque corruerunt: multo magis qui angelis pares euaſere

lapſum timere debent, ne fortè poſt parilitatē illam angelorū, quā uirginitatis ſibi exercitationem quęſierant, uidentes filias hominum quia pulchræ ſunt, ad ipſas carnalis concupiſcentiæ inſtinctu deuoluantur, dicátque eis: Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes: Vos aūt ſicut homines moriemini, et ſicut unus de principibus cadetis. Itaque multo melius eſt uirginem ſecuritati ſuæ & intuentiū ſcandalo cautè proſpicere, ac prudenter conſortia quæque uitare, atque interim inhumanitatis elogio apud pleroſque notari, quàm ad uoluptatem detrimentúmque cuiuſquam obtentu humanitatis & officij locum latenti ſubreptioni dare. Reliqua igitur aſpernetur & negligat, & ſoli Domino ſemper intenta, angelicæ puritati parem caſtitatis pulchritudinem à præſenti ſeculo ad futuram regenerationis uitam hinc iam integram, illibatamq́ præmittat. Virginitas enim uitam noſtram de corruptione ad ſanctitatis gloriā colligit. Nam priores illi quidē homines ex paucis (ut dixi) ſeminibus fœderatis nuptijs orbem terrarum humanitatis fruge impleuerūt, hæc autē ſata iam toto orbe per uoluptatē connubij grana intra cœlorū horrea congregat. Hanc nempe ſatorū in caſtimoniæ gloriam tranſlationem ſignificans dominus dicebat: Leuate oculos ueſtros, & uidete regiones, quia iā albæ ſunt ad meſſem. Per totū enim orbē prius inhabitabilē poſt habitari cœptum, plurimā ſegetē grauesq́ humani generis frugibus culmos, & flaueſcētes ariſtas per omnes terrarū tractus intuēs dominus, eiuſce ſpicas colligendi tēpus iam iā inſtare, atq́ adeſſe probauit. ideo uirginitas ſciens quia ſicuti naturalem ad mortalis uitæ progeniem per uoluptatem cōiugij humanitatis iacta fuerant ſemina, ita ad futuram uitam hinc iam uitæ noſtræ ſemina oportet per caſtitatis munditiā ſerere, ipſa per ſe pura, ſanctæ integritatis ſemina ad incorruptibilem uitam agricolæ præparat: reſecans ualidiore incorruptionis manu fœmineorum corporum ad maſculina congreſſum, uirtuteq́ inuiolabili clariorem ſpeciem ſuam regenerationis ſeculo parans. Præoccuparunt deniq́ uirtutis opere uirgines, quod in regeneratione per eam corporum mutationem, quæ in reſurrectione continget, in ipſis Dei uirtute perficiendum eſt: hic enim angelorū inſtar, neq́ nubūt, neq́ nubētur, uerū & uirtute animę et corporis integritate angelis æquales ſunt. Porrò quòd incorruptibilis uitæ ſemē è terris ad cœlum transferendum ſingulari gloria, uirginitatē Dominus noſter eſſe uoluerit, & incorruptionis honeſtati per integerrimam caſtitatem corpora noſtra cōſueſcere, ex eo in primis conſtat, quòd cum legi in omnibus obtēperauerit ſolū couiugiū renuit. Oportebat enim ut qui ex intemerata uirgine incorruptus etiam ſecūdum carnem natus erat, ne cōiugij quidem corpoream experiretur corruptionem. Cæterum à corruptis per iugalem copulam naturali integritati noſtræ incremēta ſuppeditans, quemadmodum Adam præſentis uitæ ſemen per coniugij uoluptatem fuerat: ita & ipſe ſemen futuri ſeculi per uirginitatis fieret integritatem, ut ſicut illū per matrimonium ferentem humanum genus, hominem in terrena uita ſecuti ſumus: ita & Dominum per uirginalem puritatē futurum ſeculum ferentem, prudēter ſequeremur. Quòd ſi non otioſè paradiſum, primiq́ Adam in eo conſpicias uitam, inuenies profectò illum adhuc in paradiſo conſtitutum opus non habuiſſe cognoſcere uxorem ſuam. Poſt præuaricationem uero, mortisq́ ſententiam, poſt paradiſi amiſſionem tūc iam uxorem cognouit ſuam, ut uitæ poſtea mortalitatem prolis ſucceſſione ſolaretur. At cōtra uirgo eum qui ad paradiſum reuehit ſequēs

in

A in illo, & cum illo iam inter paradiſi delitias æterna amœnitate incorrupta lętatur, maledictum illud effugiens quo extra paradiſum cõſtitutæ mulieri dictum eſt: In doloribus paries filios, & cætera. Necꝫ iam illic intelligere ualet quomodo cognouerit Adam uxorem ſuam. Nec enim cum in paradiſo eſſet. Sed poſtquàm inde fuerat eiectus, hoc dictum eſt. Necꝫ uero nos idcirco iſta dicimus, ut quaſi uirginitatem humano generi præcipiamus: ſed his, quæ pretioſiſſimam illius margaritã emere inſtituunt, eius ex omni parte munditiam inſinuamus. De uirginibus autem præceptum Domini non habeo, conſilium autem do, quaſi miſericordiã conſequutus à Domino. Nõ enim humano generi Dominus per Legem aut Euangeliũ uirginitatis ſtatuit leges. Nam qui utrique ſexui maris & fœminæ eũ quẽ antè monſtrauimus ob matrimonij neceſſitatem ad ſe inuicem habitum molitus eſt: eisꝗ qui mortales ex immortalibus effecti fuerant, aliam, ferè dixerim, immortalitatem per ſucceſſionem generis parauit, quiꝗ idcirco dixerat: Creſcite & multiplicamini, & replete terram: qua tunc ratione de uirginitate leges ponere debuit, cum uel ad ſupplementũ eorum, qui in bellis mortem oppeterent, gignendorum multitudinẽ eſſe neceſſariam cerneret. Nempe enim in Lege quã per Moſem dedit, liberorum procreatio benedictione quoque digna cenſebatur. Poſtea uero quàm ſuis ubique fructibus floruit mundus: tantaꝗ multitudine hominum referta terra eſt, ut neque naſcentium iam numerum capiat: adeſtꝗ illud quod in aduentu Domini fore prædictum eſt: cum hi ſcilicet qui eius monitis prudenter obtemperant, concidunt gladios ſuos in aratra, & lanceas in falces. Neque ſumit iam gens cõtra gentem gladium, necꝫ ultra bellare diſcunt. Iuſtiſſima ratione uirginitas contra at-
B que hi, qui corrumpuntur per corpus ex corporibus ueriſſimam integritatem germinat. Nec tamen (ut dixi) de uirginitate tulit per Moſen Dominus legem, utrunque ſexum intuens, hominumꝗ naturam. Necꝫ hanc in Euangelio præcipit, ſed aſſumpta Moſi Lege, quòd illi ad perfectionis meritũ deerat, edocet, dicẽs, dictũ eſt: Non fornicaberis. Ego autem dico tibi, non concupiſces, & cætera: ſedensꝗ in mõte à beatudinibus incœpit aperire os. Percurrẽs quoꝗ Moſi Leges, & eas ad uerę uirtutis prouehens culmen, cum ea quæ ad ſalutem conferũt, mandata docuiſſet, impleto doctrinę cœleſtis miniſterio, de monte deſcendit: nuſquam uirginitatem inter ueteris uel noui teſtamenti mandata conſtituens. Voluit quippe eximiæ uirtutis meritum non iuſſionis neceſſitati obnoxium fieri: ſed egregij ac ſingularis animi ſpecimen atque indicium eſſe, dum ſponte ſua nulla imperij neceſſitate cogẽte quod mandata omnia excellit, & ſupra humanæ naturæ modum eſt deſiderio affectúque uirtutis efficeret. Coniugiũ quippe naturale eſt, ubi etiam lex conuenientia naturæ diſponit. Virginitas uero ſupergreſſa naturam legis uinculis non tenetur adſtricta, quæ incorruptionis excellentem uirtutem creatori & autori legis iure pretioſi muneris offert. Idcirco Dominus quidem (rurſus enim id repetam) nuſquam de uirginitate leges tulit. Permiſit tamẽ ut ſicut ab incorruprione ad corruptionem præter naturam immoderata poteſtate utens, homo defluxerat: ita rurſus à corruptione ad incorruptionem naturam ſuam pręſtãtiori uoluntate uim ſibi inferendo proueheret. Non, inquam, iubet, neque imperat hanc rem: excellẽs quiddam & ſupra naturam, ſupráque legem ac uirtutis ſtudio deditæ animæ propriam eſſe non ignorãs. Cum enim audiſſet dicentem ſibi: Non expedit nubere,

uolens illius excelllentiam pandere: Non omnes, inquit, capiunt. Quem & diuus C
Apoſtolus ſequens, ea quidem quæ ſunt ad uitam neceſſaria, in epiſtolis mandat, Eccleſiámque ſingulis ordinibus quaſi unum corpus a capite (ut ita dixerim) uſque ad extremos ungues componit atque ornat. Cæterum de uirginibus nihil ipſe decernit, ſed cum inde interrogaretur, imitatus eſt Dominum, dicens: De uirginibus autem præceptum Domini non habeo, nuſquam enim inuenio, neque per Legem, neque per Euangelium hoc eximium ſanctæ & ſingularis animæ meritum a Domino fuiſſe imperatum. Porrò ſicut rogatus Dominns his qui ſe interrogabant: Non omnes capiunt, reſpondit, neque tamen magnitudinem ac dignitatem rei, modúmque quo uirginitatem quiſpiam aſſequeretur, tacuit. Sed inferens trinã eunuchorum ſpeciem, oſtendit: ita & ego, & ſi præceptum Domini non habeo, conſililum tamen do. Quia enim ſupra naturam ea res futura eſt: meritò ab ea ſeruilis omnis iuſſio explodi debet: liberoq́ʒ potius conſilio agendũ ac docẽdum, quo pacto poſſit is qui liber imperio, & ſua ſponte præſtantior effectus eſt, naturæ ſuæ ad conſequendam inuiolabilem integritatem uim inferre. Quemadmodum igitur Dominus uirginalis abſciſionis modos rogatus aperuit, & diſcipulus uirginitatis intulit conſilium, dicens: De uirginibus autem præceptum Domini non habeo: conſilium autem do, quaſi miſericordiam conſequutus à Domino ut ſim fidelis. Arbitror autem hoc bonum eſſe, propter inſtantem neceſſitatem quia bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus es uxori, atque hoc uinculo antequam merita uirginitatis agnoſceres conſtrictus, noli quærere ſolutionem. Solutus es ab uxore: noli quærere uxorem. Quaſi dicat: Ne ligari quæras hoc uinculo. Si autem & uxorem ducas, non peccaſti. Et ſi nupſerit uirgo, nòn peccat. Tribulationẽ D
autem carnis habebunt huiuſmodi, aperientes ſibi per coniugij copulam dolorũ officinam. Ego autem uobis parco. Hoc autem dico fratres: Tempus iam breue eſt. Regiones enim albæ ſunt, & iam iam ad meſſem flaueſcunt, ut & qui habẽt uxores, quaſi non habentes ſint: non autem qui non habent, ſint quaſi habentes. Sicuti profectò quidam faciunt, qui cum ex uirginitatis uoto uxoribus careant, ac ſi eas habeant ſe agentes uirginitati contumeliam faciunt. Et qui flent, ſint tanquã nõ flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, quaſi non poſſidentes: & qui utuntur hoc mundo, quaſi non utantur. Præterit enim figura huius mundi. Volo autem uos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine uxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt Domini, quomodo placeat Domino. Qui uero uxorem habet, ſolicitus eſt quæ ſunt huius mundi, quomodo placeat uxori. Et diuiſa eſt mulier quæ nupta eſt, & uirgo: quæ innupta eſt, ſolicita eſt quæ ſunt Domini ut ſit ſancta & corpore, & ſpiritu: quæ autem nupſit, ſolicita eſt quæ mundi ſunt, quomodo placeat uiro. Hoc autem ad utilitatem ueſtram dico, non ut laqueum uobis inijciam, ſed ad id quod honeſtum eſt, & intentè facit ſeruire Domino abſque ulla diſtractione. Si quis autem indecorum uirgini ſuæ putat, ſi prætereat nubendi tempus, & ita fieri debet: quod uult, faciat, non peccat, nubat. Sciat tamen quia magis mortali uiro & mundo placere, quàm Domino fruendæ uoluptatis gratia elegit. Qui autem ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ uoluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo, ſeruare uirginem, ſuam bene facit. Igitur qui matrimonio iungit uirginem ſuam, bene facit. Melius eſt enim nubere

A bere,quàm uri. Et qui non iungit,melius facit,hanc Domino mortalis uiri uice deſpondens. At uero Dominus his qui coniugij moleſtiam didicerant, & quod ſol ui facilè non poſſit, uxoris uinculum ægrè ferebant, dixerántque: Non expedit nubere. Non omnes, inquit, capiunt uerbum hoc:ſed quibus datum eſt. Sunt enim ſpadones, qui ex utero matris ita nati ſunt: quicunque ſcilicet naturæ beneficio ad concubitus illecebras abſciſi connubia reſpuunt & aſpernantur. Et ſunt eunuchi, qui ab hominibus facti ſunt,doctrina,diligent íque cuſtodia ad uirginitatis obſeruantiam inducti: ſicut & illa, quæ à patre uirgo ſeruatur,de quo dictum eſt: Qui autem iudicauerit in corde ſuo ſeruare uirginem ſuam, bene facit. Et ſunt ſpadones, qui ſeipſos abſciderunt propter regnum cœlorum: qui etiam cæteris præſtantiores ſunt, quia cum neque naturæ ad caſtitatem tuendam nitantur auxilio, neque ab hominibus, quorum ſub ditione ſunt, ſpe præmij alliciantur, ipſi ſemet propter regna cœlorum ad uirginitatis præclarum certamen exercent, coniugiúmque & ſimul omne ſeculum eius ſeruandæ cauſſa contemnunt, regnúmque cœleſte cum ſudore, glorioſisq; laboribus capeſſunt. Nam qui ex utero matris eunuchus eſt, ut per naturam caſtus, nihil operis proprij poteſt in ſpecie ſanctæ uirginitatis oſtendere; naturæ (ut dixi) bonitate non caſtitatis affectu, aut ſtudio connubium renuens. Ita & qui abſciſus ab hominibus eſt, dum obſeruatione iugi uirginitatem ſeruare compellitur, huiuſce ſanctitatis gratiam non eſſe ſui meriti, uerum ſe obſeruantium indicat. At uero qui ſeipſum inſtinctu gratiæ ſpiritalis abſcidit, præcipuúmque ac ſingulare opus per continentiam, & ardens ad cuncta exercitium munus ſuum fecit, hic ſuis non alienis rectè factis in cœleſti regno

B honeſtus & clarus eſt. Illud præterea notandum, quòd uerbum Domini ad eunuchos apud Eſaiam reſumens ſpadonum differentiam Dominus tradit, nihil à doctrinæ ſuæ more deuiando. Sicut enim per Moſen non mœchandum, ſimpliciter iubetur:in Euangelio autem quomodo non ſit mœchandum, quique ſeruandus modus Dominus explicat: ita & per Eſaiam eunuchos fieri: in Euangelio,quo pacto fieri oporteat,nec unam, ſed trinam eſſe eunuchorum ſpeciem intelligendam, ueritas docuit:ut illic generaliter eunuchus, hic etiam diſtinctè, & per ſpecies nobis deſignetur. Nec ſanè repugnant ſuperius expoſitis quæ modò diximus, neque enim de ſpadonibus in Eſaia leges tulit, aut imperauit eiuſmodi abſciſſionem, ſed quibus digni ſint præmijs præclari & optimi eunuchi, prædicauit. Iuuat autem uerba ipſa diligenter inſpicere: Hæc dicit Dominus eunuchis. Qui cuſtodiunt ſabbata mea,& eligunt quę ego uolo, & retinent teſtamentum meum, dabo eis in domo mea, & intra muros meos locum nominatum meliorem filijs, & filiabus: nomen æternum dabo eis, & non deficiet. Non ergo his, qui caſu aliquo ſimpliciter eunuchi ſunt, huiuſmodi promiſſio fit: ſed qui cuſtodiunt, inquit, ſabbata mea,& eligunt quæ ego uolo.Sabbatum uero non in opere,ſed in operis ceſſatione intelligitur. Vult itaque ſabbatizare uirginem, uti ne uirginitatem operando cuſtodiat, ſed abſque motu operis integritatem inuiolabilem ſeruet. Quaſi Dei ſimulachrum,inquit,ex anima & corpore uirgo in terra formata eſt. Myſticè ergo ſabbatizet, non pedem, non manum,non oculum,non aliud quodlibet mẽbrorum, ſed ne animum quidem ad corrumpendam naturalem pulchritudinem moueat, ſed perſiſtat ut præclara diuinæ maieſtatis effigies ſolida, atque immo-

bil.s ad omnem imaginem, ad omnem tactum, ſemper ac iugiter in petra ſtans, C
ne quis ſiue per oculos, ſiue per aures, ſiue per alium quemlibet ſenſum ſubrepēs, aut animæ in diras moueat figuras Dei, aut confuſis primitiuis formis, ſuas ipſi peſſimè ac licenter inſculpat: ſicq́ corrupta & obliterata animæ ſpecie, corpus iam luteum ac materiale per illicitos tactus ubique probris & maculis repleat. Stet igitur immobile, ſtet fixum ac ſolidum ſimulachrum Domini, perpetuò ſabbatizās ut neque ſui ipſius uitio motum uſpiam nutet, aut in ipſo motu dum fortè turbatur, aliquid naturalium lineamentorum collidet ac uiolet, neqne ad externa manu agitatum furto florem naturalis decoris amittat. Fortaſſis hoc ſabbatiſmo quo pacto etiam uirginitas acquiri poſſit naturaliter ſimul ac mirabiliter ſignat. Sicut enim exponens ſalutis noſtræ commercium: Ne, inquit, dixeris in corde tu: quis aſcendet in cœlum? hoc eſt Chriſtum inde deducere: aut quis deſcendet in abyſſum? id eſt, Chriſtum ex inferno, mortuiſq́ reducere. Sed quid? Prope eſt, inquit, uerbum in ore tuo & in corde tuo, neque opus habes quæ à te adeò remota ſunt, cœlos ſcilicet aut abyſſos perſcrutari, ſed eo quòd prope eſt, & tu utere prompto adiutorio: ſi enim confeſſus fueris in ore tuo Dominum Ieſum, & credideris in corde tuo quia Deus ipſum excitauit à mortuis, ſaluus eris: ita fermè & de uirginitate ait: Ne dixeris, quomodo aſcendam in cœlum, uirginitatis meæ integritatem inde deducere: aut quomodo deſcendam in abyſſum, ut eam dudum a diabolo corruptam mihi ipſi recuperem. Sed quid? Prope te eſt, inquit, & per naturam tecum nata uirginitas. Neque igitur maria transfretare ut eam acquiras tibi opus eſt, neque uaſtum & infinitum peruolare aërem, neque terrarum tractus hāc ueſtigando circuire, aut è terris euolare, cœlúmque pro ea inuenienda luſtrare, ſed D
omiſſa (ut dixi) cura ſuperflua huiuſce locorum ſpatia, & interualla peragrandi, te ipſam ut te habeas, diligentius inſpice, atque hanc in te per naturam opertam abditámque reperies. Quam ſi tecum & apud te permanere inuiolabilem cupis, perpetuum ſabbatum celebra, hoc eſt, mane quod nata es. Ne manum moueas ad tangendum uirum, neque plices explicita, neque ſoluta colligas, neque inuiolata membra alterius generis membris iungendo corrumpas, ſed permane quòd es in cubiculo cordis, nihilque amplius inquiras. Apud teipſam ſabbatiza, nihil operans quo id ſoluatur, quod in te per naturam eſt. Non te muros atque pariet es, ut uirginitatem reperias, tranſilire neceſſe eſt. Iſta quippe ſi egeris, fortaſſis & uirgo eſſe deſiſtes. Porro in cubili, ſi hoc ſabbatum celebres: integram te puriſſimámque cuſtodies, ſicq́ facilè inquam uirginitatem rem omnium pretioſiſſimam, ampliſſimumq́ patrimonium habitura es. Non enim impendens aliquid uel noui quippiam gerens, hanc tibi uindicare & acquirere poteris, ſed immaculata uirgo quod nata es, permanens optima ſemper omnibus clariſſimáque uideberis. Cæterum ſi hoc amittas patrimonium integerrimæ caſtitatis, quamuis illa omnia facias quæ dixi, cœlúmque ac terras & maria & abyſſos, immenſumq́ aërem peruagata fueris: nulla hoc omnino ratione recuperare iam poteris. Quo enim pacto quod corruptum ſemel eſt, iam incorruptum fiet? Qua ratione quæ cognouit uirum, quaſi quæ non agnouerit exiſtimabitur? Quomodo quod penitus concupiſcentia & uoluptate & perturbatione uulneratum eſt, quaſi alienum iam erit à uulnere cum ſigna corruptionis in anima, & corpore impreſſa iugiter mane

ant

ant? Pœnitentia quidem peccatum relaxari certum eſt, uerum quæ corrupta eſt, quaſi ea inuiolata perſtiterit, redintegrari omnino non ualens, dum uiuit, lugebit. Quocirca quoniam hæc pretioſiſſima omnium eſt, maximáque poſſeſſio, hisq́; qui hanc fuerint adepti, repoſita ſunt glorioſiſſima præmia, doctrinæ Domini ob temperantes, ea ratione ſabbatizare ſtudeamus: quam à principio ſermonis noſtri ad finem uſque ſuggeſſimus, impollutámque, & ab omni macula intactam aſſiduè naturalem diuinæ effigiei ſeruemus pulchritudinem. Non ſolum autem, inquit, ſabbatizet uirgo, uerùm & ea eligat, quæ uolo. Quid autem æquè, ac incorruptionem Deus uelle putetur. Quam profectò ex collatione corruptelæ iugalis huiuſmodi ſabbati celebratione, ſancta uirgo eligens atque ſeruanda mandata teſtamentum Domini tenens, accipiet ab ipſo, atque intra muros eius locum nominatum meliorem filijs & filiabus. Non ſolum enim ſabbata mea cuſtodientibus eunuchis & eligentibus quæ ego uolo, uerum & teſtamentum meum tenentibus ea dabo, quæ dicta ſunt. Meminiſſe itaque teſtamenti ſponſi ſui die noctúque uirgo debet, quòd ille pro ea, & pro eius integritate moriens edidit, ipſi úſque teſtamenti & mortis, quam ipſius gratia ſuſcepit: ſeipſum enim pro illa tradidit, ut eam ſanctificaret, memoriam aſſidua ſecum meditatione uoluens, teſtamentum ipſius iugiter teneat, id eſt, deleri, aut irritam, inanémque fieri, non ſinat conſummatam in ipſius morte ſalutis ſuæ cauſſa diſpenſationem, qua ſcilicet proſpiciens ipſius libertati, eam ſuo redemit ſanguine, redemptamq́; non modò libertate honorauit, uerum ſponſam quoque ſibi aptans reginam facere, præcipua gratia & excellenti pietate dignatus eſt. Ideo teneat ipſius teſtamentū, hoc eſt (ut planius di-
B cam) dotale quoddam ipſius erga ſe teſtamenti conſcripti legitimè, conſtantisq́; coniugij iugiter teneat † ad ſtipulationes, fœderáque coniunctius ſeſe illi immaculatam in omnibus exhibens, ut dignè pro ſponſi merito hic uiuens, illic etiam bonis ab ipſo ſibi præparatis perfruatur. Cuſtodientibus quippe ſabbata mea (rurſus enim id repetam) & eligentibus, quæ ego uolo, inquit, ac tenentibus teſtamentum meum: dabo in domo mea, & intra muros meos locum nominatum meliorē filijs & filiabus. Ne enim uideantur ut ſteriles & infœcundi abiecti eſſe & ignobiles, ita, inquit, familiares & amici mei erūt, ut in domo mea & intra muros meos maneant. Præterea tanto apud me honore digni habebuntur, ut quæuis filiorū ingenuitas non poſſit cū illis de dignitate cōtendere: dabo enim eis, inquit, locum, nō ſolum habitationis, ſed promotionis etiā ac dignitatis, ut omnibus perſpicuū ſit, ipſos ultra ſucceſſionē liberorum, dignitatis excellētia nobilitari. Et quid amplius de myſticis aut eunuchis dicam? Nomen æternum dabo eis, quod ſupra nepotū illis progeniem ſufficiet, nec unquam deficiet. Hic enim carnales filij parentum ſubeuntes nomen, ſicuti uitam illorum extinctam ſenectute ſuccedendo rediuiuā reddūt, ita nomē quoq́;, quod morientibus parētibus deficiebat, in ſeipſis exſuſcitāt, qui cum hoc modo præcedentiū uitam ac nomen aliquamdiu ſuffectione prolis inſtaurauerint, & ipſi tamen cōditione mortali proceſſu tēporis omnino deficient, ſine nomine genus relinquētes. Quod aūt à me præter locorū priuilegia datur eunuchis nomen, pro omni ſucceſſione generis (dicam rurſus) illis perpetuò ſufficiet ut & ipſi, & omnes intuentes, ab euentu & exitu rei nominis excellentiam confiteantur

† τὰ ἐπερωτήματα.

antur, quod ſit profectò melius filijs ac filiabus, quorum uitio ſæpe contingit, ut C
execrabilis ſit tota progenies,& confuſionis loco,& peccati nomine. Pro humano
enim, inquit, nomine angelorum immortalium eis nomen dabo, quod non defi
ciet, ut cœlum & cœli pulcherrimam partem habeant ad immorandum, atque in
cœli pulcherrima ſede, hoc eſt, in domo mea intra ſepta habitantes, non angelo-
rum iam naturam tantum, ac dignitatem perpetuæ ſucceſſionis accipiant, ipſi ſibi
in æterna uita pro ſucceſſione generis ſufficientes, uerum & locum inter angelos
habeant illuſtrem, atque inſigniſſimum, nomenque pro eximiæ uirtutis ſplendo
re indelebile: Muniātur ergo undique uirgines, ac ſe obſeruent ſumma diligentia,
ne ſicut à terra & hominibus in cœleſtem, angelicámque dignitatem aſcende-
runt: ita econtra ab angelis & cœlis in terram peſſima ruina delabantur. Vidi enim
ait, eum qui aliquando in cœlis coruſcabat, ut fulgur de cœlo cadentem. Cuius,
rei gratia, modis ſe omnibus ſeruare debent. Talibus itaque præmijs digni inueni
entur in regno, ſacri ac ſpiritales eiuſmodi eunuchi. Eiſdem uero muneribus ne illi
quidem fraudabuntur, qui in ætate puerili tyrannica manu uiolenter abſciſi ſunt,
ſi in ea quā in corpore non ſponte pertulerunt, conſtituti uoluntaria poſtmodum
ſeipſos abſciſione caſtrauerint, ut ſabbatizent ab omni omnino uitio,& ea eligant,
quæ Deus uult, & mandatorum eius teſtamentum teneant. Quippe animi uir-
tute nequaquam inuenti infœcundi locum habituri ſunt in domo Domini, melio
rem filijs & filiabus. Neque ultra lignum aridum pro infœcunditate carnis exiſti
mandi ſunt: ſed ut uirentia arbuſta plurimis iuſtitiæ fructibus omni ex parte re
De illis, qui ſeipſos caſtrarũt. dimiti. Plantati enim, inquit, in domo Domini uidebuntur, in atrijs Dei no-
ſtri florebunt. Non itaque (dicam enim iterum) leges de uirginitate Dominus D
tulit. Sed eam rem liberi arbitrij ac uoluntatis munus eſſe uolens: quibus præ-
mijs donandi eſſent, qui naturam hoc myſticè abſciſionis modo tranſcenderent,
oſtendit. At uero qui non intellexerunt quod dictum eſt: Et ſunt eunuchi, qui ſe
ipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum, ſeipſos nimis improbè mutilauerũt
ipſo ſuo opere impudicitiæ ſe ac laſciuiæ ex obliquo inſimulantes. Nam qui carna
lis arma uoluptatis, ne munus ſuum exequerentur abiecit, per ipſam ſuam incon
tinentiam indicat, ſe quidem ad concubitum, ardoremq; libidinis eſſe procliuem.
Abiectis autem armis illis iam non quia nolunt, ſed quia non poſſunt impudici
eſſe, uirginitatem ſeruant. Enimuero diuina lex non actum modo, ſed uoluntatis
ſententiam damnat. Omnis enim non qui opere admiſit adulterium: ſed qui ui
dit ad concupiſcendum, iam mœchatus eſt. Porro membrorum genitalium abſci
ſio maiorem in oculis, ita abſciſi, adulterinæ concupiſcentiæ flammam ineſſe cri
minatur, quòd is diffidens à libidine ſe poſſe continere, id abſcidit, cuius miniſte
rio flagrantem cupidinem in opus producturus erat. Immo cum ſciret eo non a-
moto ſe impudicitiæ daturum manus, ea quidem abſciſione inſtrumentum libi-
dinis ſuſtulit, ne laſciuire per corpus uideretur. Cæterum impudicitiæ non ab-
ſtulit flammam, ſed animo, deſiderióque luxurians, incontinenter per omnem
concupiſcentiam aſſiduéque mœchatur. Accuſat quippe ipſius incontinentiam
conatus improbus. Idcirco huiuſmodi poſt abſciſionem impudiciores meri-
tò quiſque appellauerit. Cum enim ſe continere non poſſint, metu ne de
prehendantur in opere nefario, utque licenter iam ſua pro ut uolunt libidine
exatientur:

A exatientur ſerui,quippe uoluptatis nolunt effectum operis ad habitum ſibi & perpetuum uoluptatis uſum impedimento eſſe, quo minus in poſterum & ſemper uoluptate fruātur,præciſo fœdæ actionis argumento liberè iam ad coitus,petulantérque laſciuiunt. Sicut enim qui diſtricto gladio thorace inſtructum quempiam impetit, etſi thorax fruſtretur ictum, homicidiúmque prohibeat, homicidæ tamen ſupplicio tenetur obnoxius: quique in nudum gladio fertur, et ſi quouis caſu gladius illi excutiatur de manu,homicidij reus iure iudicatur.Neque enim opus tantum, ſed & uoluntatem iudicat lex: ita profectò,& qui armatus genitali membro fidei lorica inſtructam adoritur, & ſi fruſtra conatus illam ut cupit,uiolare nō poſſit, quaſi tamen uiolauerit dignus ſupplicio cenſetur. Et qui nudam itidem nactus, uolūtare in opus fertur:quamuis abſciſione genitalium amiſſis armis eam uiolare nō poſſit, quaſi tamē corruptionis autor reus ſceleris iure iudicatur. Qua in re & illa non iniuria impudicitiæ ſimul rea deprehenditur, & probro ſubijci unà meretur. Nam quo pacto repulſuram credimus imminentem ſibi ab impudico & inceſto plagam, cum ſine armis fidei ſit: ubi enim aduerſus illum, qui naturalibus armis inſtructus eſt, pudicitiæ tuendæ cauſſa fortiſſimè repugnat, caſtitatis certamen in aperto eſt: Vbi uero armis deſtitutus eſt uir, illáque liberior affectione uitioſa uidendam ſe illi & alloquendam largius præſtat, cunctiſque uoluptatis fluit illecebris,incerta quidem eius pudicitia eſt:complures tamen ab omnibus aduerſum ſe impudicitiæ ſententias refert. Verum iſta quidem de his qui unà cum teſtibus genitalia quoque abſciderunt. Nam qui ad uirilitatis annos cum genitalibus iam per ætatem ad coitum idoneis peruecti, ſolos poſtea teſtes abſcindunt,
B eos aiunt acrius atque ardentius inflammari libidine, & ad concubitum impatientiſſimè ferri. Neque id ſolum, uerum tuto iam,ut ſibi uidetur,uiolare quaſcunque potuerint. Aiunt enim abſciſſis inferius teſtibus, qui à lumbis ac renibus reliquo genitali membro ſemen adminiſtrant, opilari ſtatim ſuperiores poros:feruente uero in renibus obſcœna libidine, atque ita ſemen exſpumante, inflammari quidem ad id emittendum uirum, cúmque feruens in intimis id effundere nequeat, eo quod ſibi ad concumbendum reſeruauit armari, atque ad actum proſilire nefarium. Ita abſciſſionem teſtium illecebram ad fallendam mulierem aſtè machinatus impudicius illi iam flagitioſiúſque miſcetur. Nam is quidem, qui naturalia integra habet inſtrumenta concubitus, excipientibus supernè partis teſtibus ſemen, illúdque fundentibus emiſſo, iam ſemine alleuiatus, concupiſcentiæ flagrantis remittit ardorem. Is autem qui non habet unde quod intrinſecus prurit euacuet,uix extinguit libidinis æſtum,quoad (ut ferunt) huiuſce rabiem fatigatio ſoluat Atteſtantur his quæ dicimus non ſolum naturæ ratio, uerum & plurima ætatis noſtræ documenta,ſicuti quodam ſummæ reuerentiæ uiro, caniciéque ac uitæ meritis ornato referente didicimus. Aiebat enim confeſſam ſibi eſſe mulierem,eunuchum cui illa à domino ſiue à uiro ſuo credita fuerat,quaſi uirum impudicè ſibi cō miſceri ſolitum. Præſumebatque, ut ait, actum turpitudinis ipſa ſua infœcunditate ac ſeminis priuatione ſecurius. Neque hic ſolum ſed alius quoque nobis unanimis haud quaquam facile mentiri ſolitus, retulit uirginem quandam Eccleſiæ canonicam ſibi cum eiulatu nuntiaſſe,quòd in cubiculo ipſius eunuchus fuerit,qui illam uitioſo complecteretur affectu, totúſque toti affuſus cum non haberet quo

poſſet

poſſet concupiſcentiæ ſuæ ſatisfacere dentibus utebatur, ardentem in carne con/ C
cubitus rabiem morſibus indicans. Atque ob eam quã diximus abſciſionis illece
brã, quòd ignara & imprudẽs rei eſſet, tẽtationi implicitã uirginem. Vbi uero eius
nefarios conatus animaduerterat, execratam eſſe hominẽ. Neq; eam huic ſolum,
ſed & alijs plurimis inquinatiſſimam illius aduerſum ſe concupiſcentiam cum la/
mẽtatione prodidiſſe certum eſt. Duorumque hominum teſtimonium uerum eſt.
ne & alios plurimos citantes teſtes in re præſertim ingrata prolixiores ſimus.
Danda tamen nobis (ut reor) uenia, qui iſta non tantum præmuniendæ uirgi/
ἐπιπολάσαντας τῇ ἐκκλησίᾳ. neæ integritatis gratia diximus: ſed ut plurimos eiuſmomodi eunuchos † qui
Eccleſiæ non deſunt, coercceremus. Conſtat enim profectò Dæmonis artem
& inuentionem id opus eſſe. Nam quos prior ætas apud gentiles prodidit:
eos modò apud nos quoq; prodijſſe monſtratũ eſt, caſtitatisq; nomen & tunc a/
pud illos & modo apud nos huiuſmodi abſciſione cõtra naturæ iura inueniſſe. Eſt
enim uehementer aſtutus is, qui fidem noſtram in Dominum circumuenire & fal/
lere nititur, & ſub honeſti ſpecie uitia inſerere maligniſſimè quęrit: quod ipſum ex
præteritis animaduertere in promptu eſt. Sicut enim per quæ putabant ſe Deum
cognoſcere, per ea maximè gentiles eum ignorare fecit (mũdus enim opificis ſui iu
dex propoſitus cũ ſit, illi à uiſibilium ſpecie non ut decebat ad conditorẽ ſeſe ere/
xerunt, neq; eius pulchritudinem glorificauerunt: ſed coluerunt & ſeruierunt crea
turæ potius, quàm creatori) & ſicut unde oportebat Chriſtum agnoſcere: inde in
primis illum ignorari, molitus eſt de ſcripturis ſcilicet prædicantibus Chriſtum i/
gnorationem eius hæreticis intelligentijs callidus ingerens, ſicuti idem Chriſti fide
Myſtici eunuchi. ubique conſpicua. Incredulitatem ac negationem eius malignè inſerere nititur, ita D
& ſub myſticæ abſciſionis nomine, caſtitatis'que uelamine impudicos atque impu
ros efficit. Neque his igitur paſſim, ac liberè congredi uirginem decet. Nam ſi fœ
minæ fœminas dum in eodem cubili amanter amplexantur, feruente in intimis cu
piditate ſæpe ex mutuo contactu corporũ ad ea corpora, quæ ut appeterẽt in ſuę
conditionis acceperunt, memoriam iritant atque inflammant (ſolet enim qui pec/
cati legem in noſtris membris poſuit, melius latenter irrepere, atque ex amica fœ/
minarum ad inuicem grataque uoluptate, carnalem maculam impudẽter elicere)
quanto magis maſculina corpora licet illa eunuchorum ſint: cautè uitanda ſunt uir
gini. Sit enim ille licet eunuchus: uir tamen per naturam eſt. Sicut enim cornutus
bos & ſi illi præcidantur cornua: non tamen ſublatis cornibus equus efficitur, ſed
abſint licet cornua, bos tamẽ eſt: ita & maſculus abſciſſis genitalibus omnibus, ea
tamen mutilatione ſua, mulier effectus non eſt: ſed maſculus, ut eſt à natura con/
ditus permanet ac ſicuti bos reciſis cornibus ſic, quoque furore cornu petit (ceruí
cem quippe incuruans, & caput ad feriendi impetum formans, gaudet intentare
minas) ac ſæpius ea parte capitis ferit, qua cornibus antea fuerat armatus, ſatisfa/
citq; furori per actus imaginẽ (ita enim afficitur correptus iræ impetu: non ut caſſo
feriẽs uulnere, ſed ut prius ictu cornuũ ſcindens ac diuidẽs, ita & maſculus quãuis
abſciſus genitalia, uitioſa tamen concupiſcentia maſculus eſt. Quo circa & ipſe ſe
ad actum fœditatis ſimiliter formans, amorem ſpirat incredibilémque ueſaniam:
immo & ad coitum feruens, etſi ea parte non uiolet fœminæ turbulentus incum/
bens, ipſe tamẽ ac ſi corruperit, ſatisfeceritq; cupidini, ita ſceleris imagine affectus
eſt:

A eſt. Eam uero ad peccatum uehementius iritans, totum quidem corrumpit animũ, corpúsque ad corruptionis actum inclementer inſtigat. Quapropter prudẽs uir go ſi intimam uirginitatem ſuam ſeruare inuiolabilem cupit, huiuſmodi contuber nia atque colloquia (ſunt quippe homines) non paſſim admittat. Nam etſi ad mo nitionem Sirach ut integritati uirginis proſpicientem ſuſcipimus: quaſi eunuchus (inquit) amplectens uirginem & ingemiſcens. Nimirum quia quod uult agere, nõ ualet, & concupiſcentia eunuchi eſt uirginitatem adoleſcentulæ auferre. Etſi enim matrem, inquit, ob infœcunditatem non facit: cupit tamẽ illi florem uirginitatis a dimere. Neque igitur pudicitiæ ratione laudare cõuenit huiuſmodi abſciſſos, quia neque equos quòd cornu non impetant, laudamus: ſed hos quidem, niſi calcitrent laudamus. boues uero non cornupetas, manſuetudinis gratia ſuſcipimus. Non e nim quo quiſque nõ poteſt, ſed quo cum poſſit non ad iniuriam utitur, admiratio ni habetur. Quòd ſi putant abſciſſionem genitalium aliquid ad pudicitiam atque innocentiam animæ conferre poſſe: eruant & oculos, plurima præter rationem ſa lutis intuentes. Præcidant ſimul & manus & pedes, & aures penitus obſtruant, ne quid horũ peccati inſtrumentũ fiat. At id quidem ſtultũ & irrationabile eſt, & in ſaniæ furoriſq; pleniſſimum, peccati cauſam non aliter auferri poſſe arbitrari, niſi undiq; circũcidantur membra omnia ea ratione qua diximus, truncíq; in morem inutile omnino iaceat corpus, quando ſic etiam ex pręcedentibus imaginibus delu ſa mens peccet. Permittentes itaq; corpus ita manere ut effectum eſt, membra o mnia caſtiſſimæ rationi moderanda iuxta quod ſuperius diximus ac regenda tra damus, bonumq; opus noſtrum non neceſſitatis, ſed uoluntatis munus faciamus.

B Non autem de omnibus ſimpliciter eunuchis quæ præmiſſa ſunt, diximus: ſed de his qui ut ſibi facultas fieret mulieribus licenter ac liberè, quantum uellent congre di, ſeipſos libidinis impatientes abſciderunt, ac de omnibus omnino qui fœminarũ familiaritates perſequũtur, easq; ſibi ſummo ſtudio conciliare pergunt, Scimus e nim quia ſicut ſancti uiri caſtè atq; innocẽter mulieres tãgunt, ita et ſpadones, qui poſt abſciſionẽ illam, quã in corpore inuiti pertulerant, uoluntariè iam ſe ac flagrã tiſſimò puritatis amore caſtrarunt, cum mulieribus purè atq; innocenter cõuerſan tur. Cæterũ diligentiæ ſimul integritatiſq; ſeruandæ gratia cõteſtamur, quia ſicut uiri qui mulierum familiaritatibus gaudent: meritò ſuſpicionẽ aduerſum ſe turpi tudinis cõcitant: ita & eunuchi qui cũ mulieribus aſſiduè morantur, idq; præcipuè ſtudent, ut ab eis nunquã diuellãtur, contra ſeipſos ſuſpicioni locũ præbent. Nam qui fœminis nõ quomodolibet indifferenter, ſed auidè congrediũtur, nõ ſine rati onẽ cũ ſit cogitatio humani cordis ſemper in deterius prona: plus quã uiri iudicio quorũcunq; ſugillantur. Quippe cum illis preſto ſit operis nefarij facultas, effectũ ſceleris antè oculos pingẽs, eos ruinæ metus à uolũtatis peccato coërcet, his aũt cũ non adſit ius implendi quod uolunt: ipſa ſua impotẽtia audaciores ad fruendũ cõ cupiſcentia effecti peccatũ uoluntatis in ſe magis ac magis exaggerãt. Nemo autẽ reprehendat, cur alloquentes uirginẽ pluſq; cõuenire fortaſſis uideretur uirgineo pudori, in ſpeculatione ac diſcuſſione maſculini ſexus aliquanto diutius immorati ſumus. Primo quidem, quia nulla tam æui rudis uirgo eſt, quæ ſenſu uigeat corpo ris, quæ aliquid eius ſexus ignoret, cuius euulſa de latere eſt. Nam quam diu quidẽ inualida atq; immatura ſunt ad naturalem actum corporis membra: lex quoque

peccati

peccati feriata eſt, & ignorantiam fortaſſe dixerit quiſpiam naturalis operis ineſſe C interim membris: et ſi quàm maximè ſua ſponte natura ad munus propriũ currit, ſicut in mutis animantibus cernimus, quæ duce atque inſtigante natura protinus feruntur ad coitum: infantésque pueri in ipſa imbecillitate membrorum uirilem imitari concubitum ſæpe deprehenſi ſunt. At uero ubi pubeſcere cœperint, atque ad id munus ad quod facta ſunt, eſſe per ętatem idonea, peccati lex cõtinuò ſubrepit, membris ſingulis ſua officia ſuggerens, & legis membra contra legẽ mentis inſtructa in aciem proferens, & unumquenque hominem per membra peccati lege captiuans. Nullúmque prorſus membrum eſt, quod cũ lege magiſtra nitatur, ignorantiam eius ad quod effictum eſt peccati poſſit obtendere. Verum & labia norunt ad quid amantibus accomodata ſint, & ad quem uſum inſtituta. Et membra ſingula, ſexus quoque alterius membra non minus quàm ſe ipſa per naturam norunt. Nam ſi naturam illorum uſumq́ ignorarent, ne actum quidem ipſorum & officium profectò concupiſcerent. Itaque non ſumus rei criminis, ſi quod erat uirginibus cognitum, licet ſilẽtio id premeretur neceſſario tempore admoniti diſcuſſimus atq́ aperuimus. Deinde etſi illæ ignorabt ingeniũ maſculi, ne ipſa eis ignoratio peccati eſſet illecebra, non ſine ratione illarum ſecuritati conſtantięq́ proſpicientes ut ſe per naturam habeãt, inſpeximus & explicuimus, ut quemadmodum ſimplices ſicut columbæ ſunt, ita etiam ſerpentis imitatę prudentiam omnem, ſuæ integritatis iniuriam, omniaq́ pericula propellant, atque ex his quæ diximus cautiores ad obſeruandum ſeipſas diligentioresq́ reddantut Prætcrea quoniã hoc opere noſtro uirginitatis munditiam in commune tuendam, inſtruendámque ſuſcepimus, ſicuti uirginibus beneuolentiæ, ita & maribus officij debitores ſumus, eáque ratione quemadmodum illis quid ſit noxium, quid utile oſtendimus, & iſtis itidem neceſſariò oſtendendum arbitrati ſumus, ne abſciſſionis illius quã ſuprà diſcuſſimus illecti nomine cõtra quam molirentur efficerent: uerum quid ſceleris ex improba genitalium abſciſione ſequeretur agnoſcentesq́ à domino ſuſcipi mereatur eunuchus, non ignorantes & ex uera illa abſciſione proficerẽt animo. Et qui eiuſce carnali abſciſioni uel dederant, uel daturi uidebantur manus, hoc ſermone noſtro cohibiti, inde ſe prudenter auertant. Vera igitur uirgo ſi tanta cum diligentia quantam pręmiſimus, ſe obſeruauerit, ab omni quidem conatu maſculi mũdam iugi ſe obſeruatione cuſtodiet, ſed & cum fœminis dormiens, ſecum ſemper commorabitur, fixumq́ animum habebit in cœlo, & illum à corpore totum penitus remouens: ipſa quoq́ cum Apoſtolo dicet: Scio me ipſam ſiue in corpore neſcio, ſiue extra corpus neſcio: Deus ſcit, quia rapta ſum in paradiſum, & audiui uerba arcãna. Omnino enim uigilantiſſimum eius in ſe amorem ſupernè de cœlis intuens ſponſus, útque ex tenebris non occaſionem ſceleris, ſed ſacrum otium uberiorisq́ ad eum familiaritatis & amoris materiam ſumit. Id lucrata ex nocturnis tenebris quod ſenſus nulla extrinſecus agitatione turbatur, ſponſiq́ intus illuſtrata lumine illius lampadem per totam noctem in occulto componit: ipſam meritò rapiet uſque ad tertium cœlum & in paradiſum dei, & ea ſibi loquetur uerba, quę adhuc in corpore uiuẽtibus eſſe dicũtur ineffabilia: ſed illi planè quæ ad id profecit ut neſciat utrũ in corpore an uero extra corpus habeant uitã, effabilia myſteria fient: quo ſanè in ſtatu omnem uirginum chorum inueniri cupiens & orãs, atque obſecrans D

Quæ uiros cõcernat.

A ad ea præcauenda quæ uirginitatis pulchritudinem inquinãt,iſta proſecutus ſum, nõ ut ex eorũ inſpectione diſcamus quomodo oporteat ad ea quæ ſunt noxia pro labi,ſed ut lubrici modo percepto diſcamus quo pacto inde reſilire cõueniat:neq; enim eis qui medicinæ ſtudent uenena & noxia quæq; ac morbida,ideo diſcenda proponunt magiſtri, ut eos his uti hortentur,neq; ut notione nocẽtium mentẽ ad malitiam acuant,ac pro medicinis peſtis atq; pernicies humanæ uitę innoteſcant, ſed ut quænam ſint quæ naturalem uirtutem noſtram perimant, ſcientes ea obie-ctis contrarijs uiribus præcaueant,& incidentia fortè corporibus arte ac diſciplina tollant. Tres igitur uiæ cum ſint ſecundum trinæ illius abſciſionis rationem,quas ad uirginitatem ducentes Dominus nobis oſtendit: Qui poteſt,inquiens, capere capiat, quam uult quiſque eligat grata quidem & accepta Deo,eſt & quæ per unã ex duabus prioribus incedit, ſed illa profectò beatior quæ præſtãtiorem currit:omnes tamen quacunq; tandẽ uia ad hanc properent. Id æqua ratione curent. Vt ſint immaculatæ in uia, ut omni labe omniq; macula puram ſponſam ſponſo coaptantes, largioribus ipſius gratijs glorioſius in cœlo perfruantur. Iſta tibi ô ſacrum caput ad conſiderandam ueræ uirginitatis honeſtatem pro tempore ſcripſi, non tantum ex diuinis libris,ſed iuxta ſapientiſſimum Paulum,qui nos omnem intellectum captiuare uult in obedientiam: Chriſti ex gentilium etiam literis,omnes Chriſti diſcipulos ad continentiam hortari, atque inducere cupiens. Nam & gentium ſapiẽtes cum uariam uoluptatis ſpeciem atq; aduerſus eam pugnam noſtrã fabuloſa nobis fictione ſignarẽt, hydram uniuerſam in carne uoluptatem,ſerpentem ferum ac multiplicem,qui in palude moraretur naturæ rationes perſcrutando *Gẽtiũ fabulæ.*

B finxere,eiuſq; quod ſimpliciter abſcideretur caput,tria pro uno efferre tradiderũt: quod uero cauterio præciſum eſſet occidi penitus, nec plura pro eo pullulare ſapienter docuerunt. Voluptate nãq; uniuerſa in carnis limo, à materialiq; natura ueluti in paluſtri loco, inſtar horrendi illius ſerpẽtis ſemper incubante, ac per unumquẽque ſenſum quaſi unum quoddam,caput ex intimis ſingularem ſcilicet,aut uiſus aut guſtus,reliquorumq; uoluptatem proferente,multipliciter ſi ad ſacietatem ſuauitate illius per fruendo unũquodque caput uelimus abſcidere,nõ magis quod uidebatur, abſcidimus, quàm pro uno plurima per hunc abſciſſionis modũ pullulare faciemus. Sin uero continentia ueluti cauterio elatum caput exciderimus, id prorſus ita perimemus ut ultra germinare non poſſit. Qui enim uoluptatem guſtus,aut eius ſuauitatem ſaturitate cupit extinguere, nõ tam illam interimit, quam fruendo cupitis intemperatiorem ſemper ad id quod malè cupit, effecit. At uero, qui mortiferæ ſuauitati non indulgendo,continentia non ſecus atque igne hanc excrutiare pergit,eam fraudando cupitis inefficacem & inualidã, atque igne conſumptam omnino patefecit. Enimuero illa ratio & futilis atque inanis eſt, immo uero & iniurioſa, & continentiæ uitanda ſtudioſis,quæ prorſus diffinit quod promptũ ac paratum & in poteſtate ſit,ad id concupiſcentiam non irritari. Nam iacet quidẽ (ut ſic loquar)guſtus uoluptas ad illud, cuius fruendi habet poteſtatem. Cæterũ intemperanter poteſtate eorum quibus frui uult, uti ſemper edocta inſatiabilis ea poteſtate ſua ad concupita omnia multimodis agitur. Quamobrem non ita præcidere unumquodque uoluptatis caput, ſed ſuauitati eius non indulgere per abſtinentiam cõuenit. Sed enim diuina lex uitulũ pro ſacerdotio apud ſapientiſſimum *τὸ ἕτοιμον εἰς ἐξουσίαν ἀργὸν εἰς ἐπιθυμίαν.*

Moſen immolari mandans per membra hoſtiæ quæ incendebantur, ſacræ exerci tationis modum naturali ratione ſubindicat, quæ fibram iecoris non iecur totum & adipem qui uentrem operiret,non uentrem ipſum : renum uero non ſolum adi pem, uerum ipſos quoq; cum adipe renes incendi in holocaſtũ iubet. Iecoris quip pe quod concupiſcentiæ inſtrumentũ eſt,iuxta quod & de eo,qui cõcupiſcẽtiæ fue rat telo percuſſus,dicitur:eris quaſi ceruus ſpiculo percuſſus in iecore, ueluti fibrã, ſingularem ſcilicet peccati concupiſcentiã,in qua & fel inuenitur incendere:reliquã uero felle ac peſſima cupiditate liberã ac purã ad appetenda bona quæq; & hone ſta ſeruare ſecundum naturam integram conuenit. Porrò uentris quod ſuperfluũ eſt, unde pinguiore & hebetiore euadimus ſenſu, auferre decet, ſolumq; quod eſt neceſſariũ ſeruare. In renibus uero nõ adipem ſolũ ingentem obſcœni liquoris co piam exſpumantem ad libidinẽ:uerum & renes ipſos expiare ac ſanctifica renatu raliter omnino iubemur. Significat profectò per hæc ſermo diuinus,& neceſſariũ uictum nobis eſſe amplectendum. Et concupiſcentiam ſtudioſius ad meliora trãs ferendam, & caſtitatis munditiam tota intentione ſectandam. Quia enim poſſibi le non erat abſq; cibo uiuere, eſcarum receptaculum uentrem ſcilicet nudũ abſq; ullo omnino gulæ uitio relinquens obſidentem illum adipem rectiſſimè tollit. Rur ſus quia itidem erat impoſſibile, boni nos aliquid habere,niſi naturalem concupi ſcentiæ uim ad illud ambiendum haberemus, improbam cupidinis ſpeciem quaſi fibram iecoris cum felle præcidens, probabile concupiſcendi genus ad uirtutes ap petendas purum innocuumq; reliquit. At uero in renibus,quia neq; ad uitæ neceſ ſaria ut uenter, neq; ad concupiſcendnm ut iecur neceſſarij ſunt, ſolamq; & unicã concubitus concupiſcentiã capiunt,nõ horum ſolũ adipẽ,ſed ipſos quoq; ignibus D tradit. Nempe enim ſine renibus,id eſt,ſine coniugio in terris uiui poteſt:uirginita tiſq; uita, nullo inferior angelis ad perpetuam gloriam hinc iam exerceri. Quibus profectò omnibus id nobiſcum agitur,ut omni ſapientia eruditi & inſtructi aduer ſus uoluptatẽ totam quaſi contra multorum capitũ hydrã ſapienter ſtemus, neq; ſub ſpecie excidendi emergentia aſſiduè per ſenſus capita ad pullulationẽ plurimo rum ea ſemper iteremus. Verũ ſumma tolerãtia laboris atq; cõtinentia præcipua fortiter illa incendamus,corporaq; noſtra hoſtiã ſanctam placentẽ deo, tanquam uitulum pro ſacerdotio ſtudioſe offeramus,& modo quidẽ prauam cõcupiſcentiã ueluti fibram iecoris, modo ſuperfluitatem cibi,quaſi adipẽ, quo uenter operitur, modo totam ſimul concupiſcentiam coitus, ueluti renes unà cum adipe ſemen illis miniſtrante diuino continentiæ igne conſumamus, ut iuxta propoſitã uirginitatis deſtinationem omni praua ac turpi cõcupiſcentia, omniq; uoluptate ſuperiores e-uadentes,per continentiæ ſacra certamina propoſito certantibus præmio, immor talitatiſq; corona digni inueniamur,per Ieſum Chriſtum,per quem eſt patri glo-ria cum ſancto ſpiritu in ſecula ſeculorum, Amen

Baſilij

A

BASILII MAGNI ARCHIEPISCOPI CAESARIAE CAPPADOCIAE ASCETICA, [redacted]

[redacted]

PROLOGVS.

BONAE quidem ſunt regiæ ſubditis deputatæ cõſtitutiones,
maiora uero & regaliora ad milites pertinentia edicta. Atten
dat itaque cum militaria promulgantur edicta, qui ad cœle/
ſtem magnam illam dignitatẽ adſpirat, qui Chriſto ſemper
adſiſtere cupit: audiat illam regiæ maieſtatis uocem: Si quis
mihi miniſtrauerit, me ſequatur: Et ubi ego ſum, ibi ſit & mi
niſter meus. Vbi eſt Chriſtus rex? In cœlo uidelicet. Huc te ô miles Chriſti cur/
ſum tendere cõuenit. Obliuiſcere cuiuſcũq; terrenæ refocillationis. Nemo miles do
mũ extruit, neq; agrorũ poſſeſſiones capeſſit, neq; uarijs negotiationibus ad quæ
ſtum facientibus ſeſe immiſcet. Nemo militans, inquit Apoſtolus, implicatur uitæ
negotijs, ut ei placeat, a quo eſt in militiam delectus. Alimoniam miles habet regi
am, non opus habet ut ſibi ipſi uictum acquirat, aut illius cauſſa ſit occupatus. Do
mus illi apud ſubditos regis ubiq; ex edicto regio patet, ut non habeat neceſſe pa
B randæ domus gratia laborare. Tabernaculum illius in plateis eſt, cibus ad neceſſi
tatem ſufficiens, potus aqua, ſomni tantum, quantum natura largitur. Expeditio/
nes uero & excubiæ multæ. Perdurandũ in æſtu, in frigore, in conflictu contra ho
ſtes, in periculis, uſque ad mortem: mors quidem plerumque ſubeunda, uerum
mors glorioſa. Rurſus, honores, munera regia, uita in bellis laborioſa, in pace ſplẽ
dida, honos optimatum, corona, quæ ob id datur, quòd in rebus præclaris bene ſe
geſſit, principatus gloria cohoneſtatur, amicus regis uocatur, illi adſtat proximus,
illius dextra & fauore potitur, ex illius manu honore afficitur, apud ſubditos regis
in pretio & honore eſt, pro externis amicis, pro quibus uoluerit apud regem in/
tercedit. Age miles Chriſti, modicis iſtis humanarum rerum exemplis permotus,
æternorum bonorum ſenſum ac cogitationem accipe. Vita tibi proponatur, quæ
nec domo, nec ciuitate, nec poſſeſſionibus opus habeat. Animo ſis quieto, ab o/
mnibus mundanis curis libero. Ne te irretiat deſiderium uxoris, neque cura libe/
rorum. Eſt enim hoc ad diuinam militiam inualidum. Arma namque militiæ no
ſtræ non ſunt carnalia, ſed potentia Deo. Hic te non uincet natura corporis, ne/
que premet nolentem. Ne te pro libero captiuum reddas. Ne queras in terra libe
ros, quos poſt te relinquas, ſed quos in cœlum ſubuehas. Ne corporalibus adhæ
re nuptijs, ſed ſpiritales expete. Animabus impera: Spiritali prole fœcundus eſto.
Sponſum imitare cœleſtem: Diſturba inuiſibilium hoſtium incurſus: Impugna
principatus ac potentatus. Eijce illos, primum ex anima tua, ne quam in te partem
habeant. Deinde & ex eorum animabus, qui ad te confugiunt, téque ſibi præſi/
dem deligunt & propugnatorem, qui per ſermonem tuum conſeruantur. Demo

te conſilia quæ contra fidem Chriſti inſurgunt. Pugna per doctrinam pietatis,cõtra quoduis impium & prauum conſilium. Conſilia,inquit demolientes,& omnẽ altitudinem quæ extollitur contra ſciẽtiam Dei. Et præſertim adiutus manu regis confidens eſto,quæ aduerſarios perterrefacit & fugat, ubi tantum cõſpecta fuerit. Si quando uero & per pericula probatum te fieri uoluerit,& exercitum ſuum committere exercitui aduerſario, hic tu ad quemcũq; laborem apparatu bellico inſtructus & inuictus,& ad pericula animo imperterritus eris, ex terra in terram,è mari in mare migrabis alacriter. Cum enim perſecuti uos fuerint,inquit,fugite de ciuitate in ciuitatem. Et ſicubi neceſſe fuerit,ad tribunalia uocatũ comparere,ante principes ſiſti,populares impetus ſuſtinere,lictoris horrendum uultum uidere,duram uocem audire,atrocem carcerum aſpectum ſufferre,tormenta experiri,& ad mortem uſque certare: ne detrectes hæc omnia,ante oculos habens Chriſtum, qui tui gratia iſta tulit,ſciensq; quòd hæc oporteat pro Chriſto perferre, & planè uictor in iſtis eris. Sequeris enim regem uictorem,& qui te uult eſſe uictoriæ ſuæ conſortem. Neque enim uictus eris etiam ſi occidâre,ſed tum demum cõſummatiſſimus ad finem uſq; uictor euades,immota tibi ueritate ſeruata,& ueritatis fiduciam inconcuſſam habens, deq; morte ad æternam uitam, de humana ignominia ad gloriam Dei,de mundi huius afflictionibus & ſupplicijs,ad ſempiternam & angelicã refocillationem migrans. Terra te ciuem non agnouit nec acceptauit: at cœlum ſuſcipiet. Mũdus perſequutus eſt,at angeli te portabunt & ante Chriſtum conſtituent,ubi & amicus uocaberis,& deſideratiſſimum illud encomium audies: Euge ſerue bone et fidelis,miles generoſe,imitator domini tui,regis aſſectator,ego te donis meis remunerabo,ego petita tua audiã, quoniam & tu uerbis meis obediuiſti. Salutem fratrum afflictorum petes,et myſtarũ ſanctę dilectionis. Accipies à rege cœleſtium bonorum participationem. Tripudiabis choreis ſempiternis,& inter angelos coronaberis, rex eris creaturarum, ſub rege omniũ & perpetuo cum æternæ felicitatis choro feliciter ages. Si uero Deo uiſum fuerit,ut poſt certamina relinquâre in mundo,ut adhuc plura & uaria certamina perferas, ſeruéſque cum ex inuiſibilibus,tũ uiſibilibus bellis plurimos, magnifica cumulaberis & in hac terra gloria,& apud amicos honoratus eris,qui te ſibi patronũ, auxiliatorẽ & interceſſorem inuenient. Iſti te alent,tanquam prę̨clarũ militem,iſti honorabunt tanquã ſtrenuũ optimatem,iſti complectentur, & cum gaudio tanquam angelum Dei ſuſcipient,& ſicut Paulus,inquit,tanquam Chriſtum Ieſum. Iſta ſunt et talia diuinę militiæ exempla. Differuntur autem iſta non ſolum uiris, nam & muliebris ſexus ſub Chriſto militiam exercet, ſpiritalis fortitudinis gratia ad hanc militiam allectus, non propter corporalem imbecillitatem reprobatus. Et multæ ſanè mulieres non minus uiris fortiter egerunt in hac militia,immo ſunt quæ uiris quoque celebriores euaſerunt. Ex illarum numero ſunt, quæ uirginitatis chorum replent, ex illis ſunt,quæ confeſſionis certaminibus & marytrij uictorijs illuſtres ſunt. Sequebantur autem ipſum Dominũ cum in terra conuerſaretur,non uiri ſolum,ſed & mulieres, & per utroſque ſeruatori miniſtrabatur. Talia & tam glorioſa bona, quæ iſti militiæ repoſita ſunt. Expetãt & patres filiorum,& matres filiarum adducant liberos ſuos, ſpe ſempiterna gaudentes,cuius conſortes unà cum ipſis erunt, & patronos ipſos atque interceſſores bonos apud Chriſtum habere cupientes. Nec puſillo animo circa

A circa liberos ſumus,neque metuamus ſi adfligantur,ſed lætemur, quoniam glorificabuntur. Exhibeamus Domino,quæ ab illo accepimus,ut & ſplendoris liberorum conſortes reddamur,ſimul nos ipſos cum illis Domino adſiſtentes & exhibētes. His itaque qui ad hunc modum animati ſunt,& hoc pacto decertant,commodum dicetur illud Pſalmiſtæ:Benedicti uos à Domino,qui fecit cœlum ac terram. Et iuxta benedictionem Moſis illius bene precabimur, dicentes: Benedic Domine opera illorum, & ſupprime faſtum reſiſtentium illis. Viriliter agite, tanquam generoſi,ſtrenuo curſu properate & cōtendite ad ſempiternas coronas in Chriſto Ieſu Domino noſtro,cui ſit gloria in ſecula. Amen.

SERMO EIVSDEM ASCETICVS, ET EXHORtatorius,de renuntiatione uitæ huius,& perfectione ſpiritali.

Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego refocillabo uos, inquit diuina uox,ſiue futuræ,ſiue præſentis uitæ refocillationē ſignificans. Veruntamen aduocat nos,partim admonens ut diuitiarum onus,depoſitum in pauperes & egenos, abijciamus, partim ut examen illud peccatorum, quod ex eo onere diuitiarum nobis adhæſit per beneficentiam & confeſſionem excutiamus, & ad uitam monachorum ſub cruce agentium accurramus. Poroinde,qui Chriſto ex animo obedire ſtatuit,& ad pauperē ac liberam à ſecularibus curis uitæ conuerſationem properauit, præclarus reuera eſt & beatus. Hortor tamen,ne ſine iudicio hoc faciat, neue ſibi ipſi præſcribat uitæ
B genus quoddam remiſſum, & ſalutem ſine pugna otioſe acquirendam, ſed ſeipſum antea exerceat, periculúmque capiat futuræ tolerantiæ, adflictionum tam corporalium, quâm ſpiritalium, ne ſe improuiſis certaminibus inijciat, & poſtea ingruentibus tentationibus obſiſtere non ualens,deprehendatur ad priſtinæ uitæ conuerſationem,quam reliquerat cum pudore ac irriſione, & animæ condemnatione recurrere, & præterea multis offendiculo factus,omnibus occaſionem pariat de cōuerſatione,quæ in Chriſto eſt ſuſpicandi,quòd talis ſit quæ ſeruari nequeat. Qua in re quid ſit periculi, ſcitis omnes qui Euāgelia legitis, in quibus diuina uox dicit:Melius eſt illi,ut mola aſinaria ſuſpēſa in collo eius,proijciatur in mare quàm ut unum offendat ex his puſillis. Non enim tantum reus eſt deſertæ aciei, ſed & perditionis eorum,quos exemplo ſuo ſubuertit,etiam ſi ſtultis cogitationibus ſibi ipſi perſuadeat,quòd in ſeculari uita conſtitutus,bonis poſſit operibus placare numen, quod ipſi eſt impoſſibile. Qui namque in ea uita, quæ peccatis propter reiectionem ſecularium curarum minus eſt obnoxia, non potuit inimici certamina ſuſtinere, quomodo in ea,quæ multis delictis expoſita eſt, & ab ipſo oritur, aliquid recti præſtare poterit? Et ſi dederit quiſquam,quòd poſſit uitam ipſe ſuam corrigere,non tamen culpam deſerti Chriſti euadet,ſicut & in diſcipulis illis in Euangelio patet, de quibus diuinus Euangeliſta dicit: Multi autem diſcipulorum retro abierunt,nec amplius cum Ieſu ambulârunt,dicentes: Durus eſt ſermo illius,quis poteſt eum audire? Huius enim gratia benignus Deus, ſalutis noſtræ curam ge-

rens, humanam uitam bipartitus eſt, in coniugium uidelicet & uirginitatem, ut ſi quis uirginitatis certamen ſuſtinere nequeat, coniugium ſubeat, illud ſciens, quòd pudicitiæ & ſanctimoniæ redditurus ſit rationem; & quod neceſſe habeat ſeſe illis conformem reddere, qui in connubio & liberorum procreatione ſanctè uixerunt, qualis erat in ueteri teſtamento Abraham, qui, quoniam omnia Deo poſtponebat, filium ſuum unigenitum, nihil impeditus paterno affectu, Deo mactans glorioſus effectus eſt, quique fores tabernaculi ſui, ad ſuſcipiendos peregrinos paratus, apertas habuit. Non enim audiuerat illud: Vende quæ habes, & da pauperibus. Iob quoque his maiora præſtitit, & alij quàmplurimi, & Dauid & Samuël. In nouo uero Teſtamento: qualis erat Petrus, & reliqui Apoſtoli. Exigitur enim ab unoquoq; ,ut fructus ferat dilectionis erga Deum & proximum, tranſgreſſioniſq; iſtorum & aliorum omnium pœnas quiſque dabit, ſicut & Dominus in Euangelijs declarat, dicens: Qui diligit patrem, aut matrem, plus quàm me, non eſt me dignus, & qui non odit patrem ſuum, matrem, uxorem, ac liberos, adhuc & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Num tibi uidentur Euangelia coniugatis quoque poſita eſſe? Ecce declaratum tibi eſt, ab omnibus hominibus hoc exigi, ut obediamus Euangelio, ſiue monachi, ſiue coniugati. Sufficit enim cõiugato, incontinentiæ, concupiſcentiæ, & congreſſus cum uxore uenia. Reliqua uero pręcepta omnibus pariter ſancita & iniuncta, periculũ adferũt tranſgreſſoribus. Nam quæ Chriſto patris præcepta prædicando propoſuit, ijs propoſuit qui in mundo ſunt. Sicubi uero contigit ut & ſeparatim rogantibus diſcipulis, quædã reſponderit, teſtificatus tamẽ ſimul eſt, dicens: Quæ uobis dico, omnibus dico. Noli itaque animo eſſe remiſſo, qui coniugium elegiſti, quaſi tibi liceat hunc mundum complecti. Nam pluribus tibi laboribus & maiore cautione opus eſt, ut ſalutem obtineas. Vtpote qui in medio laqueorum & imperio apoſtaticarum uirtutum habitare elegeris, ut peccatorum illectamenta in conſpectu habeas, & ad illorum concupiſcentiam noctes atque dies omnes ſenſus tuos exponas, ac uelut excludas. Scito igitur, haud euaſurum te apoſtatæ inimici luctam, neque uictoria contra illum potiturum ſine multis laboribus, ad cuſtodiendum Euangelica dogmata impenſis. Quomodo namque poteris recuſare pugnam aduerſus inimicum in ipſo pugnæ ſtadio conſtitutus, quod eſt uniuerſa ſub cœlo terra, quàm hoſtem illum circuire & perambulare, tanquam canem rabidum, quærentem quem deuoret, ex hiſtoria Iob diſcimus? Quòd ſi igitur pugnam inire cum antagoniſta illo detrectas, tranſi in alium mundum, in quo ille non agit, in quo poteris pugnam illius recuſare, & ſecurè in Euangelicis doctrinis à pugna uacare. Si uero id impoſſibile eſt, propera ad eam diſciplinam qua ad pugnam aduerſus illum inſtituare, artem illam ex ſacræ ſcripturæ exemplis addiſcens, ne per ignorantiam ab illo uictus, æterno igni tradaris. Hæc in tranſcurſu ad eos dicta ſint, qui in coniugio conſtituti, cuſtodiam præceptorum Chriſti ſecurè negligunt. Tu uero cœleſtis conuerſationis amator, qui ad uitam angelicam contendis, ſanctorúmque Chriſti diſcipulorum commilito fieri deſideras, obfirma teipſum ad tolerantiam afflictionum, animoq; uirili ad cœtum monachorum accede, & in principio quidem renuntiationis tuæ uiriliter age, ne per affectum erga cognatos carnales

abſtraha-

A abſtraharis, corroboratus ex eo quod mortalia immortalibus commutas. Vbi uero facultates tuas erogabis, inflexibilis eris, certus quod in cœlos illas præmittas, cum in ſinus pauperum abdis, & apud Deũ cum fœnore ſis recepturus. Poſt quam autem ab amicis fueris & familiaribus auulſus, ne ſis animo mœſto, cum Chriſto cuniungâre, qui pro te crucifixus eſt, quo quidnam nobis amicius excogitari poterit? Quando uero auxilio diuino adiutus, prima hac ueluti cæſtuum pugna hoſtem deuiciſti, ne proijcias ac uilipendas teipſum, quaſi ignobile quoddam uaſculum (iam enim per terrenorum renuntiationem cohoneſtaſti teipſum apud Chriſtum) ſed multa ſolicitudine & circumſpectione cura, ut inuenias uirum, qui in iſta tibi conuerſatione uiam abſque errore præmonſtret, gnarus rectè deducere ad Deum ambulantes, ornatus uirtutibus, ex bonis operibus teſtimonium habens, quòd Deum diligat, qui ſcientiam habeat diuinarum ſcripturarum, nullis occupationibus diſtractus, pecuniæ non cupidus, reiectis curis trãquillus, quietus, amicus Dei, amator pauperum, non iracundus, tolerans malorum, multus in ædificandis proximis, contemptor inanis gloriæ, nõ elatus, non aſſentator, conſtans, nihil Deo præponens. Et ſi talem inueneris, trade teipſum illi, omnem tuam uoluntatem reſpuens & abijciens, ut inueniâre tanquam uas mundum probè infuſa bona retinens, ad tuam ipſius laudem ac gloriam. Nam ſi quid priorum in te affectuum reſeruaueris, acida reddes, quęcunque tibi bona infundentur, ideoq; & proijcieris tanquam uas immundum. Hæc erit altera pugna cum antagoniſta hoſte ſalutis noſtræ. Bonorum namque præceptorum, bona ſunt præcepta, & omnino malorum, mala. Quando enim nobis malignus noſter aduerſarius perſuadere ne-
B quit, ut in mũdi huius cõfuſione & perditione permaneamus, uel hoc perſuadere ſtudioſè conatur, ne perfectæ ac ſtudioſæ pietatis uitæ nos tradamus, aut uiro qui omnia noſtra delicta ob oculos nobis queat exponere & corrigere, ſed tali, qui uel ſano inanis gloriæ ſtudio teneatur, ſuoſq; affectus prætextu dimiſſionis & accommodationis erga conuictores ſuos cõmendet & palliet, ut ita diſſidẽtes innumeris nos affectionibus iterum obnoxios reddat, & in propria peccati uincula conijciat. Si uero te uiro multis ornato uirtutibus tradideris, conſors eris bonorum ipſius, & coram Deo pariter & hominibus feliciſſimus. At ſi corpori parcens, præceptorem quæſieris, qui tibi ad affectiones tuas condeſcendat, immo magis una tecum concidat, fruſtra pertuleris renuntiationis certamen, uitæ te affectionibus obnoxię tradens, ductoréque cæco uſurus, & in foueam prolapſurus. Nam ſi cæcus cæco ducatum præſtiterit, ambo in foueam incident. Sufficit enim diſcipulo, ſi par fuerit præceptori ſuo, quæ Dei uox eſt, nec poterit à periculo præmuniri. Athletica tibi lege conuerſandum eſt. Niſi hoc feceris, non coronaberis, ſicut Apoſtolus dixit. Et ſi certauerit quis, non coronatur niſi legitimè certauerit. Itaque ſi per gratiam Dei bonorum operum doctorem inueneris, inuenies autem omnino, ſi quęſieris, caue quicquam præter illius ſententiam agas. Nam quicquid extra ipſius conſcientiã feceris, furtum quoddã erit & ſacrilegiũ ad mortẽ ducens, nõ ad utilitatem, etiã ſi tibi bonũ eſſe uideatur. Si nãq; bonũ eſt, quamobrẽ occultè, & nõ manifeſtè facies? Roges hoc animi tui conſiliũ, quod te per blãdiora ſpoliare, & prętextu bonarum diſciplinarũ ſiniſtris actionibus inuoluere conatur. Noli ſerpentũ ciere ſibilos

expers artis incantandi,ne ubi illos attraxeris, & abhorrueris, facultatem non ha/ C
bens reſiſtendi,meritò ab illis perdâre. Ne carnis nobilitati innitere,nec honorem
quære. Carnalis enim non capit ea quæ ſunt ſpiritus. Ne coneris conſueti aliquid
quod in uſu ueritatis eſt,peruertere, & tua mollitie ſubuertere certãtes,tibique ipſi
peccatorum onus accumulare,nec in ſtrato molliore, nec in ueſtimentis aut calcia/
mentis,aut habitu quodam alio,uel ciborum alteratione,uel menſa, ultra tempus
renuntiationis tuæ,ſiue ſtando, ſiue ſedendo, aut opere quodam manuario teneri
ore,aut mundiore. Nam hæc omnia non ſolum ſi tibi fuerint,ſed & ſi ea affectaue
ris,non proſpere tandem cedent. Etenim niſi ſtatim cognoueris diabolicam eſſe-
inductionem, ideóque excideris ex corde tuo, ex conuerſatione Chriſti diſturba
re te & eijcere conabuntur. Quin magis cogita te omnibus hominibus eſſe abiecti
orem, & magis peccatorem,peregrinúmque & erronem, ac uelut miſerabilem ab
illis qui ante te mundo renuntiarunt, ſuſceptum, adeóque ſatage omnium eſſe
poſtremus, & omnium ſeruus. Hæc quippe tibi,non illa honorem deferent,& ue/
ram gloriam. Aures habe ad obediendum apertas, & manus ad implenda, quæ
iubentur, paratas,os tacitum & cor circumſpectum. Otioſus eris ab otioſo ſermo
ne. Intelligens & gnauus ad ſalubres diuinarum ſcripturarum auditus. Acerba
tibi ſit mundanarum rerum narratio, fauus uero mellis quæ ſancti uiri differunt.
Stude illorum imitari mores, qui ante te in religionis exercitio fuerunt, nec expe/
cta ut ſingula doceare. Præcipuis uirtutibus ſtudioſius inſiſtas, minores ne negli
gas,lapſum ne contemnas,etiam ſi quouis puncto ſit minutior, ſed ſatage magis,
ut illum per reſipiſcentiam emendes: etiam ſi multi in multis ſiue magnis ſiue mo
dicis delinquentes, maneant impœnitentes:tu noli aliorum lapſus iudicare. Ha/ D
bent enim iuſtum iudicem, qui reddet unicuique iuxta facta ſua. Tu quod tuum
eſt,coërce, & quantum poteris oneri tuo detrahe. Qui namque onus ſuum aggra
uat,ipſe illud portabit etiam .Reſipiſcentia ſalutaris,cõtemptus uero reſipiſcentiæ
mors eſt. Abſcondere à familiarioribus hominibus,manifeſta te plerumque Deo
quemcunque egreſſum, quantum in te eſt, detrecta, utpote cordis fugiens diffuſi
onem. Nam ubi cellam egredieris, continentiam amittes,inſpicies mundum,inci
des in mulierem fornicariam, quæ te præſtigijs ſuis decipiet,aures tibi blandiuſcu
lis uerbis incantabit, oculos pulchritudine faciei capiet, delicatis ineſcationibus gu
ſtum occupabit, & ueluti hamo quodam ad ſe trahet,deinde membris ſuis obſtri
ctum ad pectus ſuum apprimet, ut ſoliditatem deſiderij tui,quo eras continentiæ
addictus, emolliat, atque hoc pacto ſenſim à uirtutis conuerſatione ad ſe abſtra/
ctũ corrumpet.Si uero ope Dei ſeruatus,hæc retia euadere poteris,redibis quidẽ
ad cellam,at non idem qui fueras antea,ſed remiſſior ac languidus,ad quodcunq;
uirtutis opus ineptus & faſtidioſus, & uix longi tẽporis exercitio ad priſtinũ habi
tum redire ualens. Anxiũ enim reddet & cogitabũdum utriuſq; uitæ deſideriũ,ut
multo labore opus habeat anima,quo uictoriã recuperet.Quapropter ſi caſu quo
dã uſu uenerit,ut extra cellam peregrè ſit abeundũ, timore Dei ueluti thorace mu
nitus,dilectioniq; Chriſti, quaſi cuidam baculo manu prehenſo innixus,omni cõ
tinentia,uoluptatum impetus ſuperes, & mox atq; quod neceſſariũ erat executus
fueris

A fueris, abſque ulla mora reſilias, & uelut alis uſus inſtar ſimplicis cuiuſdam columbæ oliua miſericordiæ Chriſti ore prehenſa arcam, unde fueras egreſſus, repetēs, perſuaſuſque interne quod nullo alio loco ſalubriter requieſcere ualeas, reuertere. Si iuuenis es, uel ætate uel ſenſu, fuge cōuictum æquęuorum, qui tibi fugiendi ſunt perinde, atque flamma quædam. Quàm plurimos enim per illos inimicus noſter aduſſit, ignı́que ſempiterno tradidit, dum prætextu ſpiritalis dilectionis in ſceleſtum illud quinque ciuitatum barathrum coniecit, & eos qui è mari, quouis uento ac tempeſtatū fluctibus ſeruati fuerāt, in ipſo portu ſecuros cū ſcapho ſuccidaneo ꝓfundo tradidit. In cathedra in qua iuuenis diu ante ſedit, & in ſtrato ubi ille quieſcit, illius indumentis tua ne coniungas. Sed cura ut medius ſit inter uos ſenex quidam ex fratribus. Si quando tibi loquitur, aut in conſpectu poſitus pſallit, demiſſis oculis illi reſponde, ne ſi uultum illius attendas concupiſcentiæ, malorúmque aliorum ſeminaria per inimici ſuggeſtionem concipias, corruptionisq́ tandem & perditionis fructum colligas. Nec in domo, nec eo loci, ubi non eſt qui operum ueſtrorum ſit arbiter, cum illo deprehendare, ſiue id prætextu fiat exercendorum eloquiorum Dei, ſiue alterius rei cuiuſcunque etiam ſummè neceſſarię. Nihil enim neceſſarium magis eſt anima, pro qua Chriſtus eſt mortuus. Ne credas fallaci cōſilio, quo tibi imponetur, ſed certus eſto offenſionem prorſus uelle cauere, hoc ipſum generare offendiculum, multáque experientia eorum qui lapſi ſunt, hoc tibi liquidum reddat, fidem habe uerbis meis, quæ ex affectu charitatis fraternæ proferuntur. Attēde ſenes minus blandos & affabiles, qui parœmiarum ſermonibus iuuenes ad uirtutis quidem actus inſtituunt, aſpectu uero nequaquam corrumpunt. Omni cuſtodia ſerua cor tuum. Quemadmodum enim aurum noctes atq́
B dies indeſinenter quidem à furibus deſideratur: abripitur uero, ubi nihil huius expectatur, ut nō intelligas: ita & hic uſu uenit. Vide ne ſeducaris ab inimico, primi parentis peccato, ſtatimq́ eijciaris è paradiſo uoluptatis. Qui namq́ Adamū per eſcæ uetitæ furtum uita ſpoliauit, ſperaueratq́ & Ieſum ſe poſſe ſubuertere, multo magis nō uerebitur & tibi primā illam malorū cauſſam propinare, ſciens quàm ſit efficax hoc illectamentum. Gulæ namque morbus non in ciborum multitudine uim ſuam exerere ſolet, ſed in concupiſcentia & modico guſtu. Proinde ſi concupiſcētia breuis cuiuſdam guſtus gulæ te poterit morbo ſubijcere, abſque ullo labore morti tradet. Quemadmodum enim ea eſt natura aquæ ut ſicubi multis tractibus locum aliquem ceperit ac diſtinxerit, uicinam circa tractus illos tellurem omnem germinare faciat: ita & morbus gulæ, ſi cor tuum occupauerit, irrigatis omnibus ſenſibus ſyluā quādam malitiæ in te proferens, animā tuam omnis generis beſtiarum ſtabulū ac manſionem cōſtituet. Multos enim morbis occupatos ad ſanitatē redire uidi. Vnū uero ex illis, qui clanculum edunt aut guloſi ſunt, non uidi, ſed qui eiuſmodi ſunt, uel à continentiæ uita auelluntur, & mundanis illecebris corrumpuntur, uel inter continentes latent, inflammati, & diabolo mollitie ſua inſeruientes. Sunt enim plerumq́ mēdaces, crebro & falsò iurantes, rebelles, intricati, reclamatores, cibum ubi edendū eſt recuſantes, illiberales, delicati, quęruli, †curioſi, tenebrarum amatores, omnem rectè inſtitutam conuerſationem data opera deſtruentes. Vt enim gulæ uitiū obtegant malorum ſe multitudine inuoluunt. Qui habitu quidem

Barathrum Sodomiticum.

Gulæ morbus.

† ἐξουνταί, *ſcrutatores.*

quidem inter eos ſunt qui ſaluantur:actibus uero inter condemnatos,gulę uitium C
Adamo mortem peperit, & mundo propter uentris uoluptatem conſummationem induxit. Noë ridetur,& Cham condemnatur: Eſau primogenituram amittit & affinitatem per nuptias cum Chananeis cótrahit: Loth filiæ redditur maritus, gener ſui ipſius ac ſocer:pater, uir, & auus pater:utrinq; naturæ fines contumelia afficiens. Idem uitiū Iſraëlem ad adorandum idolum impulit,& cadauera illorum in ſolitudine proſtrauit. Prophetam etiā aliquem ad arguendū regem impie agentem à Deo miſſum,eſcam feræ agreſtis conſtituit,& quem Ieroboam rex cū omni ſua regia uirtute ulciſci non potuit,is uentris ſeductione correptus miſerabilē mortem pertulit. Daniel uero uir deſideriorum,quoniā uentrem domuit,dominus factus eſt regis Chaldeorū, deſtructor ſimulachrorū, & interemptor draconis,pædagogus leonum,incarnationis Dei uates, & myſteriorum arcanorum interpres, uentris uoluptate ſuperata tres pueri iram regiā contempſerunt,& terribilem illū tātum ardentē caminum, quantū à rege Nabugodonoſor accēdi potuit,intrepidi ingreſſi ſunt. Aureā imaginē diuino honore cultā inanē oſtenderūt,& quā Saran multo tempore ad contumeliā diuinæ gloriæ prædam molitus fuerat, ablatā proprio domino reſtituerunt,regem ipſum inimiciſſimum,& omnem illius exercitum cum omni creatura, ad laudandum Deum impulerunt. Et ut omnia ſummatim dicam,ſi uentrem domueris, paradiſum inhabitabis:ſin minus,à morte conſumeris. Sis fidus uirtutum theſaurus,et habe clauem,linguam uidelicet ſpiritalis tui patris. Illa tibi os aperiat ad ſumendū panē:illa tibi occludat. Ne aſſumas in conſiliū ſerpentē qui contrario conſilio uelut adulterina recluſione inſtar prædę te conatur ad linguæ guſtū abducere. Fuge occultæ comeſtionis peccatū:nā ſi te in re modica D
ſubuertere ualuerit,luctādo proſternet, & in uincula conijciet. Ne adhibeas aures tuas cuiuſuis ſermonibus,nec reſpondeas quorūlibet nugis,quę ad hoc inſtructæ ſunt,ut te à propoſito religionis impediāt. Auditor ſis bonorū dogmatū,illorūq; exercitio cóſerua cor tuū. Cuſtodi cor tuū à mundanis fabulis,ne quo pacto cœni aſperſione animā tuam cómacules. Ne labores ut audias quę ab alijs dicūtur,neue ingeras caput tuum in medium colloquētium,ne & ipſe ſubſanneris, & illis cauſam obtrectandi præbeas. Ne ſis curioſus,nec uelis omnia ſpectare,ne affectionū tabem animo tuo accerſas. Vtiliter ſpecta, utiliter audi,utiliter loquere, utiliter reſponde. Ne temerè maiori aſſideas:ſi uero ille te ut aſſideas hortatus etiam fuerit, ne tamen aſſeſſor illius fias, ſed huc atque illuc circumrepens ſubmiſſiorem reperire ſeſſionem ſatagas,ut humilitatis gratia glorificeris a Deo. Interrogatus uoce competenti,ac ſubmiſſa reſponde, non interrogatus,ſile,ubi alius interrogatur,cohibe os tuum,ne corde petulāti impulſa lingua, rupta cuſtodia,lædat aliquam ſtudioſorum exercitationem, & in uincula te criminis reum conijciat. Sedens uero ne crus imponas altero pedi. Eſt enim illud ſegnitiei indicium, & animi extra uagantis. Cum loqueris minori, aut quid ab ipſo interrogaris, ne reſpondeas ſocorditer,fratrem ad contumeliam Dei contemnens. Qui namque dehoneſtat pauperem,exacerbat eū,qui illum fecit,inquit parœmia. Obſecrandi ſermo,reliqua uerba tua præcedat,comprobans dilectionem tuam erga proximum. Collocetur & in medio orationis, imò crebrò repetatur,uultuq; proferatur ſereno,ut exhilares colloquentem. In quocunq; rectè facto proximi tui lætare, Deumq; glorifica. Illi

us namq;

A us nanque rectè facta tua ſunt,quemadmodum & tua illius. Primos accubitus & primas cathedras, in conuentibus recuſa, nouiſſimum locum perſequere, ut audias illud: Amice aſcende ad ſuperiora. Ad menſam ubi ſederis,caue ne ſiniſtræ manus inhoneſtè ſe gerat,aut dexteræ partes impudenter uſurpet. Vacet magis, uel certè dexteræ ſubminiſtret. Quandocunque ad precandum conuocaris, ſuccinat os tuum, & ad finem uſque precationis iuxta canonem perdura, magnum detrimentum ratus, ſi defeceris. Si enim cum reficeris,propter carnis ſuſtentationem, ęgrè à menſa auelleris,antequam pro neceſſitate corporis refectus fueris,nec facilè hoc facis, niſi magna neceſſitate adactus, quanto magis in ſpiritali refectione permanendum, & in precatione obfirmanda eſt anima? Quantum enim diſcriminis eſt inter cœlum & terram, & inter cœleſtia & terrena: tantum diſcriminis eſt inter animam & corpus. Anima imitationem habet cœli: in illa nanque habitat Dominus. Caro uero è terra eſt,in qua habitant homines mortales: & animantia irrationalia. Conſtitue igitur proportionem horarum precandi ad commenſurationem eorum,quæ corpori neceſſaria ſunt, & paratus ſis ad hoc, ne obaudias cogitationi cuiquã,quæ te à canone precandi auellere conatur. Dæmonibus enim,hoc eſt conſuetudinis, ut circa horas precationum prætextu rationabilis alicuius cauſæ ad diſceſſionem nos ſolicitent, quo à ſalubribus precibus honeſtè in ſpeciem abducãt. Ne dicas prætexendi gratia,doleo caput,doleo uentrem,nullo exiſtẽte dolore,obſcuros teſtes prætendens, & recreationis gratia uigiliæ tenorem remittẽs,ne facias hoc,ſed magis occultas preces habeas,quas in abſcondito uideat Deus, reddatq́ꝫ tibi in propatulo. Sectare conuerſationis optimę negotiationẽ,ut diuitias inuenias

B in die neceſſitatis,in quotidiano miniſterio tuo cũ labore corporis pręſtito abſconditas. Habe ſermonẽ cõſolatorium ad amandũ ea,quæ adminiſtras,ut ſit miniſterium tuum acceptũ ac ſale conditum. Ne ſinas alium,quæ te concernunt,facere,ne & merces tibi ablata detur alij, & in tuis diuitijs alius te abiecto humilietur. Quæ tui ſunt miniſterij, honeſtè ac diligenter, tanquam Chriſto miniſtrans exequitor. Maledictus enim,inquit,qui facit opera Domini negligenter. Caue abuſum eum qui ex ſuperfluo eſt & contemptu,etiã ſi uilia uideantur quę in manibus habes,tãquam Deo inſpectore. Magnũ eſt opus miniſterij quocunqꝫ, & ad regni cœlorũ conciliationẽ faciens. Sagena namqꝫ uirtutum eſt,uniuerſa Dei mandata in ſeipſa complectens: & primum quidem omnium, humilitatẽ,quæ ueluti uirtutum omnium mater multitudinẽ ſecum adfert bonorum: deinde & illud: Eſuriui, & dediſtis mihi cibum: ſitiui, & potâſtis me: peregrinus & infirmus, & in cuſtodia fui, & miniſtrâſtis mihi. Et præſertim quando quod debetur humili ſenſu ſine elatione,ira, & obmurmuratione perficitur. Æmulator eſto corũ, qui rectè uiuũt,eorumq́ꝫ facta cordi tuo inſcribe. Opta eſſe in paucorum numero, Rarum enim eſt quod bonum eſt. Quapropter & pauci ſunt,qui regnũ cœlorum ingredientur. Ne putes omnes qui in cellis agunt,ſaluari,reprobos & inutiles. Nõ enim hoc fiet. Accedunt enim multi ad uitam uirtutis, pauci uero iugum illius ſubeunt. Violentorum enim eſt regnum cœlorum, & uiolenti rapiũt illud, iuxta ſermonem Euangelicum,qui uiolentiam uocauit corporis moleſtiam & fatigationem, quam animo ſpontaneo, in abnegatione propriorum deſideriorum, & recreationis corporis, deinde & cuſtodia

A teri, corrigere inordinatos, cõſolari puſillanimes, miniſtrare infirmis, pedes ſancto rum lauare, peregrinorum ſuſceptionem & charitatem fraternam diligenter exer cere, cum fidei domeſticis in pace uiuere, hæreticũ hominem auerſari, ſacros libros canoni inſertos legere, apocryphos omninò non attingere, de patre, & filio, & ſpiri tu ſancto non diſputare, ſed increatam, & eiuſdem eſſentiæ trinitatem cum fiducia ac liberè dicere, & ſentire, atq; interrogãtibus ad hunc modum reſpondere. Bapti zandum eſt, ſicut accepimus, credendũ ſicut baptizati ſumus, glorificandus deus, quemadmodum credidimus, in operibus & uerbis honeſtis occupari, omninò nõ iurare, pecuniam ad uſuram non dare, nec frumentum, nec uinum, nec oleum ad fœ noris & abundantiæ lucrum, à crapula, & ebrietate, ac curis huius uitæ abſtinere, cũ dolo nihil habere commercij, neq; prorſus contra aliquem loqui, non obtrectare, & planè non cupidè audire aliorum obtrectationes, nõ ſtatim credere quæ contra aliquem dicuntur, excandeſcentia non uinci, concupiſcentia n õſuperari, non teme rè contra proximum iraſci, bilem contra neminem retinere, non malum pro malo reddere, magis uituperari quàm uituperare, uerberari quàm uerberare, iniuriã pa ti quàm iniuriam inferre, ſpoliari quàm ſpoliare. Ante omnia uerò oportet mona chum continere ſe à conſortio mulierum, & à uino (Nam uinum & mulieres ex ſa pientibus faciunt apoſtatas) & perficientem pro uiribus mandata Domini, non aſ fici tædio, ſed mercedem & laudem ab illo expectare, & æternæ uitæ oblectamen tum deſiderare, & Dauidis dictum illud ſemper ante oculos habere ac dicere: Pro uidebam Dominum in conſpectu meo ſemper: quoniam à dextris eſt mihi ne cõ mouear, & tanquã filium quidem ex toto corde & uirtute, & mente, ac potentia di

B ligere deum, tanquam ſeruũ uerò pie colere ac reuereri, illiq; obedire & cum timo re ac tremore ſuam ipſius ſalutem operari, ſpiritu feruere, indutum eſſe & munitũ armatura ſancti ſpiritus, & currere non in incertum, & pugnare non tanquam aë rem uerberantem, & expugnare inimicum in infirmitate carnis & paupertate ani mæ, & omnia quæ iuſſa & ordinata ſunt facere, & ſeipſum inutilem dicere, gratias agere ſancto, & glorioſo, & terribili deo, & nihil per contentionem & inanis gloriæ ſtudium facere, ſed propter Deum, & illius beneplacitum. Nam Deus diſſipauit oſſa eorum, qui hominibus placent: non gloriari omninò, nec ſua ipſius prædicare encomia, nec alium illa prædicantem libenter audire, in occulto uerò ubique ſerui re, nec quicquam ad oſtentationem coram hominibus facere, ſed à Deo duntaxat laudem quærere, de terribili illius & glorioſo aduentu cogitare, déque migratione ex hoc mundo, de bonis quæ repoſita ſunt iuſtis, & pariter de igne, diabolo, & an gelis eius parato, deq; gloria illa, quæ futura eſt ut reueletur in nobis, & cum Daui de prædicere, his qui cuſtodiunt mandata ipſius paratam eſſe retributionem mul tam, mercedem amplam, & coronas iuſtitiæ, tabernacula æterna, uitam ſempiter nam, gaudium indicibile, manſionem perpetuam apud patrem, & filium, & ſpiri tum ſanctum, uerum Deum in cœlis, apparitionem facie ad faciem præſentem, cho reas cum angelis, cum patribus, cum patriarchis, cũ prophetis, cum apoſtolis, cum martyribus, cum confeſſoribus, & qui à ſeculo Deo placuerunt, cum quibus annu merari & inueniri ſatagamus gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui ſit gloria & im perium in ſecula ſeculorum. Amen.

τὰ ἐνδιάθετα βιβλία ἀναγινώσκειν

S EIVS

EIVSDEM EPISTOLA AD CANONICAM quandam C

Tardi reddimur ad ſcribendum, quòd certi nõ ſumus epiſtolas noſtras omninò in manus dilectionis tuæ uenturas, ſed metuere cogimur, ne per miniſtrorum malitiam incidant, antequàm tibi reddantur, in mille alios, & præſertim nunc, quando ad hunc modum res domeſticæ perturbatæ ſunt. Quapropter expecto, dum aliquo modo queraré, & uiolenter epiſtolas extorqueas, ut hoc ipſo indicio redditionis utamur. Scribẽtes autem memoriã honeſtatis tuæ cordibus noſtris infixam ſedulò cuſtodimus, Dominumq́; Deum precamur, ut det tibi curſum ſanctæ conuerſationis, ſicut elegiſti ac cœpiſti, conſummare. Neque enim ſanè modicum certamen ad hoc requiritur, ut qui uitam hanc profiteri cœpit, ad finem uſque conſtanter illam deducat. Nam quorumlibet quidem eſt Euangelicæ uitæ conuerſationem eligere, obſeruantiã uerò illius etiam uſque ad minutiſſima deducere, nec quicquam eorum, quæ in Euangelio ſunt ſcripta, negligere, hoc demum à paucis, qui nobis ſint cogniti, præſtatur, ut & lingua utantur caſtigata, & oculis, & diſciplinæ moderamine iuxta Euangelij conſilium probè inſtitutis, & manibus operentur iuxta ſcopum beneplaciti diuini, ac pedes ita moueant, & unoquoque membro ita utantur, quemadmodum opifex noſter nos ab initio condidit ac diſpoſuit, uidelicet, ut habitus ſit honeſtus, ut in conuictu & præſentia uirorum mulier ſit cauta, ut in cibis ſeruetur frugalitas, in poſſeſſione neceſſariorum uitetur ſuperfluitas. Hæc omnia modica quidem uidentur, ſi ita ſimpliciter recenſeãtur: magno autem certamine in ipſa ueritate, ubi perficienda ſunt opus habentia deprehendimus, Adde iſtis & humilitatis perfectionem, ut neque in memo D riam redeat ſplendor parentum, neque nos extollat, ſi quid ex natura ſit prærogatiuæ, uel ſecundum corpus, uel ſecundum animam, nec occaſionem præbeant elationis & inflationis extraneorum de nobis opiniones. Iſta Euangelicam uitam concomitantur. Sedulitas in precationibus, compaſſio in charitate fraterna, libenter cõmunicare egenis, proprij ſenſus deiectio, cordis contritio, fidei ſanitas, in auſteritate facilis æqualitas, ut nunquam non cogitemus de terribili illo & irrecuſabili tribunali, ad quod omnes quidẽ properamus, memores uerò illius, & quomodo apud illud euadant anxij, ſunt pauciſſimi. Cum uerò multa ſint, quæ per diuinam nobis ſcripturam declarantur, & ab illis perficienda ſunt, qui deo placere geſtiunt, de his tamen duntaxat, quæ in præſentiarum à nobis dicta ſunt, ſicut ex ipſa quoque diuina ſcriptura didicimus, breuiter admonere aut dicere uolui, neceſſarium uniuſcuiuſuis teſtimoniũ, cum ſit in promptu, illorum cognitioni relinquens, qui in ſanctæ ſcripturæ lectione exercẽtur, qui idonei erunt & alios docere, quòd oporteat Chriſtianum ea ſentire, quę uocatione cœleſti digna ſint, & dignè Euangelio Chriſti cõuerſari, quòd oporteat Chriſtianum animo non euagari, nec à quoquam abſtrahi à memoria Dei, & placitorum ac iudiciorum illius, quòd oporteat Chriſtianum in omnibus iuſtificationes legales ſua iuſtitia tranſcendere, & neque iurare, neq; mentiri. Quòd debeat non maledicere, non conuitiari, non pugnare, nõ ſeipſum ulciſci, non malum pro malo reddere. Quòd debeat non iraſci, quòd debeat quicquid accidat cum animi lenitate tolerare, & eum qui iniuſtè agit, opportunè arguere, nõ affectu propriæ uindictæ, ſed deſiderio emendandi fratris iuxta mandatũ Domini.

Πεπεδημένη id eſt ligata.

ἐν βρώμασιν εὔταξις.

Συμπαθὲς.

Quòd

A Quòd nihil liceat cõtra abſentem fratrem animo obtrectãdi dicere, quod eſt detra
ctionis uitium,etiam ſi uerum ſit quod dicitur. Quòd non liceat nec ferre eos qui ri
ſum mouent. Quod debeat eum qui fratri obloquitur, auerſari. Quòd non liceat
loqui faceta, nec otioſum quid,quod neque utile ſit audientibus, neque ad neceſſa/
rium & à Deo conceſſum uſum faciat.Quòd & qui operantur pro uiribus ſtudere
debeant, ut cum ſilentio operentur:ita ut & ea quæ bona ſunt,ij tantum ad illos lo-
quantur,quibus loquendi munus eſt concreditum:ut cum iudicio ſermonem ad æ/
dificationem fidei diſpenſent, ne contriſtetur ſpiritus Dei ſanctus. Quòd non lice/
at cuiquam eorum qui ad fratres ueniunt,uel accedere ad aliquem fratrem, uel quic
quam illi loqui,antequam,quibus ordinis cura in omnibus demandata eſt,dijudi/
cent quid deo placeat ad communem utilitatem. Quòd nõ liceat addictum eſſe ui/
no, neque carnis eſſe appetentiorem, nec prorſus alicuius cibi aut potus uoluptate
detineri.Qui enim certat,ab omnibus abſtinet. Quòd nihil eorum quæ dantur ad
uſum,tanquam proprium habere aut recondere liceat.Quòd in cura commiſſa o/
mnium debeat,tanquam dominorum,habere rationem, & ne abiectos quidem, ſi
id uſuueniat, aſpernari. Quòd nemini liceat ſui iuris eſſe, ſed quiſque debeat ita o/
mnia & ſentire,& facere, tanquam qui ſciat ſe fratribus à Deo eſſe traditum, unuſ/
quiſque in ſuo ordine. Quòd non liceat murmurare, neq; penuria neceſſariorum,
neq; in labore ac defatigatione operum, quorum quodq; ad iudicium eorum per/
tinet,quibus horum cura demandata eſt. Quòd uitandus ſit clamor,& cauendum
quicquid uel ſchemate aliquo,uel motu excãdeſcentiæ notam exprimit, aut animũ
indicat,qui non certò ſtatuat Deum eſſe præſentem.Quòd oporteat moderari uo
B cem: quòd non liceat aſperius aut contemptius cuiquam reſpondere, ſed in omni/
bus & erga quoſuis manſuetudinem ac reuerentiam oſtendere. Quòd nõ liceat o/
culo doloſè innuere, aut alio quopiã alicuius membri geſtu uti, quo frater iritetur,
aut contemptus nota exprimatur. Quòd non liceat ornatum quærere in ueſtibus
uel calciamentis,quod molliciem reſipit. Vtendum eſt uilibus, quæ ad corporis u/ ὃ περπερεύ εσιν.
ſum neceſſaria ſunt,nec quicquam ad luxum inſumendum, quod habet abuſus no
tam.Honorem non eſſe quęrendum,nec priores affectandas. Debere unumquen
que quoſuis ſibi ipſi præponere.Non licere inobedientem eſſe. Non licere panem
otioſè manducare eum,qui operari poteſt:ſed & eum qui in ijs quę ad gloriam dei
geruntur,occupatus eſt,ſeipſum ad hoc cogere,ut aliquid pro uirium portione ope
rari ſtudeat.Quòd debeat quiſque iuxta æſtimationem præpoſitorum cum ratio/
ne & plerophoria uſque ad cibum & potum ad gloriam Dei ſumendum,omnia fa
cere.Non licere ex officina alia in aliam migrare,ſine iudicio eorum, quibus hæc cu
ra tradita eſt,niſi alicubi irrecuſabilis quædam neceſſitas repentinum impotentiori
fratri auxilium præſtandum expoſcat. Debere unumquenque manere in quo uo/
catus eſt, nec tranſcendere propriam menſuram,aut contradicere ijs quæ præcipi/
untur,niſi quibus pręcipiendi cura cõmiſſa eſt,probauerint quid & quomodo deo
placeat.Nihil contra quenquam per contentionem aut litem eſſe faciendum.Non
eſſe inuidendum alicuius gloriæ,nec gaudendum de cuiuſpiam detrimẽto. Per cha
ritatem Chriſti mœrendum & lugendũ eſſe,ſi qua in re frater deficiat,gaudendum
uerò ſi quid rectè gerat. Non eſſe negligendos peccatores, aut tacẽdum ad eorum
peccata. Quòd oporteat corrigentem in timore Dei & omnis commiſerationis af/

fectu & animo emendandi corrigere delinquentē. Quòd debeat qui corrigitur aut C
reprehenditur prompto animo ſuſcipere correctionem, ſciens quid utilitatis ſibi ac cedat, ſi emēdetur. Quòd nō liceat cuiquam, ſi quis incuſatur, incuſatori uel coram illo uel alijs cōtradicere. Si uerò cuipiam irrationalis uideatur aliquando incuſatio, ſeorſum admoneat incuſantem, & uel illi perſuadeat, uel ſibi perſuaderi reddita ratione ſinat: Debere quēuis officioſe ſibi conciliare eum, quoad licet, qui aliquid aduerſum ſe habet. Non eſſe retinendam iniuriæ memoriam aduerſus eum qui peccauit, & reſipiſcit, ſed cōdonandum illi eſſe ex corde. Quòd debeat qui ſe peccati pœnitere dicit, non ſolum compungi de eo quod deliquit, ſed & fructus facere reſipiſcentia dignos. Quoniam qui propter priora peccata caſtigatus, & remiſſionem aſſequutus eſt, ſi denuò peccauerit, grauius ſibi ipſi, quàm prius erat, iræ iudicium accerſit. Quòd qui poſt unam & alterā admonitionem in delicto ſuo perſeuerat, præpoſito indicari debeat, an forſan à pluribus correptus pudore ſuffundatur. Quódque ſi neq; hoc pacto offendiculum ſuum emendauerit, amputandus ſit à reliquo corpore, & tanquam ethnicus ac publicanus æſtimandus, ad cautionem aliorum, qui in obedientiæ ſtudio exercentur, iuxta quod ſcriptum eſt: Cadentibus impijs iuſti meticuloſi erūt: & quòd ſuper eo lugendū ſit, ueluti membro ex corpore prolapſo. Non eſſe permittendū ut ſol ſupra exacerbationē fratris occidat, ne quo pacto nox inſequens utroſque dirimat, relinquaturq; in iudicij diem culpa irrefragabilis. Non eſſe differendam emendationē ad certum aliquod tempus, quoniā nihil certi habetur de craſtino, & multi multis de futuro cōſilij captatis craſtinum non ſunt aſſequuti. Cauendam eſſe deceptionem ſaturati uentris, per quem naſcuntur phantaſiæ nocturnæ. Operandi ſtudium non eſſe diſtrahendum in immenſum, nec ex- D
cedendos frugalitatis fines ſecundum Apoſtolum, qui dicit: Habentes quibus alamur ac contegamur, contenti ſimus. Abundantia nanque quæ neceſſitatem excedit, ſufficientes auaritiæ notas habet. Auaritia uerò crimē habet & iudicium idololatriæ. Nō eſſe amandam pecuniā, nec theſaurizandū, ubi nec utile eſt, nec neceſſe. Quòd oporteat qui ad deum accedit, paupertatē amplecti, & in omnibus timore dei confixū eſſe, iuxta eū qui dixit: Cōfige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui. Det autem Dominus ut cum omni certitudine, quæ dicta ſunt ad gloriā ipſius, complexi, dignos fructus per ſpiritum oſtendamus cum beneuolētia dei & cooperatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

EIVSDEM DISPOSITIO EXERCENDAE RELIGIONIS, [redacted]

QVoniam Dominus noſter Ieſus Chriſtus præcepit, dicens: Quæ dico uobis, dicite in luce, & quod in aurem audiuiſtis, prædicate ſuper tecta. Et quoniam Apoſtolus terribile oſtendit eſſe ſilentij iudicium, cum ad ſeniores Epheſiorum dicit: Conteſtor uos hodierno die, quòd mūdus ſum à ſanguine omnium. Non enim ſubterfugi, quo minus annuntiārim uobis omnem ueritatem & conſilium dei, & idem nobis quoq; denuntiat, cum ſcribit: Hæc admone, conteſtans coram deo: nobis autem impoſſibile eſt ut uos omnes coràm de mandatis Domini cōteſtemur, neceſſariū duxi ut ad omnium ueſtrum in Chriſto dilectionem ſcribam, & meipſum ab eo iudicio liberem, & uos in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti de ijs quæ uos concernunt certos reddam, ne per ignoran-

tiam im-

A tiam impingatis in ſtimulum mortis, peccatum uidelicet, aut præceptum aliquod Domini tranſgrediamini, de quo ſcriptum eſt: Et præceptum eius uita æterna eſt, & excidatis è uita, dicente Domino: Qui incredulus eſt filio, non uidebit uitam, ſed ira Dei manet ſupra ipſum, neq; nos ſanguinis eorum, qui per peccatum moriun/tur, per ſilentium rei deprehendamur. Proinde primum in medium adferam iudi/cium Dei cauſamq; & periculum tantæ eccleſiarum & cuiuſq; aduerſus alterum di ſcordiæ ac diſſenſionis. Deinde demōſtrationes ex diuina ſcriptura, de eo quòd de quauis mandati Domini tranſgreſſione grauis & terribilis ultio ſumetur, ita ut eti/am ſi quis quàm plurima uideatur rectè facta exequutus, ſi pauca uel etiam unum aliquod quodcunque mandatum neglexerit, aut etiam peccante alio negligenter tacuerit, nec zelum bonum iuxta iudicium Dei demonſtrauerit, propter hoc ſo/lum pœnas ſit daturus. Et ſi id accidat ex ignorantia, ne ſic quidem impunè ſit fu/turum. Poſt iſta complectetur hoc ſcriptum piam Dei, & patris, & unigeniti fi/lij ipſius, ac Dei, & ſpiritus ſancti confeſſionem. Illi ſubiungetur, quomodo fugi/endi ſint, qui nobis ſcientiam ſcripturæ ſanctæ interuertunt, & quibus potiſſimum ſtudium ac diligentiam impendere debeamus, æternam uitam & regnum cœlo/rum deſiderantes. Præterea ſeparatim adducentur, quæ quemuis gradum aut or/dinem peculiariter cōcernunt. Ad hæc conabitur nobis futurus ſermo, ueluti Chri ſtiani hominis characterem ſummariā & breuem definitionis formulam continen tem proponere, deinde rurſus conſimilem characterem eorum, qui uerbo doctri/næ præſunt, ubi religioſæ conuerſationis perfectio, & exacta repurgatio declarabi/tur, & eorum dignitas, ut ita dicam, qui in illa rectè ſe gerunt, cōſpicua fiet. Iſtis con/
B ſequenter ſubiungentur quæ ad inquiſitionem uitæ ſecundū Deum inſtitutæ, à fra tribus interrogatus reſpōdi, quorum omnium exemplaria ad ueſtram in Chriſto dilectionem tranſmiſi, ut impleatur in uobis, uel per nos quod ab Apoſtolo dictū eſt: Hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei ſint & alios docere.

EIVSDEM PROOEMIVM DE IVDICIO DEI

Bonitate & benignitate optimi dei per gratiā Domini noſtri Ieſu Chri ſti, ſecundum operationem ſpiritus ſancti ab errore gentilium traditi/onum ereptus, & iam olim ab initio à Chriſtianis parentibus educa/tus, ab ipſis quidem à puero ſacras literas didici, quæ me ad ueritatis cognitionē induxerūt, cum uerò in uirū euaſiſſem, & peregrinationibus ſępenume rò uſus, in multas†tres, ut par erat, incidiſſem, in alijs quidē artibus & ſcientijs multū cōcordię inter eos deprehēdi, qui ſingulas artes exactè exercēt, in ſola uerò eccleſia dei, pro qua Chriſtus eſt mortuus, & in quam ſpiritū ſanctum abundè & opulētè effudit, maximum diſſidium & uehementem multorum cum inter ipſos, tum con/tra diuinam ſcripturam diſſenſionem obſeruaui, & quod horrēdiſſimum eſt, ipſos eccleſiæ præſides in tanto & animi & opinionum inter ſe diſſidio conſtitutos, tan/táque contrarietate mandatis Domini noſtri Ieſu Chriſti repugnantes, eccleſiam Dei crudeliter diſſipare, & gregem ipſius abſque ulla commiſeratione perturbare, ut & in ipſis nunc, ſi unquam, prodeuntibus & florentibus iniquis impleatur illud

†uliâs moléſtias.

Apoſtoli:Ex uobis ipſis exurgent uiri loquentes peruerſa, ut abſtrahant poſt ſe di- C
ſcipulos. Cum iſta & conſimilia cernerem, & hærerem quænam & unde eſſet tanti
mali cauſa, primum quidem uelut in denſis quibuſdam tenebris agebam, & quaſi
in libra conſtitutus,nunc hac,nunc illac uergebam aliò me ad ſeipſum propter pro
lixam hominum conſuetudinem trahente, aliò uerò repellente propter ueritatem
in diuinis ſcripturis agnitam. Vbi autem hoc aliquandiu ac ſæpius accidiſſet, cau-
ſam mali huius, ut dixi, inueſtiganti in mentem uenit eius libri, qui Iudicum hiſto-
rias narrat, ubi ſcriptum eſt, quòd quiſque tunc fecerit, quod in oculis ipſius uide-
retur rectum,ſimulque cauſa huius declarata eſt,in eo quòd præmiſſum eſt,quòd
Vnde ſint tantæ in eccleſia diſſidia. in diebus illis non fuerit rex in Iſraël. Horum itaque recordatus, cogitabam & de
præſentibus diſſidijs illud, quod dictu quidem terribile, forſan & paradoxum, ſi
conſideretur uerò & expendatur,ueriſſimum eſt, ne forſan & nunc propter unius,
magni,ueri, ac ſolius omnium regis contemptum tanta ſit diſſenſio,& pugna eorũ
qui ſunt in eccleſia Chriſti, dum quiſque & à doctrina Domini noſtri Ieſu Chriſti
deſciſcit,& cogitationes ac definitiones proprias ſua ipſius autoritate ſibi uendicat,
& contra Dominum imperare,quàm Domino ſubeſſe,& ab illo regi mauult. Hoc
cum apud me reputarem,& ad enormem hanc impietatem ſtuperẽ, & adhuc am-
plius inueſtigarem, nihilo ſecius & ex rebus huius uitæ perſuadebar uerã eſſe præ-
dictam cauſam. Videbam enim omnem multitudinis bene compoſitum ſtatum,
& conſenſum tantiſper obtinere & cõſiſtere, donec erga unum aliquem principem
omnium ſeruatur obedientia, & uiciſſim omnis generis diſſenſionem ac ſeditionẽ,
ἀναρχία quãtum det mali. adhuc & polyarchiam ex eo naſci, ſi nullo exiſtente principe, quiduis agendi obti-
neat licentia. Vidi aliquando & apum examen ex lege naturæ bellum gerere, & ex D
ordine proprium regem conſectari. Et talia quidem multa uidi ipſe, multa uerò &
audiui, & plura norunt, qui circa iſta occupantur, ut & hinc uerum eſſe comprobe
tur quod dixi. Etenim proprium & peculiare eorum eſt,qui ad unius nutum reſpi-
ciunt,& uno rege utuntur,ut bene ſint inter ſe & concorditer diſpoſiti, igitur omnis
diſſenſio & diſcordia indicium habet eius contumaciæ qua unius principatus re-
ſpuitur. Iuxta eandem rationem & diſſenſio iſta, quæ cum inter patris, & Domi-
ni noſtri mandata,tum & inter nos reperitur,culpam habet uel diſceſſus à uero re-
ge, iuxta illud: Tantum qui tenet, in præſentia teneat, donec è medio tollatur, uel
abnegationis ipſius, iuxta illud: Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus, cuius
ueluti indicium quoddam aut argumentum ſubiungitur: Corrupti ſunt,& abomi-
nabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis. Igitur hactenus quidem uelut characterem talis
impietatis, occultè in anima latentis, emergentem, uidelicet illius malitiam, ſermo
noſter demonſtrauit. Ipſe uerò beatus Apoſtolus Paulus uehementius eos, qui
ſenſum cordis nondum amiſerunt ad metum iudiciorum Dei conuertens hoc ſup-
plicij loco determinat, quo condemnantur qui ueram Dei cognitionem neglexe-
runt. Quid enim dicit? Et ſicut non probauerunt ut Deum agnoſcerent, tradidit
eos Deus in reprobam mentem, ut facerent quæ non conueniebat, repleti omni
iniuſtitia, uerſutia, auaritia, malitia, pleni inuidentia, & quæ ſequuntur. Et hoc iu-
dicium, opinor, Apoſtolus non ex ſeipſo excogitauit. Habuit enim Chriſtum in
ſe loquentem, ſed illo Domini ſermone inductus eſt,quo dixit:Propterea in para-
bolis ſe loqui turbis, ne intelligerent diuina Euangelij miniſteria, eo quòd ipſi pri-
mi oculos

A mi oculos ſuos clauſiſſent, & auribus grauiter audiuiſſent, & inſipiens cor ipſorum incraſſatum eſſet, ut ſupplicij loco & circa maiora cæcitatem paterentur, qui ſponte ſua primum oculos animæ excæcantes obſcurauerant, quod & Dauid metuens dixit: Illumina oculos meos, ne aliquando obdormiam in mortem. Ex iſtis itaque & conſimilibus manifeſtum eſſe duxi, quòd generaliter affectionum quidem malitia propter ignorantiam Dei, uel propter reprobam de illo opinionem oritur, peculiariter uerò diſſenſio multorum contra multos ex eo contingit, quòd indignos nos ipſos gubernatione ac moderamine Domini conſtituimus. Ad uitæ uerò huiuſmodi conſiderationem, etiam ſi aliquando animum applicare uoluiſſem, ne metiri quidem poteram magnitudinem talis ſtupiditatis, aut ſtultitiæ, aut uecordiæ, aut propter excellentiam malitiæ, uel certè nō habeo, quo exactè illam exprimam. Si enim in brutis ita comparatum reperimus, ut mutuam inter ſe concordiam propter obedientiam erga unum ducem ac principem cuſtodiāt, quid nos dicemus in tanta non ſolum inter nos ipſos diſſenſione, ſed & contra mandata Domini repugnantia deprehenſi. Aut non reputabimus hæc omnia, nunc quidem ad noſtram doctrinam & conuerſionem ab optimo Deo propoſita eſſe: in magno uerò illo & terribili iudicij die in confuſionem & condemnationem eorum, qui diſciplinam reſpuerunt ab ipſo producenda eſſe, qui & nunc, & ſemper dicit: Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui: Iſraël uerò non cognouit, & populus meus nō intellexit. Et multa alia ſimilia. Illud uerò quod ab Apoſtolo dictum eſt, Siue patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra: ſiue glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra. Et illud: Ne ſint ſchiſmata in corpore, ſed eadem cura inter ſe, aliud pro alio prædita ſint membra, ab una uidelicet
B inhabitante anima mota & directa. Ob quam cauſam ita ſunt diſpoſita? Ob eam arbitror, ut talis ordo & pacatus, beneq́ue diſpoſitus ſtatus multo amplius ſeruetur in eccleſia Dei, ad quam dictum eſt: Vos autē eſtis corpus Chriſti, & membra ex parte, principatum uidelicet obtinente, & unumquenque alij ad concordiam coadunante, unico illo & ſolo uero capite, quod eſt Chriſtus. Apud quos uerò nō obtinetur, cōſenſus, nec uinculum pacis ſeruatur, nec ſpiritus manſuetudo cuſtoditur, ſed diſſidium, contentio, & æmulatio inuenitur, multæ quidem audaciæ fuerit tales uocare membra Chriſti, aut dicere, quòd ab ipſo regantur, ſtultę uerò mentis non liberè dicere: quòd apud eos imperium habeat ſenſus carnis ſecūdum ſententiam Apoſtoli definitè dicentis: Cui exhibetis uos ipſos ſeruos ad obediendū, ſerui eſtis eius cui obeditis: & alibi clarè huiuſmodi ſenſus proprietates exponentis, ut cum dicit, Cum enim ſit in uobis zelus & contentio, nōne carnales eſtis? ad hæc per pronunciationē alio in loco docētis, quàm taliū exitus ſit moleſtus & acerbus, & quàm nihil communionis habeant cum pietate, ubi dicit: Quoniam affectus carnis inimicitia eſt aduerſus Deum. Legi enim Dei non ſubditur, neque enim poteſt, propterea quòd nemo poteſt, ut Dominus ait, duobus dominis ſeruire: deinde cum ipſe unigenitus filius Dei, Dominus, ac Deus noſter Ieſus Chriſtus, per quem omnia facta ſunt, clamet ac dicat: Quia deſcendi de cœlo, nō ut faciā uoluntatem meā, ſed uoluntatē eius qui miſit me patris. Et: A me ipſo nō facio quicq̃. Et: Mandatū accepi, quid dicā. Et cū ipſe ſpiritus ſāctus, qui ampla illa & ſtupēda chariſmata diuidit, &

operatur omnia in omnibus, nihil loquatur ex ſeipſo, ſed quæcunque audierit à Do C
mino, hæc & loquatur: quomodo non multo magis neceſſe eſt, ut uniuerſa eccleſia dei ſatagens ſeruare unitatem ſpiritus in uinculo pacis, adimpleat illud quod in Actis dictum eſt: Multitudinis autem eorum qui crediderant, erat cor unum, & anima una, nemine uidelicet propriam uoluntatem ſtatuente, ſed omnibus communiter in uno ſancto ſpiritu unius Domini Ieſu Chriſti uoluntatē quærentibus, qui dixit: Deſcendi de cœlo, nō ut faciam uoluntatem meā, ſed uoluntatem eius qui miſit me patris, ad quem dicit: Non pro eis autem tantū rogo, ſed & pro illis, qui per uerbum ipſorum credituri ſunt in me, ut omnes unum ſint. In iſtis & pluribus quæ cōmemorata nō ſunt, clarè & irrefragabiliter perſuaſus apud omnē ubique eccleſiā dei ſecundum uoluntatem Chriſti in ſpiritu ſancto neceſſariam eſſe concordiam, periculoſam uerò & pernicioſam erga deū in mutuo diſſidio inobediētiam. Qui enim incredulus eſt filio, inquit, non uidebit uitā, ſed ira dei manet ſuper ipſum, illud deinceps conſequenter inueſtigandum eſſe duxi, quando quis peccatorū apud deum poſſit habere remiſſionem, & quorum peccatorum gratia iudicio incredulitatis obnoxius fiat. Inuenio igitur diuinas ſcripturas cum ueteris tum noui inſtrumenti tepetens, neque in multitudine, neque in magnitudine eorum quæ delinquuntur, ſed in ſola cuiuſcunque mandati tranſgreſſione conſpicuè cenſeri, & iudicari incredulitatem erga deum, & commune eſſe contra quamcunque inobedientiam dei iudicium In ueteri quidem terribilem illum exitum Achar legens, aut hiſtoriam eius qui in ſabbatho ligna collegerat, quorum uterque nihil unquam neque aduerſus deum peccáſſe, neque aduerſus hominem iniuſtè omninò, ſiue magnum, ſiue modicū egiſſe deprehēditur, ſed propter ſolam & primam lignorū collectionem irrecuſabilem iſte dat D
pœnam, neque ullum pœnitentiæ locum inueniens (Nam ex mandato dei ab uniuerſo populo confeſtim lapidatur) ille uerò ob id tantum, quòd aliquid de anathemate ſubtraxerat, cum tamen nondum quæ anathemati ſubiecta fuerant, in ſynagogam eſſent allata, neque ab illis ſuſcepta, quibus talia commendabantur, reus fit perditionis, non ipſe ſolum, ſed & uxor, & liberi: & præterea ipſum quoque tabernaculum, & quæcunque illius erant. Et iam ipſum quoque populum ignis in morem depaſturum erat peccati malum, idque cum ille & ignoraret quod factum fuerat, & non eſſet aſſenſus ei qui peccauerat, niſi ex caſu uirorū qui ceciderant ante Hai, conttitus fuiſſet populus, ſentiēs irā dei, cecidiſſetque Ieſus Naue cum ſenioribus inſperſo ſuper ſe puluere, atque ita per ſortem deprehenſus reus dictam pœnā dediſſet. At dicet fortè quiſquā ſuſpicionem eſſe poſſe, iſtos uериſimiliter & aliorū peccatorū gratia reos fuiſſe, propter quæ in iſtis quoque ſint condēnati, ſed horum duntaxat tanquā grauiorū morte dignorū mētionem facere ſacrā ſcripturā. Verū etiam ſi ad modū audax ſit, qui ad hunc modū auſit aliquid addere uel demere ſcripturæ, an & Mariam ſororem Moſis de peccatorū multitudine incuſabit, cuius uirtutē nemini opinor fideliū incognitam eſſe. Illa quoniā aduerſus Moſen aliquid reprehendēdi tātum gratia, idque uerè dixerat: uxorem enim aiebat, ſibi ſumpſit Æthiopiſſam hanc, tantam indignationem dei experta eſt, ut ne Moſe quidem ipſo intercedente ac ſupplicante peccati ſupplicium illi condonaretur. Ipſum quoque cum conſidero famulum Dei, magnum illum, tanto ac tali honore à Deo affectum, atque tam ſæpe teſtimo-

A pe teſtimonio Dei potitũ,ut audierit: Te cognoui ex omnibus. Et: Inueniſti gratiã corã me. Hunc,inquam,cum conſidero apud aquam contradictionis,nullius alterius commiſſi gratia,quam quòd populo tantum propter aquę penuriam murmurãti dixerat,Num ex hac petra producemus uobis aquas? huius ſolius gratia confeſtim minas accepiſſe,quòd non eſſet ingreſſurus terram promiſſionis,quæ tamẽ caput quoddam erat eorũ quæ tunc Iudæis fuerant promiſſa. Quando uideo hunc obſecrantem, & tamen non impetrantem. Quando uideo nullam prorſus ueniam propter tot rectè facta in modico illo uerbo conſequutũ, uideo reuera ſeueritatem Dei,ſecundum Apoſtolum,& certò perſuadeor uerum eſſe illud:Si iuſtus uix ſeruatur,impius & peccator ubi apparebunt? Et quid iſta commemoro? Quando audio terribilem illam ſententiam, quæ contra eum qui unum mandatũ per ignorantiam quoque tranſgreſſus fuerit, pronuntiatur, non inuenio quomodo dignè ſatis ad iræ huius magnitudinem expaueſcam. Scriptum enim eſt:Et anima ſi peccauerit, & fecerit aliquid contra mandata Domini, quod non licet fieri, & non cognouerit, & deliquerit,& acceperit peccatum, feret arietem immaculatũ ex ouibus pretio & æſtimatione argenti,pro delicto ad ſacerdotẽ, & precabitur pro eo ſacerdos, pro ignorãtia ipſius,qua ignorans fuit,nec intellexit, & remittetur ei. Peccãdo nanque peccauit coram Domino. Si uerò eorum gratia quæ per ignorantiam committuntur,tam ineuitabile ſtatuitur iudicium,& hoſtia pro mundatione neceſſaria, cui & iuſtus Iob atteſtatur,offerens pro liberis, quid de illis dicendum eſt quæ ſcienter peccantur, aut de illis qui ad iſta tacent? Et ne uideamur ex cõiecturis tantum uериſimilibus indignationem Dei contra iſtos colligere,ex ipſa iterũ ſcriptura quædam

B cõmemorare neceſſariũ eſt,quæ quod ad præſentem cauſam attinet,uel per unam hiſtoriam abundè poteſt horum exprimere iudicium. Et erant,inquit,filij Heli,filij peſtilentes. Hos autem,cum tales eſſent, quoniam pater non grauius corripuit, tantam irã lenitati Dei mouit,ut inſurgentibus Philiſtinis contra Iſraëlem,filij quidem iſti bello interierint uno die,uictiiſque ſit uniuerſus populus, & ex illo ceciderint multi,acciderintq́; circa arcam teſtamenti dei ſancti,quæ nec audita fuerant antea,ita ut quam nec ab Iſraëlitis,nec ab ipſis ſacerdotibus omnibus, neque ullo modo contingi fas erat,& locus uulgaris ac prophanus acceperit,& manus hominum impiorum de loco in locum circũtulerint, & loco ſanctorum in eidolorum templa collocauerint. In quibus quantum contigerit riſus & ſubſannationis à Philiſtinis cõtra nomen Dei effundi,facilè cõijci licet. Et pręter iſta ipſe quoq; Eli miſerabili fine mortuus eſſe ſcribitur,acceptis minis,ꝙ & ſemẽ ipſius ſacerdotali dignitate priuandum eſſet, quod & factũ eſt. Tanta mala contigerũt populo,talia paſſus eſt pater propter filiorum iniquitatẽ, qui tamẽ ſuæ ipſius uitæ gratia nulla in re culpatus eſt unquam,& ipſis quoq; filijs non ſuſtinuit eſſe mutus, ſed plurimum illos dehortatus eſt,ne in eiuſmodi delictis perſeuerarent. Non ita filij,dicebat,nõ ita. Non ſunt bona quæ de uobis audio,& peccati quoq; magnitudinem acrius aſtruens,terribile illis periculum expoſuit, dicens: Si nanque peccauerit homo peccatum aduerſus hominem,precabuntur pro eo ad Dominum. Si uerò aduerſus Deum,quis precabitur pro eo? Attamen quoniã,ut dixi,nõ eſt cõpetenti zelo aduerſum illos uſus, facta ſunt iſta quę diximus. Talia quidẽ multa ſunt,quę in ueteri inſtrumẽto inuenio lata contra omnem inobedientiã iudicia,ubi uerò ad nouum inſtrumentũ tranſeo,

in quo

in quo Dominus noſter Ieſus Chriſtus non ſuſtulit ſupplicia, ne eorum quidem quæ per ignorantiā delinquuntur, uehementius uerò minas intendit cōtra ea quæ ſcienter fiunt, cum dicit: Seruus autem ille, qui nouit uoluntatem Domini ſui, & nō parauit ſeipſum, nec fecit iuxta uoluntatem ipſius, plurimū uapulabit: qui uerò nō cognouit, fecit autē digna plagis, modicū uapulabit. Cum inuenio tales ipſius unigeniti filij dei ſententias, & ſanctorum apoſtolorū contra peccantes indignationē, tales & tantas pœnas eorū, qui uel unū aliquod quodcunq; peccatum cōmiſerunt, non mitiores quàm de quibus ex ueteri inſtrumento dictū eſt, imò & maiores, cognoſco ex iſtis iudicij diuini uehementiā. Quoniam & cui multum concrediderunt, multum etiam ab illo repetent. Vide igitur & beatus Paulus, ubi & uocationis noſtrę dignitatem, & indignationem dei contra quoduis peccatum oſtendit, qualia dicat: Nam arma, inquit, militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed potentia deo ad deſtructionem munitionum, conſilia demolientes, & omnem altitudinem, quę extollitur contra ſcientiam dei, & captiuū ducentes omnem intellectum ad obedientiā Chriſti: nō hoc ſolum, uerumetiam in promptu habentes ulciſci omnem inobedientiā, ubi ſi quis ſingula diligentius examinet, exactius cognoſcere poterit diuinæ ſcripturæ mentem, quàm non permiſerit alicuius animum falſis opinionibus ad peccati lapſum ſeduci, ut putet aliqua quidem peccata uindictæ eſſe obnoxia, aliqua uerò fore impunita. Sed quid dicit? Conſilia, inquit, demoliētes, & omnem ſublimitatem, quæ extollitur aduerſus ſcientiā dei. Omne peccatū, propter contemptū diuini præcepti, ſublimitatem contra ſcientiam dei uocat, quod & in libro Numerorū luculentius manifeſtatur. Poſtquàm enim peccata quæ non ſunt uoluntaria cōnumerauit deus, & ſacrificia illis deputauit, de uoluntarijs iam legem laturus populo, quæ & illis congruerent, ita orditur: Et anima quæ aliquid commiſerit manu ſuperbiæ (manum ſuperbiæ uocat audaciam eorum qui ſpōte peccant, quam Apoſtolus altitudinem contra ſcientiam dei nominat) Anima, inquit, quæ aliquid cōmiſerit manu ſuperbiæ ſuæ, ſiue ex indigenis ſit, ſiue ex proſelytis, deum iritat. Et anima illa exterminabitur de medio populi ſui, quoniam uerbum Domini uilipendit, & mandata ipſius diſſipauit. Exterminando exterminabitur anima illa. Peccatum ipſius ſuper ipſam. Obſeruandum hic illud eſt, quòd ſi anima illa non exterminetur exterminatione, peccatum ipſius nō ipſa duntaxat, ſed & in illis erit, qui iuſtum zelum non oſtendunt, ſicut multis in locis ſcriptum eſt, & ſępenumero contigit. Et ut ex minoribus metum diſcamus erga maiora, cognoſcamus indignationem dei cōtra eos, qui uel ſacerdoti, uel iudici nō obediunt, quā oſtēdit in Deuteronomio. Dicit igitur: Et homo qui per manū ſuperbiæ quid cōmiſerit, ut nō obediat ſacerdoti, qui ſtat ad miniſtrandum in nomine Domini dei tui, aut iudici, quicūq; futurus eſt in diebus illis, & morietur homo ille, & tolles eum qui malus eſt ex Iſraële, & omnis populus audiens timebit, & nō agent amplius impiè. Ad hæc ſi quis cōpetenter moueatur, quanto horrore debeat cōſternari, intelligi facile conſentaneum eſt. Deinde inquit: Et captiuū ducentes omnem intellectū in obediētiam Chriſti. Omnē, inquit, intellectum, non hunc, nō illum. Et in promptu habentes ulciſci. Et hic iterum, nō hanc aut illam, ſed omnem inobedientiam. Seduxit itaq; nos peſſima conſuetudo. Magnorum igitur malorū cauſa nobis facta eſt peruerſa hominum traditio, quę nonnulla quidē quaſi peccata reſpuit & recuſat, quędā uerò pro indifferentibus habet,

& aduerſus

A & aduerſus aliqua uehementem indignationem ſimulat, utpote contra cædem & adulterium, & quæ huiuſmodi ſunt, alia uerò nec nuda ſaltem increpatione dignā iudicat, nempe iram, conuitium, ebrietatem, auaritiam, & quæcunque ſimilia ſunt: contra quæ omnia & alibi eandem ſentētiam protulit, qui in Chriſto loquutus eſt Paulus, dicens: Qui talia faciunt, digni ſunt morte. Vbi uerò omnis altitudo quæ extollitur contra ſcientiam Dei, deijcitur, & omnis intellectus ad obedientiā Chriſti captiuatur, & omnis inobedientia ex æquo uindicatur, ibi certe nihil non deijcitur, nihil inultum dimittitur, nihil extra Chriſti obedientiam relinquitur. Communem nanque & maximam impietatem contra omnem inobedientiam oſtendit Apoſtolus Paulus, illud dicens: Qui in lege gloriaris, per tranſgreſſionem legis Deū dehoneſtas. An iſta uerba tantum ſunt, & non res ueræ? Vide igitur in Corintho, qui uxorem patris habuerat, nec aliqua alia in re culpatus fuerat, niſi una hac tantum, non ſolum ipſe traditur ſatanę, ad interitum carnis, donec competentibus pœnitentiæ fructibus delictum emendaret, ſed totam ſimul eccleſiam, quoniam peccatum illud non caſtigauerat incuſationibus illis inuoluit. Quid uultis? inquit. An in uirga ueniam ad uos? Et paulò pòſt: Et uos inflati eſtis, nec magis luxiſtis, ut tolleretur de medio ueſtri, qui hoc facinus patrauit. Quid uerò Ananias ille, de quo legere eſt in actis? Quod nam aliud malum feciſſe reperitur, quàm unū illud: Quomodo igitur tanta ira dignus uidetur? Cum agrum ſuum uendidiſſet, attulit pecunias, & poſuit ad pedes Apoſtolorum, defraudata aliqua pretij portione. Huius commiſſi gratia eadem hora ſimul cum uxore morte cōdemnatur, nec aliquem ſermonem de peccati pœnitentia conſequutus, nec tantum ſpatij adeptus, ut uel com-

B pungeretur, & reſipiſcendi propoſitū acciperet. Talis uerò ac tanti iudicij miniſter, tantę irę Dei erga eum qui peccauerat ſeruus, beatus Petrus omnibus alijs diſcipulis prælatus, ſolus plus alijs commēdatus & beatus prædicatus, cui regni cœlorum claues erant concreditæ, ubi audit à Domino: Niſi lauero te, non habebis partem mecum, quod nam etiam quàm maximè lapideum pectus nō permoueretur ad timorem ac tremorem iudiciorum Dei? Idq; cum nullius prorſus peccati nullius planè contemptus ſignificationem dediſſet, ſed magis honore erga Dominum excellenti uſus eſſet, & reuerentiam ſeruo & diſcipulo cōgruam oſtendiſſet. Cum enim uideret ſuum & omnium Deum, Dominum, regem, herum, præceptorem, ſeruatorem, & ſimul omnia in forma ſerui linteo cinctum, pedes ſuos uelle lauare, ſtatim tanquam ad propriæ uilitatis ſenſum, & dignitatē accedentis ad ſe Chriſti conſternatus exclamabat: Domine, tu mihi lauas pedes? Et iterum: Non mihi lauabis pedes in æternū. Ad hoc uerbū tam acrem accipit cōminationem, ut niſi cognita uerborum Domini ueritate contradictionem ſuam obedientia emendâſſet, nihil eorū quę præceſſerāt, nihil propriarum uirtutum, nihil felicitatum, nihil donorū & promiſſorum, quæ à Chriſto acceperat, nihil ipſa quoq; Dei & patris talis ac tantæ in filium unigenitum beneuolentię reuelatio præſentem potuiſſent ſolari incredulitatem & inobedientiā. At ſi uelim recenſere quæ cum in ueteri tum nouo inſtrumētō inuenio, differentē me forſan tēpus ipſum deſtituet. Iā uerò ſi ad ipſas Domini noſtri Ieſu Chriſti in Euangelio ſentētias tranſiero, ad uerba eius, qui iudicaturus eſt uiuos & mortuos, quę quauis hiſtoria, & quauis alia probatione apud fideles fidē ſunt digniora, multā quidē in illis credulitatis, ut ita dicam, erga deū neceſſitatē inuenio,

uenio,

ἰνταῦθα ἀνάγκη. uenio, nullam uerò prorſus in aliqua re impœnitentibus relictam uideo increduli-tatis ueniam. An aliud quiſquam auſit uel cogitare contra tam apertas, luculentas, & inſolubiles ſententias. Cœlum enim, inquit, & terra tranſibunt, uerba uerò mea non tranſibunt. Non eſt hic differentia, non habet hic diuiſio locũ, nihil uſpiã prorſus relictum eſt, quod deſiderari poſſit. Non dixit, iſta uel illa, ſed, uerba mea, uidelicet ſimul omnia, nõ tranſibunt. Scriptum enim eſt: Fidelis Dominus in omnibus uerbis ſuis. Siue aliquid quodcunq; prohibens, ſiue præcipiens, ſiue promittens, ſiue minitans, uel propter perpetrationem eorum quæ uetita ſunt, uel propter omiſſionem eorum quæ ſunt præcepta. Quòd enim æquè de bonorum operum omiſſione atq; de operatione malorum ultio ſumatur, ſuffecerat quidem ad demõſtrationem & certam perſuaſionem animę, ſaltem non omnimoda incredulitate laboranti prædictum in Petro iudicium; tanquam qui nihil uetiti fecerat, neque mandatum aliquod tale omiſerat, quod uel ſocordiam uel contemptum omittentis accuſaret, famulatũ uerò & honorem, quem Dominus exhibebat, ſuſcipere per religionem ueritus, tantam accepit cõminationem, quam etiam non euaſiſſet, niſi, quemadmodum prædictum eſt, celeritate & uehementi ſtudio emendationis iram Domini præueniſſet. Veruntamen quoniam optimo & miſericordi deo toleranter nobiſcum agenti placuit, ut idem nobis ſępius & multis oſtendat, ut & multitudine & aſſiduitate admonitionũ anima mota, & uelut unda perfuſa, licet ęgrè, tãdem tamẽ poſſit inueteratam iniquitatis abſtergere cõſuetudinem, illorum duntaxat mentionem facere neceſſariũ eſt, qui in magno & terribili iudicij die à ſiniſtris Domini noſtri Ieſu Chriſti ſtabunt, ad quos dicet, qui omnem iudicij poteſtatem à patre accepit, qui uenturus eſt illuminare abſcondita tenebrarum, & manifeſtare conſilia cordium: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius: & cauſam ſubijciet, non dicens, quoniam occidiſtis, aut fornicati eſtis, aut mentiti eſtis, aut alicui iniuriam intuliſtis, uel aliquid aliud eorũ quæ prohibita ſunt, uel minutiſſimum ſaltem feciſtis. Sed quid? Quoniam opera bona neglexiſtis. Eſuriui enim, inquit, & non dediſtis mihi cibum: ſitiui, & non potâſtis me: peregrinus fui, & non collegiſtis me: nudus, & non operuiſtis me: infirmus fui, & in cuſtodia, & non uiſitâſtis me. Hęc & cõſimilia per optimi dei gratiam, qui uult omnes homines ſaluos fieri, & ad cognitionem ueritatis uenire, & qui docet hominem ſcientiã, quoniam ex diuinis ſcripturis didici cognouiq; ſummè horrendam huiuſmodi multorum & inter ſe & cõtra mandata Domini noſtri Ieſu Chriſti diſſenſſionis cauſam, inſtructúsque ſum de terribili illo talis iniquitatis iudicio, ac doctus, quòd de omni diuinæ ſententię inobedientia ex æquo ſumẽda ſit ultio, adhuc & horrendum illud iudicium cognoui, quod uenturum eſt ſuper eos, qui ipſi quidem nõ peccauerunt, nihilominus tamen iræ participes erunt, propterea quòd non oſtenderunt iuſtum zelum erga eos qui peccârunt, tametſi ſæpenumero peccati illorum conſcij non fuerint, neceſſariũ duxi, licet iam ſero, propterea quòd ſemper expecto, num quis hoc eorum faciat, qui idem pietatis certamen ſuſceperunt, nec mihi ſoli confido, at forſan, non intempeſtiuè, uel nunc ſaltem ad hortandum eos, qui pietatis certamen decertant ex diuinis ſcripturis, cũ quæ deo diſplicent, tum quibus delectatur, collecta pro uiribus, & cõmunibus precibus in medium adducere, ut digni reddamur gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & doctrina ſpiritus ſancti, qui reſilientes à propriorum deſi

A rum deſideriorum conſuetudine,& humanarũ traditionum obſeruantia,iuxta Eu
angelium uero beati Dei Ieſu Chriſti Domini noſtri ambulantes, inq; præſenti
hoc tempore ad beneplacitum illius uiuentes, per exactum ſeceſſum à prohibitis
& diligentẽ curam eorum quæ præcepta ſunt,in futuro immortalitatis ſeculo,iram
ſuper filios incredulitatis uẽturam effugiamus, digniq; reperiamur æterna uita,&
regno cœleſti, quod à Domino Ieſu Chriſto promiſſum eſt omnibus, qui teſta-
mentũ ipſius cuſtodiunt,& memores ſunt mandatorum eius,ad faciẽdum ea. Me
mor uero Apoſtoli dicentis:In Chriſto Ieſu,neq; circumciſio aliquid ualet, neque
præputiũ:ſed fides, quæ per dilectionem operatur, cõſentaneum ſimul & neceſſa
rium arbitratus ſum,primum ſanam fidẽ,& piam de patre et filio et ſpiritu ſancto
ſententiam in medium adducere,& ſic demum Ethica ſubiungere.

Cognito per gratiam optimi Dei religionis ueſtræ mãdato, dilectione
erga Deum Chriſto digno, piæ fidei à nobis ſcripto mandatam con-
feſſionẽ petijſtis:principio quidem humilitatis meæ, & infirmitatis cõ
ſcius, contantior fui ad reſpondendum. Vbi uero in memoriam uenit
Apoſtolus dicens:Sufferẽtes uos inuicẽ in charitate. Et iterũ:Corde creditur ad iu
ſtitiam,ore autẽ confeſſio fit ad ſalutẽ:putaui periculo non carere, ſi & uobis quod
petitis,pernegarem,& ſalubrem fidei noſtræ confeſſionem tacerem,confidentiam
nactus per Chriſtum erga Deum, ſicut ſcriptum eſt: Non ſumus ſufficientes, ut
cogitemus aliquid ex nobis, tanquam ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt,
qui tunc quidẽ illos,nunc uero & nos,idq; per uos,idoneos eſſe facit noui teſtamẽ
B ti miniſtros,non literæ,ſed ſpiritus.Fidi uero miniſtri proprium eſſe ſcitis planè &
ipſi, ut quod in conſeruos diſpenſandum, ab optimo Domino concreditũ habet,
hoc illis ſeruet purum ac ſyncerum. Itaq; & ego,quæ ex diuina ſcriptura cognoui,
hæc uobis pro beneplacito Dei ad cõmunem utilitatẽ proponere debeo. Si enim
Dominus ipſe,in quo beneplacitũ eſt patri, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ
& ſciẽtiæ abſconditi,qui omnẽ poteſtatẽ & omne iudiciũ à patre accepit:Mandatũ
inquit,mihi dedit,quid dicam & quid loquar.Et iterum:Quæ igitur ego loquor,ſi
cut dixit mihi pater,ſic loquor. Et ſpiritus ſanctus à ſeipſo non loquitur, ſed quæ-
cunq; audit ab ipſo, hæc & loquitur:quanto magis nobis pium ſimul eſt & cautũ,
hoc ſentire & facere in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti? Quouſq; igitur cõtra
inſurgentes quidem pro tempore hæreſes,pugnandum fuit,ſequutus maiores no
ſtros,conſentaneum putaui,& congruũ uarietati ſuperſeminatæ à diabolo impieta
tis cõtrarijs uocibus coërcere,aut etiam ſubuertere ſubinductas blaſphemias,alijs
atq; alijs iuxta quod laborantiũ neceſſitas exigebat,illiſq; ſæpenumero agraphis
quidẽ,uerum nõ alienis à pia ſecundũ ſcripturã ſententia.Quemadmodũ igitur &
Apoſtolus plerũq; fecit,gentilibus uerbis uti non detrectaui,ad proprium ſcopũ.
Nunc uero ad commune & noſtrum & ueſtrum propoſitum cõgruum putaui, in
ſimplicitate ſanè fidei dilectionis ueſtræ,mandatum adimplere dixi,quæ didici ex
diuina ſcriptura, parcè uidelicet uſurus nominibus & uerbis,quæ ipſis quidem di-
ctionibus non ſunt conformia diuinæ ſcripturæ, & tamen mentem illam, quæ ſcri
pturæ ineſt,ſeruant,quæ uerò præterquàm quòd dictione aliena ſunt,mentem eti-
am alienam & peregrinam adferunt,& quæ à ſanctis prædicata non inueniuntur,

Fides quid. iſta ut peregrina & aliena à pietate fidei omnibus modis recuſaturus. Fides igitur C
eſt aſſenſus indubitatus ad ea quæ audiũtur, in certa ueritatis perſuaſione, quę prędicantur per Dei gratiam. Quam oſtēdit Abraham, teſtimonium habens, quòd non hæſitauerit per diffidentiam, ſed robuſtus factus ſit per fidem, dans gloriam Deo certoq́ perſuaſus, quòd qui promiſerat, potens eſſet & facere. Si uero fidelis eſt Dominus in omnibus uerbis ipſius, & fidelia ſunt omnia mandata illius, confirmata in ſeculum ſeculi, facta in ueritate & æquitate, manifeſtus eſt fidei lapſus, & liquidum ſuperbiæ uitium, uel reſpuere aliquid eorum quæ ſcriptura habet, uel inducere quicquam, quod ſcriptum non eſt, cum Dominus noſter Ieſus Chriſtus dicat: Oues meæ uocem meam audiunt, & præmiſerit: Alienum autem non ſequũtur, ſed fugiunt ab illo. Quoniā non nōrũt uocem alienorum. Et Apoſtolus per humanũ exemplum uehementer prohibeat aliquid in diuinis ſcripturis uel addere, uel demere, cum dicit: Hominis tamē teſtamentum corroboratum, nemo reprobat, aut aliquid illi ſuperſtruit. Proinde quancunque alienam a doctrina Domini uocem ac mētem, ita nos ſemper & nunc fugiendam eſſe cognouimus. Quoniam uero ſcopus, ut dixi, qui nunc & nobis & uobis præfixus eſt, plurimum ab illis argumentis differt, quorum gratia aliter atque aliter uel ſcribere uel dicere coacti ſumus, propterea quòd tunc ſatagebatur, ut hæreſis argueretur, & inſidiæ diaboli ſubuerterentur, nunc uero ſimplex ſane fidei confeſſio & declaratio proponitur. Quapropter neq́ idē nunc nobis dicendi character congruit. Quemadmodũ enim nemo manu prehendit eadem inſtrumēta ad pugnam, quæ ad agriculturā, ſed alia ſunt inſtrumenta eorum qui ſecurè ſibi ipſis ad acquirendum uictum laborant, & alia uero arma eorum qui in bello ad pugnandum in aciē collocantur, ita D
non eadē loquitur, qui adhortatur in ſana doctrina, & qui contradicentes reuincit. Nam aliud eſt reprehenſorij ſermonis genus, aliud adhortatorij, alia ſimplicitas eorum, qui in pace pietatem confitentur, & alij ſudores eorum, qui obiectionibus mendacis ſcientiæ reſiſtunt. Ad hunc itaq́ modum & nos ſermones noſtros cum iudicio diſpenſantes, ubiq́ ſiue quę cautionis & munitionis, ſiue quæ ædificationis ſunt, congruenter uſurpantes, & nunc quidem cōtentioſius his reſiſtentes, qui per diaboli inſidias fidei pietatem deſtruere conantur, nunc uero ſimplicius & familiarius illam exponentes, his qui in illa ædificari cupiunt, nec aliquid aliud facientes, q̄ quod ab Apoſtolo dictũ eſt, ut ſciatis quomodo oporteat uos unicuiq́ reſpondere. Antequam autem ueniamus ad ipſam fidei confeſſionem, & illud operæpretium fuerit admonere, nempe, quòd magnificentiam Dei, & gloriam, quæ nec ſermone circumſcribi, nec mente comprehendi poteſt, uno uerbo aut ſenſu, neq́ declarari, nec intelligi poſſibile eſt. Perplura uero quæ in noſtro uſu uerſantur, diuina ſcriptura, ægrè, his qui corde ſunt mundi, tanquam per ſpeculum obſcurè innuit. Illud enim facie ad faciem, & perfecta cognitio, in futuro ſeculo his qui digni ſunt, reddenda promiſſa ſunt. Nunc uero, etiamſi Paulus quis ſit, aut Petrus, uerè quidem uidet quæ uidet, nec errat, nec imaginatur, per ſpeculum tamē uidet & in ænigmate, & quod ex parte eſt, cum gratiarũ actione cōplexus, quod perfectũ eſt, in futuro cupidè expectat, quod quidē cōprobat Apoſtolus Paulus tali quodā modo ſermonem ſtruens: Cum eſſem aliquando paruulus, elementa adhuc principij eloquiorum Dei diſcens, loquebar ut paruulus, cogitabam ut paruulus. Vbi uero

A factus ſum uir,& ad menſuram ętatis plenitudinis Chriſti pertingere feſtino, abolcui quæ ſunt paruuli,& uſq; adeò in cognitione diuinarū rerum promoui et profeci, ut Iudaici cultus cognitionē puerilis animi cogitationibus ſimilem eſſe,uiro autem in omnibus iam perfecto Euangelicam cognitionē competere ducam. Ita collatione eius ſciētiæ,quæ in futuro ſeculo ijs qui digni ſunt,reuelanda eſt, etiā quod perfectum nūc in cognitione ueritatis eſſe uidetur,modicum quid eſt & uſq; adeò obſcurū ut plus adhuc ab ea claritate deficiat,quæ erit in futuro ſeculo, quàm per ſpeculum uidere,& in ænigmate ab eo deficit, quod eſt uidere facie ad faciem. Approbant hoc etiam diſcipuli domini, qui cum beato Petro & Ioanne fuerūt, qui in præſenti uita ſemper ad maiora incrementa profecerunt,& excellentē ſcientiā quæ futuro ſeculo reſeruatur,nō minus & ipſi crediderūt,qui poſteaquā benedictione domini digni habiti uidebantur,ut cū illo cōuerſarentur,ut Apoſtoli ipſius eſſent, ut diuiſionē chariſmatū ſpiritus acciperent, poſteaquam audierant: Vobis datum eſt ſcire myſteria regni cœlorum, poſt talem ſcientiam, poſt reuelationem eorum quæ alijs arcana & incognita, nihilominus tandē circa ipſum paſſionis Dominicæ tempus audiunt à Domino: Adhuc multa habeo quæ uobis dicenda eſſent,uerū non poteſtis nunc ea portare. Ex his & ſimilibus diſcimus,tātum habere diuinam ſcripturam de infinita illa numinis cognitione, quantum in pręſenti ſeculo humanæ naturæ incomprehēſibia ſunt diuina myſteria,ita ut perpetuò plus aliquid cuiuis accedat, & perpetuò tamen omnibus plena & iuſta cognitio deſit, donec ueniat quod perfectum eſt, quando abolebitur quod ex parte eſt. Proinde nec unum aliquod nomen ad exprimendam uniuerſam Dei gloriam idoneum eſt, nec peri-

B culo caret,ſingula integrè uſurpare. Nam ſi quis Deum dicat,nondum patrem ſignificauit:& patris dictione non comprehenditur conditor. Rurſus & in iſtis deſideratur bonitas,ſapientia,potentia, & quæ in ſcriptura ſacra reliqua feruntur. Deinde ſi dictionem patris omnino ut apud nos in uſu eſt, Deo accōmodauerimus, impiè agemus.Paſſionem enim,& genitalis ſeminis defluuium, & ignorantiam,& infirmitatem,et quæcunq; talia ſunt,complectitur.Similiter & conditor apud nos opus habet tempore,materia,inſtrumentis & auxilio, à quibus omnibus oportet piam de Deo ſententiam,quantum homini poſſibile eſt, repurgatam eſſe. Ad iuſtam enim et plenam cognitionem, ut dixi,etiamſi omnes intellectus ad inueſtigādum coadunarentur, & omnes linguæ ad pronuntiandum concurrerent,nemo tamen unquam pertinget. Hunc autem nobis ſenſum luculēter & ſapientiſſimus Salomon declarat,dicens: Dixi,ſapientiam apprehendam,& ipſa elongata eſt à me, plusquam erat antea. Nō quòd fugiat,ſed quod illis potiſſimū notum fiat, quàm ſit incomprehenſibilis, quibus per gratiam dei abundantior illius cōtigit cognitio. Diuina igitur ſcriptura multis nominibus & uerbis neceſſariò utitur ad qualemcūque particularem,eamq; obſcuram diuinæ gloriæ declarationē:nobis uero omnia quę ubique à diuina ſcriptura de patre & de filio, & de ſpiritu ſancto dicta ſunt,in præſentiarū recenſere,nec poſſibile eſt,nec uacat:propterea quòd uos reſponſum noſtrum properanter exigitis.Pauca igitur ex omnibus adducentes, arbitramur illa conſcientiæ ueſtræ ſufficere, cum adhæc, ut conſpicuus fiat noſter ex diuinis ſcripturis ſenſus,& ad ueſtram,& ſi qui uolēt ex noſtris plerophoriam.Quemadmodum enim multa unam nobis piam ſententiam pronuntiant, ita opinor ex paucis

Confeſſio fidei Chriſtianæ. quoque ſyncerus animus pietatem eam, quæ in omnibus ſcripturæ locis traditur, agnoſcet. Credimus igitur & cõfitemur unum ſolum uerum & bonum Deum, & patrem omnipotentem, ex quo ſunt omnia, Deum & patrem Domini ac Dei noſtri Ieſu Chriſti. Et unum illius filium unigenitum, dominum ac Deum noſtrũ Ieſum Chriſtum, ſolum uerum, per quem omnia facta ſunt, tam uiſibilia, quàm inuiſibilia, & in quo omnia cõſiſtunt, qui in principio erat apud Deũ, & Deus erat, & poſtea ſecũdum ſcripturas in terra uiſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Qui cum in forma Dei eſſet, non eſt rapinam arbitratus, parem eſſe Deo, ſed ſeipſum exinaniuit, & per natiuitatem ex uirgine, formã ſerui accepit, & habitu inuentus eſt ut homo, & omnia quæ in ſe, & de ſe ſcripta ſunt, iuxta mandatũ patris adimpleuit, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Et tertia die excitatus à mortuis, ſecundum ſcripturas, uiſus eſt ſanctis ſuis diſcipulis, ac reliquis, ſicut ſcriptũ eſt, aſcenditq́ ad cœlos, ac ſedet ad dexteram patris, unde uẽturus eſt in conſummatione ſeculi huius, ad excitandum omnes, & reddẽdum unicuique ſecundum facta ipſius: quãdo iuſti quidem aſſumentur ad uitam æternam & regnũ cœlorum, peccatores uero condemnabuntur ad ſupplitium æternum: ubi uermis eorum non morietur, & ignis nõ extinguetur. Et unum tantum ſpiritum ſanctum paracletum, in quo obſignati ſumus ad diem redemptionis, ſpiritum ueritatis, ſpiritum adoptionis, in quo clamamus: Abba pater, qui diuidit et operatur chariſmata à Deo data, unicuiq́ ad utilitatem, prout uult, qui docet & ſuggerit omnia, quæcunque audit à filio, qui bonus eſt, qui inducit in omnem ueritatem, & confirmat omnes credentes ad cognitionem ueram & exactam, & pium Dei cultum, & adorationem ſpiritalem, & ueram cõfeſſionem Dei patris, & unigeniti filij eius Domini ac Dei noſtri Ieſu Chriſti, & ſui ipſius. Vno quoque nomine proprietatem ſignificationis ſuæ luculenter nobis diſcriminante, & de ſingulis ſignificatis omnino præcipuis proprietatibus piè conſideratis, patris, in proprietate patris, filij, in proprietate filij, ſancti ſpiritus, in ipſius proprietate, neque ſancto ſpiritu ex ſeipſo loquente, neq́ filio ex ſeipſo quicquam faciente, & patre filium, filio uero ſpiritũ ſanctum mittente, ita ſentimus atq́ ita baptizamus in trinitatem unius eſſentiæ iuxta mandatum Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dixit: Profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen patris & filij & ſpiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui uobis. Quæ ſeruantes, qua in illum ſimus dilectione oſtendimus, & in illa manere promeremur, ſicut ſcriptum eſt, nõ ſeruantes autem tanquam contrario modo affecti arguimur. Nam qui me non diligit, inquit dominus, ſermones meos non ſeruat. Et iterum: Qui habet mandata mea, & ſeruat ea, hic eſt qui me diligit. Admiror autem ſupra modum, quòd cum Dominus noſter Ieſus Chriſtus dicat: Nolite gaudere, quod dæmonia uobis ſubijciũtur, ſed in hoc gaudete, quòd nomina ueſtra ſcripta ſunt in cœlis. Et iterum: In hoc cognoſcent omnes, quòd mei ſitis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis inter uos inuicem, unde et Apoſtolus dilectionem in omnibus neceſſariam eſſe oſtendens, teſtificatur, dicẽs: Si linguis hominum loquar & angelorum, dilectionem uero non habeam, factus ſum æs reſonans, aut cymbalum tinniens. Et ſi habeam prophetiam, & ſciam omnia myſteria, & omnem ſcientiam, & ſi habeam omnẽ fidem, ita ut mõtes tranſferam, dilectionem uero non habeam, nihil ſum. Et paulò poſt: Siue autẽ prophe

tiæ

A tiæ abolebuntur,ſiue linguæ ceſſabunt,ſiue ſcientia abolebitur, & quæ ſequuntur, quibus ſubiungit: Nunc autem manet fides,ſpes,dilectio, tria iſta,maior uero inter illa eſt dilectio. Cum iſta & conſimilia ad hunc modum ſint, tam à Domino, quàm Apoſtolo ipſius determinata,admiror,inquam, quomodo circa ea quæ abolebuntur & ceſſabunt tantum homines,ſtudij & affectionis impendant, circa ea uero quæ manent,et præſertim circa omnibus reliquis maiorem dilectionem,quę Chriſtianorum uelut character & inſigne eſt,nō ſolum nulla ipſi cura ſoliciti ſint, ſed & his qui iſtis ſtudent, aduerſentur ac repugnent, adimplentes illud, necꝫ ipſi ingrediūtur,& eos qui ingredi uolunt, prohibent. Quapropter hortor & obſecro ut relicta curioſa quæſtione, quacunque & inhoneſta illa logomachia contenti ſimus, ijs quæ à ſanctis & ipſo Domino ſunt dicta, & quæ cœleſti uocatione digna ſunt, ſentiamus, dignéque Euangelio Chriſti conuerſemur, in ſpe æternæ uitæ,& regni cœlorum quod paratū eſt omnibus, qui mandata Dei & patris cuſtodiunt, quę ſunt iuxta Euangelium beati Dei Ieſu Chriſti domini noſtri,in ſpiritu ſancto & ueritate. Hæc eadem,per ueſtram religionē admoniti,neceſſarium nobis & conueniens arbitratus ſum, ut teſtificarer circa finem,& ſenſum noſtrum uobis manifeſtarem, & per uos alijs in Chriſto fratribus ad plerophoriam & ueſtram & illorum, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti,ad hoc, ut nequaquam circumferamini animo, propter differentiam eorum,quæ aliter à nobis atque aliter exponūtur, dum ſemper ad cauſſam eam, quæ ab aduerſarijs ueritatis inducitur, reſpicere & obſiſtere cogimur, neque commoueantur quidam per contrarietatem eorum, qui inter nos aliena ſibi affingere, uel proprias affectiones ſæpenumero ad deprędan-
B dū ſimpliciores,noſtrę ſentētiæ falſò adſcribere conātur,qui & uobis neceſſariò cauendi ſunt,tanquam alieni ab Euangelica & Apoſtolica fide pariter & dilectione, recordandumqꝫ Apoſtoli dicentis: Sed & ſi nos,aut angelus è cœlo euangelizauerit uobis,præterquam quod uobis euangelizauimus, anathema ſit,ut ſeruantes illud,attendite uobis à pſeudoprophetis, & ſubducite uos ab omni fratre inordinatè ambulante,& non ſecundum traditionem,quam accepiſtis à nobis. Incedamus iuxta canonem ſanctorum, tanquam ædificati ſuper fundamentum Apoſtolorū & Prophetarum, lapide angulari exiſtente ipſo Domino noſtro Ieſu Chriſto, in quo omnis ædificatio coaptata creſcit ad templum ſanctū in Domino, Deus uero pacis ſanctificet uos integros,& integer ueſter ſpiritus,& anima, & corpus irreprehenſibiliter ſeruetur in aduentū Domini noſtri Ieſu Chriſti. Fidelis eſt Deus,qui uocauit nos,qui & hoc faciet,ſi mandata ipſius ſeruauerimus. Gratia Chriſti in ſpiritu ſancto,quæ ſanam fidē cōcernunt, in præcedentibus ſufficienter quod ad pręſentem cauſſam attinet,dicta eſſe rati. Iam nunc deinceps promiſſionem noſtram de Ethicis,in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti adimplere ſatagemus. Quæcunque igitur reperimus in nouo Teſtamento,ſparſim,uel uetita,uel præcepta,ea pro uiribus noſtris in definitiones ſummarias,ut captu facilia ſint uolentibus,congerere ſtudebimus, addentes cuique definitioni numerum quoque capitum eorum,in quibus ſcripta illius comprehēduntur,ſiue ex Euangelio, ſiue ex Apoſtolo,aut ex Actis, ut qui diffinitionem legit, & numerum illi adiectum,uel primum, exempli gratia,uel ſecundum,uidet,ipſam ſcripturam repetens, & caput dicti numeri quærens,ita inueniat teſtimonium,ad quod facta eſt definitio. Volebam quidem pri-

mum & ex ueteri inſtrumento quæ ſingulis in nouo concordant, definitionibus i- C
ſtis adiungere, quoniam uero fratrum neceſſitas nos urſit, qui ut quæ olim polliciti ſumus, præſtemus, nunc potiſſimũ repetunt, recordatus ſum, dicẽtis: Da ſapienti occaſionem, & ſapientior erit. Itaque licebit occaſionm cupienti abundè ſatis ex ijs quæ adducẽtur inſtructo, repetere inſtruendũ, & proprio ſtudio cognoſcere cõſonantiã, quæ eſt in omnibus diuinis ſcripturis, cũ alioqui fidelibus & de ueritate uerborũ Domini certo perſuaſis, una uox ſufficiat. Quapropter etiã nõ omnia quę in nouo ſunt inſtrumẽto, ſed pauca ex omnibus adducere, abũdè ſatis fore putaui.

A # SEQVVNTVR E‑ THICA BASILII MAGNI

DEFINITIO I.

Oportere Domino credentes, primum reſipiſcere, iuxta prædicationē Ioannis, & ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti. Grauius enim qui iam nō reſipiſcunt, condemnantur, quàm qui ante Euangelium condemnati ſunt.

AB EO tempore cœpit Ieſus prædicare & docere: Reſipiſcite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus editæ fuerāt plurimæ uirtutes ipſius, quòd non reſipuiſſent: Væ tibi Chorazin, uæ tibi Bethſaida, quoniam ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent uirtutes, quæ factę ſunt in uobis, iam olim in ſacco & cinere ſedentes reſipuiſſent. Veruntamen Tyro & Sidoni remiſſius erit in die iudicij, quàm uobis. Et quæ ſequuntur. Matth.4. 11.

Præſens tempus eſſe reſipiſcētiæ & remiſſionis peccatorū: in futuro uero ſeculo futurum eſſe iuſtum retributionis iudicium.

VT AVTEM uideatis, quòd filius hominis poteſtatē habeat in terra, peccata remittendi, dicit &c. Amen dico uobis, quæcunque ligaueritis ſuper terram, ligata erunt in cœlo, & quæcunque ſolueritis ſuper terram, ſoluta erunt in cœlo. Iterum: Amen dico uobis, ſi duo ex uobis conſenſerint ſuper terram de quacunq; re, quā petēt, fiet illis à patre meo, qui eſt in cœlis. Quoniā uenit hora, in qua omnes qui in monumētis ſunt, audient uocem ipſius, & prodibunt qui bona fecerunt, ad reſurrectionem uitæ, qui uero mala fecerunt, ad reſurrectionem iudicij. Aut diuitias bonitatis eius & patientiæ & lenitatis contemnis? ignorans, quòd bonitas Dei ad reſipiſcentiā te ducit? Secundū duritiā uero tuā, & impœnitēs cor colligis, tibi ipſi irā in die iræ ac reuelationis, & iuſti iudicij Dei, qui reddet unicuiq; ſecundū opera ipſius. Tempora itaq; ignorantiæ cum hactenus diſſimularit Deus, nunc annuntiat omnibus ubique hominibus, ut reſipiſcant, eo quòd ſtatuit diem, in quo iudicaturus eſt orbem. (Matth.9. 18. — B — Iohan.5. — Rom.2. — Act.17.)

Reſipiſcentes debere acerbè flere, & quæ reliqua propria ſunt reſipiſcentis ex animo oſtendere.

ET RECORDATVS eſt Petrus uerbi Ieſu, qui dixerat ei: Priuſquā gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus foras, fleuit amarè. Sed qui cōſolatur humiles, conſolatus eſt nos per aduentum Titi. Non ſolum autem per aduentū ipſius, ſed & per conſolationem, quam ille accepit à uobis, cum annuntiaret uobis ueſtrū deſiderium, ueſtrum fletū, ueſtrum pro me zelū. Et paulò poſt: Ecce enim hoc ipſum quòd ſecundum Deum contriſtati eſtis, quantum genuerit in uobis ſolicitudinis, imò ſatisfactionem, imò indignationē, imò timorem, imò deſiderium, imò zelū, imò uindictam. In omnibus cōmendaſtis uos ipſos, quod puri ſitis in hac cauſa. Multi autē eorū qui crediderant, cœperunt cōfiteri, & annuntiare facta ſua. Multi quoq;, qui fuerant curioſe ſectati, cōportatos libros combuſſerunt coram ipſis. (Mat.26. — 2Cor.7 — Act.19.)

Reſipiſcentibus non ſufficere ad ſalutem, ſi diſceſſerint tantum à peccatis, C
ſed opus eſſe, ut & dignos reſipiſcẽtia fructus faciant.

Matth. 3. CVM autem uideret multos Pharæiſorum & Saducæorum uenire ad baptiſma ſuum, dixit eis: Progenies uiperarum, quis demonſtrauit uobis, ut fugeretis à uentura ira? Facite igitur dignos reſipiſcentia fructus, & ne ſitis hoc animo, ut
Luc. 3. dicatis intra uos ipſos: Patrem habemus Abraham. Iam uero & ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis igitur arbor, quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem conijcitur.

Poſt liberationem ex hoc ſeculo, non eſſe tempus rectè factorum, eo quòd Deus præſens hoc tempus tolerantia ſua ad operationem eorũ quæ ſibi placent, deputauit.

Matth. 25. TVNC aſſimilabitur regnum cœlorum decem uirginibus, que acceptis lampadibus ſuis, exierunt in occurſum ſponſi. Quinque autem ex ipſis erant prudentes, & quinque fatuæ. Fatuæ acceptis lampadibus ſuis, non acceperunt ſecũ & oleum. Prudentes uero acceperunt oleum in uaſis ſuis cum lampadibus. Tardante autem ſponſo, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Media autem nocte clamor factus eſt: Ecce ſponſus uenit, exite obuiam ei. Tunc ſurrexerunt omnes uirgines illæ, & ornauerunt lampades ſuas. Stultæ autem prudentibus dixerunt: Date nobis de oleo ueſtro, lampades enim noſtræ extinguuntur. Reſponderunt uero prudentes, dicentes: Ne fortè non ſufficiat nobis & uobis, ite potius ad eos qui uendunt, & emite uobis ipſis. Abeuntibus autem illis, ut emerẽt, uenit ſponſus, & quæ paratæ erant, intrauerunt cum illo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. Poſtea uero ueniunt & reliquæ uirgines, dicentes: Domine Domine, aperi nobis. Ille uero reſpon- D
Luc. 13. dens, dixit: Amen dico uobis, non noui uos. Contendite intrare per anguſtam portam. Dico enim uobis, quòd multi quærunt intrare, nec poterunt, cum autem ſurrexerit paterfamiliâs, & clauſerit oſtium, & cœperitis foris ſtare, & pulſare oſtium, dicentes: Domine Domine, aperi nobis, & reſpondens dicet: Non noui uos
2 Cor. 6. unde ſitis. Ecce nunc tempus acceptum, ecce nunc dies ſalutis, nemini demus ullã offenſionẽ, ne reprehendatur miniſteriũ, ſed in omnibus cõmendemus nos ipſos
Galat. 6. ſicut Dei miniſtri. Igitur dum tẽpus habemus, operemur bonũ erga omnes.

DEFINITIO II.

Impoſſibile eſſe ſeruire Deo, cum qui ſimul & alienis à pietate actibus ſeſe immiſcet.

Matth. 6. NEMO poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim unum odio habebit, & alterum diliget, aut uni adhærebit, & alterum contemnet. Non poteſtis Deo ſeruire
2 Cor. 6. & mammonæ. Nolite iugum ducere cum incredulis. Quæ enim participatio eſt iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ communio luci cum tenebris? Quæ uero concordia Chriſto cum Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Aut quid conuenit templo Dei cum ſimulachris?

Obedientem Euangelio debere primum repurgari ab omni inquinatione carnis & ſpiritus, ut ita acceptus reddatur Deo in ſanctimoniæ uirtutibus.

Matth. 23. VE VOBIS ſcribæ & phariſęi hypocritę, quoniã mũdatis quod extra poculũ eſt & patinam, intus uero plena ſunt rapina & intẽperantia. Phariſæe cæce, purga

A prius quod intus eſt in poculo & patina: ut & quod extra illa eſt mundũ ſit. Cum has itaque dilecti promiſſiones habeamus, repurgemus nos ipſos ab omni inquinatione carnis & ſpiritus, perficientes ſanctimoniam in timore Dei.

Impoſſibile eſſe, ut diſcipulus Domini fiat, qui aliquid rerum præſentium affectat, aut quicquã tolerat eorum quæ uel modicè à mandato Domini abſtrahunt.

QVI amat patrem aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus. Et qui amat filium aut filiam pluſquam me, nõ eſt me dignus. Et qui non accipit crucem ſuam & ſequitur me, nõ eſt me dignus. Si quis uult poſt me uenire, abneget ſemetipſum & tollat crucẽ ſuã, & ſequatur me. Qui enim uult animã ſuam ſeruare, perdet eã. Matth. 10. Matth. 16.

DEFINITIO III.

Primum & magnum mandatum in Lege ex teſtimonio Domini eſſe: Diligas Deum ex toto corde, & alterum, Diligas proximũ ſicut teipſum.

IESVS uero dicit ei: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex omni mente tua. Hoc eſt primum & magnum mandatum. Alterum uero ſimile, hoc eſt: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Matth. 22.

Argumentũ & indicium eſſe, quòd Deus & Chriſtus eius nõ diligatur, ſi mandata eius non ſeruentur, demonſtrationẽ uero eſſe quòd diligatur, ſi mandata Chriſti ſeruentur cũ tolerantia paſſionũ eius uſq; ad mortẽ.

QVI habet mandata mea & ſeruat ea, ille eſt, qui me diligit. Qui me non diligit, ſermones meos non ſeruat. Si mandata mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione Iohan. 14.
B mea, ſicut ego mandata patris mei ſeruaui, & maneo in ipſius dilectione. Quis nos ſeparabit à dilectione Chriſti? Tribulatio? Anguſtia? Perſequutio? Fames? Nuditas? Periculum? Gladius? ſicut ſcriptũ eſt, quoniam propter te occidimur tota die, æſtimati ſumus tanquam oues mactationis. At in his omnibus ſuperamus, per eum qui dilexit nos, & quæ ſequuntur. Rom. 8.

DEFINITIO IIII.

Honorare & glorificare Deum, qui uoluntatem eius facit. Dehoneſtare uero, qui legem illius tranſgreditur.

EGO te glorificaui ſuper terram. Opus perfeci quod dediſti mihi, ut faciam. Iohan. 17.
Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant opera ueſtra bona, & glorificẽt Matth. 5.
patrẽ ueſtrũ qui eſt in cœlis, ut ſitis ſynceri & inoffenſi ad diem Chriſti, repleti fru Phil.
ctibus iuſtitiæ, qui ſunt per Ieſum Chriſtum ad gloriam ac laudem Dei. Qui in Rom. 2.
Lege gloriaris, per tranſgreſſionem Legis Deum dehoneſtas.

DEFINITIO V.

Quòd oporteat ab omni erga quoſuis odio repurgatũ Chriſtianũ, inimicos quoq; diligere, pro amicis uero & animã ponere, ſi quãdo neceſſitas popoſcerit, talem habentem dilectionem, qualem habuit erga nos Deus & Chriſtus eius.

AVDISTIS dictum eſſe antiquis: Diliges proximũ tuũ, & odio habebis inimicum tuũ. Ego uero dico uobis, diligite inimicos ueſtros. Et paulò poſt: Eritis igitur uos perfecti, ſicut pater ueſter cœleſtis perfectus eſt. Matth. 5.
Sic enim dilexit deus mũdum, ut filiũ ſuũ unigenitũ dederit. Iohan. 3.
Hoc eſt præceptũ meũ, ut diligatis uos inuicẽ, Iohan. 15.

Luc.6. ſicut ego dilexi uos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam C quis ponat pro amicis ſuis. Et eritis filij altiſſimi, quoniam ipſe bonus eſt ſuper in Rom.5. gratos & malos. Sitis igitur miſericordes, ſicut & pater ueſter miſericors eſt. Com mendat autem dilectionem ſuam erga nos deus, quoniam cum adhuc peccatores Ephe.5. eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Sitis igitur imitatores Dei, ſicut filij di lecti, & ambulate in dilectióe, ſicut & Chriſtus dilexit nos, et tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem et uictimam Deo.

Demonſtrationem diſcipulorum Chriſti eſſe in mutua charitate in ipſo.

Iohan.13. IN HOC cognoſcent omnes, quòd diſcipuli mei eſtis, ſi charitatem habueritis inter uos mutuam.

Conſpicuum argumentum eſſe, quòd proximus nō diligatur, ſi commit tatur aliquid, quod illum uel lædat uel contriſtet, ad offendiculum fi dei, etiam ſi ſit à ſcriptura ſeparatim permiſſum, quod cōmittitur.

Rom.14. SI ENIM propter cibū frater tuus contriſtatur, iam non ſecundum charitatē ambulas. Ne cibo tuo illum perde, pro quo Chriſtus eſt mortuus.

Debere Chriſtianum, eum quem contra ſe contriſtauit, omnibus modis quantum in ipſo eſt, ſibi reconciliare.

Matth.5. SI IGITVR obtuleris donum tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quòd 1 Cor.4. frater tuus habet aliquid aduerſum te, relicto ibi munere tuo ante altare, uade pri mum reconciliare fratri tuo & tunc ueniens offer munus tuū. Conuitijs petiti, be nedicimus: perſequutionē patientes, ſuſtinemus: maledictis laceſſiti, obſecramus.

Fieri poſſe ut qui charitate in Chriſto prǽditus eſt, aliquādo contriſtet eū D quem diligit, ſed ad utilitatem.

Iohan.7. NVNC autē uado ad eum qui miſit me, & nemo ex uobis interrogat me: quò uadis? Sed quoniam iſta loquutus ſum uobis, triſtitia repleuit cor ueſtrum. At ue ritatem dico uobis. Prodeſt uobis ut ego uadam. Niſi enim abiero ego, paracletus 2 Cor.7. non ueniet ad uos. Adeò ut magis gauiſus fuerim. Nam etiamſi contriſtaui uos per epiſtolam, non me pœnitet, licet pœnituerit. Video enim, quòd epiſtola illa e tiamſi uos ad horam contriſtauit, nunc tamen gaudeo, nō quòd contriſtati fuiſtis, ſed quòd contriſtati fuiſtis ad pœnitentiam. Cōtriſtati enim fuiſtis ſecundum De um, ut nulla in re detrimetno ſitis affecti per nos.

DEFINITIO VI.

Abſque timore & pudore cōfidenter ac liberè agendū eſſe in confeſſione Domini noſtri Ieſu Chriſti & ſermonum eius.

Matth.10. QVOD dico uobis in tenebris, dicite in luce, & quod in aurē audiuiſtis, prædi cate in tectis. Et ne metuatis uobis ab his qui corpus occidunt, animam autem nō poſſunt occidere. Metuite uero potius eū, qui poteſt & animā et corpus perdere in Ibidem. gehenna. Omnis igitur, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego Luc.9. eum coram patre meo, qui eſt in cœlis. Qui enim erubuerit me, & meos ſermo nes, huius pudebit & filium hominis, quando uenturus eſt in gloria ſua & patris 2 Timoh.1. & ſanctorum angelorum. Ne te igitur pudeat teſtimonij Domini noſtri, neque mei, uincti illius, ſed particeps eſto adflictionum Euangelij, tanquam bonus mi les Ieſu Chriſti.

Definitio

A DEFINITIO VII.

Etiam ſi quis uideatur cõfiteri Dominũ,et u erba illius audiat,mãdatis tamen illius non obediat, condemnatũ eſſe talẽ,etiã ſi propter aliquã diſpenſationẽ ſpiritalium chariſmatum particeps eſſe permittatur.

NON omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cœlorũ, ſed qui fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis eſt. Multi dicent mihi in illa die: Domine Domine,non in nomine tuo prophetauimus? & in nomine tuo dæmonia eiecimus,& in nomine tuo uirtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis dicens: quoniam nunquam cognoui uos, diſcedite à me operarij iniquitatis, & quæ ſequũtur. Quid autẽ uocatis me Domine Domine, & non facitis quæ dico? & cætera. Deum profitentur ſe ſcire, factis uero negant, cum ſint abominabiles, & immorigeri,& ad omne opus bonum reprobi. Matth.7 Luc.6. 1 Timoth.

DEFINITIO VIII.

Non eſſe hæſitandum ac dubitandum in ijs,quæ à domino dicuntur, ſed pro certo habendum, quodcunq; Dei uerbum uerum eſſe & potens, etiamſi natura reclamet. Nam hic certamen eſt fidei.

QVARTA uero cuſtodia noctis uenit ad eos,ambulans ſuper mare. Et cũ uidiſſent eũ diſcipuli ambulantẽ ſuper mare,perturbati ſunt dicentes: Phãtaſma eſt. Et præ metu exclamauerũt. Cõfeſtim uero loquutus eſt illis Ieſus dicẽs: Bono animo eſte: Ego ſum,ne terreamini. Reſpõdẽs autem Petrus dixit: Domine,ſi tu es, iube me ad te uenire ſuper aquas. Ille aũt dixit: Veni, Et deſcendit de naui Petrus, & ambulauit ſuper aquas,ut iret ad Ieſum. Cũ aũt uideret uentum ualidum, territus eſt,& cum cœpiſſet mergi,clamauit dicens: Domine,ſerua me. Confeſtim aũt Ieſus extenſa manu apprehendit eum ac dixit: Modicæ fidei,quàre dubitaſti? Decertabant igitur inter ſe Iudæi dicentes: Quomodo poteſt hic nobis dare carnem ſuam ad manducandum? Dixit igitur eis: Amen amen dico uobis,niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis ſanguinem eius, non habetis uitam in uobis. Dixit autem illi angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt precatio tua. Et uxor tua Elizabeth pariet tibi filium. Et paulò poſt. Et dixit Zacharias ad angelum: Vnde cognoſcam hoc? Ego enim ſenex ſum, & uxor mea prouectæ ætatis eſt. Et reſpondens angelus,dixit ei: Ego ſum Gabriël,qui ſto ante Deum,& miſſus ſum ut loquar ad te,& annuntiem tibi iſta. Et ecce eris tacitus, nec poteris loqui, ad eum uſque diem, quo iſta fient, propterea quòd non credidiſti uerbis meis, quæ quidem implebuntur ſuo tempore. Et non infirmatus eſt fide, nec conſiderauit corpus ſuum iam emortuum, cum centum ferè natus eſſet annos,nec emortuam uuluam Saræ, ſed ad promiſſionem Dei non hæſitauit per diffidentiam,ſed robuſtus factus eſt per fidem, dans gloriam Deo, ac certò perſuaſus,quòd qui promiſerat,potens eſſet & facere. Quapropter & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Matth.14. B Iohan.9. Luc.1. Rom.4.

Manifeſtum eſſe non credere Domino in magnis, eum qui illi non credit in modicis

SI TERRENA dixi uobis, & non creditis, quomodo ſi dixero uobis cœleſtia,credetis? Qui fidus eſt in minimo,& in magno fidus eſt, & qui in minimo iniuſtus eſt,& in magno iniuſtus eſt. Iohan.6. Luc.6.

Non eſſe

A Curandũ eſſe ei,qui interrogatur,ut quod fide dignũ ſit,reſpondeat.

ET ECCE Legisperitus quiſpiam ſurgẽs tentabat eum ac dicebat: Magiſter, quid faciens,uitam æternam poſſidebo? Dixit autẽ ad illum : In Lege quid ſcriptũ eſt? Quomodo legis? Ille autem reſpondens,dixit : Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,& ex tota anima tua,& ex tota mente tua,& proximum tuũ ſicut teipſum. Dixit autem ad illum : Rectè reſpondiſti. Hoc fac & uiues. Sermo ueſter ſemper ſit in gratia, ſale cõditus, ut ſciatis quomodo oporteat uos unicuiq; reſpondere. Seruus uero ille,qui ſciens uoluntatem Domini ſui,nec ſe parat,neq; facit quod ſit ad uoluntatem eius, uapulabit multis. Qui uero ignorat, & facit digna plagis,uapulabit paucis. Luc.10. Col.4.

DEFINITIO X.

Quòd finis peccati mors ſit.

QVI uero incredulus eſt filio,non uidebit uitã,ſed ira Dei manet ſuper ipſum, Cum enim ſerui eſſetis peccati,liberi eratis iuſtitiæ. Quem igitur tunc fructum habuiſtis in illis,de quibus nunc erubeſcitis? Finis enim illorum mors eſt. Et paulò poſt: Autoramenta nanq; peccati mors. Stimulus autem mortis,peccatum. Iohan Rom.6.

Quòd finis mandati Dei ſit uita æterna.

AMEN amen dico uobis,ſi quis ſermonem meum ſeruabit,mortem non uidebit in æternum. Sed qui miſit me pater, ipſe mihi mandatum dedit, quid dicã & quid loquar. Et noui,quòd mandatũ eius uita æterna eſt. Nunc uero liberati à peccato, ſerui autem facti Deo, habetis fructum ueſtrum ad ſanctificationem,finem uero,uitam æternam. Iohan.5. Ibidem. Rom.6.

DEFINITIO XI.

Iudicia Dei non eſſe contemnenda,ſed metuenda,etiamſi non habeant B repentinam retributionem.

METVITE autẽ magis eum qui poteſt & animã & corpus perdere in gehenna. Si uero dixerit ſeruus ille in corde ſuo: Morã nectit dominus meus,& cœperit percutere ſeruos & ancillas,& comedere ac bibere,& inebriari,ueniet dominus ſerui illius in die qua ille non expectat,& hora,quam ignorat,& diuidet eum,et partẽ ipſius ponet cum perfidis. Ecce iam ſanus factus es, ne pecces amplius,ne quid tibi deterius cõtingat. Nemo uos ſeducat inanibus uerbis. Nam propterea uenit ira Dei ſuper filios incredulitatis. Matth.10. Iohan.5.

Quòd is,qui priorũ peccatorũ gratia correptus,peccatorũq; remiſſionẽ adeptus eſt,ſi denuo peccet,grauius ſibi ipſi iræ diuinæ iudiciũ accerſat.

ECCE iam ſanus factus es,ne pecces amplius, ne quid tibi deterius contingat. Iohan.5.

Vbi quidam incidunt in iudicium iræ Dei,reliquos debere per metum illius erudiri.

ADERANT autem quidam eodem in tempore, nunciantes illi de Galilæis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuerat cum ſacrificijs eorum. Et reſpondens Ieſus, dixit eis : Putatis quòd iſti Galilæi peccatores fuerint præ cunctis alijs Galilæis, quòd hæc paſſi ſunt? Nõ,dico uobis,ſed niſi reſipueritis,omnes ſimiliter peribitis. Aut illi decem & octo, ſupra quos cecidit turris in Siloam, & occidit eos,putatis quòd ipſi debitores fuerint præter omnes homines, qui habitant Hieroſolymis? Non, dico uobis, ſed niſi reſipueritis, omnes ſimiliter peribitis. Audiens autem Ananias ſermones iſtos,collapſus expirauit. Et factus eſt metus magnus ſuper omnes qui audiebant hæc. Neq; murmuretis,ſicut quidã eorum murmurauerunt, Luc.13. Act.5. 1 Cor.10.

& peribunt ab exterminatore. Hæc autem in figuris illis cótigerunt. Scripta uero C
ſunt ad noſtram admonitionem, in quos fines ſeculorum deuenerunt.

Quòd & ipſis malitiæ operibus quis ad ſupplicij gratiam ſæpenumero tradatur, propter præcedentem aliquam impietatem.

Rom. 1. 2 Theſſ. 2. ET ſicut nõ probauerũt, ut Deũ haberẽt in cognitione, tradidit eos Deus in reprobũ ſenſum, ut facerẽt quæ nõ cõueniunt. Pro eo quod dilectioné ueritatis non ſuſceperũt, ut ſalui fierẽt, mittet illis deus operationẽ erroris, ut credãt mendacio.

Quòd Deo non placet peccatorum multitudo, ſed qui illi placere ſtudet, etiamſi unus tantum ſit, idq́ mulier.

Luc. 4. IN ueritate dico uobis, quòd multæ uiduæ erant in diebus Eliæ in Iſraël, cum clauſum eſſet cœlum annos tres & menſes ſex, & facta eſſet fames magna ſuper omnem terrã, & ad nullam illarum miſſus eſt Elias, niſi in Sarephtha Sidonis, ad 1 Cor. 10. mulierem uiduam. Nolo enim uos ignorare fratres, quòd patres noſtri omnes ſub nube fuerũt, & omnes per mare trãſierunt, & omnes in Moſen baptizati ſunt in nube & in mari, & omnes eandem eſcam ſpiritalem manducârunt, & omnes eundem potum ſpiritalem biberunt. Biberunt enim ex ſpiritali petra, quæ illos cõ ſequebatur: Petra autem erat Chriſtus. At plures illorum nõ approbauit Deus.

DEFINITIO XII.

Quòd quælibet contradictio, etiamſi amico ac religioſo affectu fiat, cõtradicentem abalienet à Domino, & quòd quódcunq; Domini uerbum cum omni plerophoria ſit ſuſcipiendum.

Iohan. 13. ET cœpit lauare pedes diſcipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes. D Reſpondit Ieſus, ac dixit ei: Quod ego facio, tu neſcis modò, ſcies autem poſtea. Dicit ei Petrus: Non lauabis pedes meos in æternum. Reſpondit ei Ieſus: Si non lauero te, non habebis partem mecum.

Traditionibus humanis non eſſe obſequendũ, ad reprobãdũ mandatũ dei.

Marc. 7. INTERROGARVNT ipſum Phariſæi & ſcribæ, dicentes: Quare diſcipuli tui nõ ambulant iuxta traditionẽ ſeniorũ, ſed illotis manibus manducãt panẽ? Ille uero reſpondẽs, dixit eis: Bene prędixit de uobis hypocritis Eſaias, ſicut ſcriptum eſt: Populus iſte labijs me honorat, cor aũt ipſorum procul abeſt à me. At fruſtra colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditionem hominum. Et quę ſequuntur.

Omnia ſine omiſſione diligenter eſſe cuſtodienda, quæ per Euangeliũ & Apoſtolos à Domino ſunt tradita.

Marci ulti. Luc. 1. PROFECTI, docete omnes gẽtes, baptizãtes eos in nomẽ patris & filij & ſpiritus ſancti, docẽtes eos ſeruare omnia, quæcũq; mandaui uobis. Erãt aũt iuſti ambo corã Deo, ambulãtes in omnibus mãdatis & iuſtificationibus domini inculpa Luc. 10. 2 Theſſ. tè. Qui uos audit, me audit: qui uero uos ſpernit, me ſpernit. Itaq; fratres ſtate & tenete traditiones quas didiciſtis ſiue per ſermonẽ, ſiue per epiſtolã tanq; per nos.

Non eſſe approbandam propriam uoluntatem, contra uoluntatem Domini, ſed in omnibus quærendam & faciendam uoluntatem Dei.

Ioan. 4. Luc. 22. QVONIAM non quæro uoluntatẽ meam, ſed uoluntatẽ eius qui miſit me patris. Et poſitis genibus orabat, dicẽs: Pater, ſi uis, transfer poculũ iſtud. Veruntamen

A men nõ mea uolũtas,ſed tua fiat. In quibus & nos omnes cõuerſati ſumus aliquã do,in deſiderijs carnis noſtræ, facientes uoluntatẽ carnis, & cogitationũ noſtrarũ, & eramus natura filij iræ,ſicut & cæteri. DEFINITIO XIII.

Quòd debeamus ſemper eſſe uigilantes & parati ad ſtudium bonorum operum Dei,ſcientes quàm periculoſa ſit contatio.

SINT lumbi ueſtri præcincti,& lucernę ardẽtes,& uos ſimiles hominibus expectantibus dominũ ſuũ, quando reuertatur a nuptijs,ut cũ uenerit & pulſauerit, Luc.12. cõfeſtim illi aperiant. Beati ſunt ſerui illi,quos cũ uenerit dominus,inuenerit uigilãtes. Amen dico uobis,præcinget ſe, & faciet illos diſcũbere, & trãſiens miniſtrabit illis. Et ſi uenerit in ſecunda uigilia,& ſi in tertia uigilia uenerit, & ita inuenerit,beati ſunt ſerui illi. Hoc autẽ ſcitote, quòd ſi ſciſſet paterfamiliàs, qua hora fur uenturus fuerat,uigilaſſet utiq;, nec permiſiſſet perfodi domũ ſuã.Et uos igitur parati ſitis, quoniam qua hora non putatis,filius hominis ueniet.Et quæ ſequuntur. De temporibus autem,& temporum articulis fratres,non habetis neceſſe,ut ſcribã uobis. 1 Theſſ.5. Nã ipſi probè ſcitis,quòd dies Domini ſicut fur in nocte,ita uentura ſit. Et paulò poſt:Itaq; ne dormiamus,ſicut & cæteri,ſed uigilemus & ſobrij ſimus.

Quoduis tempus æſtimandum eſſe accommodum ad ſtudium eorum,quæ Deo placent.

ME uero oportet operari opera illius,qui miſit me, donec dies eſt. Itaque dile Iohan.9. cti mei,ſicut ſemper obediuiſtis, nõ in præſentia mea ſolũ, ſed nũc multo magis in abſentia mea,cum timore ac tremore ueſtram ipſorum ſalutem operemini.

DEFINITIO XIIII.

B Non eſſe commiſcenda incõuenientia, ſed cuiuſque eorũ quæ uel fiunt, uel dicuntur,proprium tempus cognoſcendum.

TVNC acceſſerunt ad eum diſcipuli Iohannis dicentes: Quare nos & phariſæi Matth.9. crebrò ieiunamus,diſcipuli uero tui nõ ieiunãt? Et dixit illis Ieſus: Nõ poſſunt filij ſponſi lugere,donec apud eos eſt ſponſus. Venient autẽ dies, quãdo auferetur ab eis ſponſus,& tunc ieiunabũt in illis diebus &c. Itaq; fratres,nõ ſumus ancillæ filij Gal.4. ſed liberæ. In libertate itaq;,qua liberati eſtis,ſtate, & ne rurſus iugo ſeruitutis implicemini. DEFINITIO XV.

Non eſſe neglectis proprijs ſperandum in aliorum rectè facta.

FACITE igitur fructus pœnitentia dignos, & ne ſitis hoc animo , ut dicatis Matth.3. intra uos ipſos:Patrem habemus Abraham.

DEFINITIO XVI.

Nihil prodeſſe,ſi quis habitet cum illis,qui Deo placent,animũ uero ſuum nõ repurget,etiamſi foris uideatur ſimilitudinem cum illis ſeruare.

TVNC aſſimilabitur regnum cœlorum decem uirginibus,quæ acceptis lampadibus ſuis, egreſſæ ſunt obuiam ſponſo. Quinque autem ex eis erant pruden- Matth.25. tes,& quinque ſtultæ. Quæ quidem ſtultæ,acceptis lampadibus ſuis,non ſumpſerunt ſecum oleum. Prudentes autem acceperunt oleum in uaſis ſuis cum lampadibus.Et paulò poſt de ſtultis ſubiungitur:Domine Domine,aperi nobis. Ille uero reſpondens dixit: Dico uobis,non noui uos. Dico uobis, in ea nocte duæ erunt Luc.21. in lecto uno,una aſſumetur,& altera relinquetur.Et reſpondẽtes dixerunt ei: Vbi Domine? Ille autem dixit eis: Vbi cadauer,ibi congregabuntur & aquilæ.

DEFINITIO XVII. C

Quomodo ſit præſens tempus ex indicijs per ſcripturã oſtenſis cogno
ſcendũ,quale ſit,ut res noſtras cõpetenter ad illius rationẽ diſponamus.

Math.24. A FICV autem diſcite parabolam, quando iam ramus illius tener eſt,& folia enata ſunt,ſcitis propè eſſe æſtatem. Ita & uos,quãdo uidebitis hæc omnia, ſcitote, quòd prope ſit præ foribus. Luc.12. Quando nubem uidetis ab occaſu orientem, ſtatim dicitis: Tempeſtas uenit, & fit ita:& quando auſtrum flantem uidetis, dicitis: Æſtus erit,& fit.Hypocritæ,faciem terræ ac cœli probare nõſtis,hoc uero tempus quomodo nõ probatis? 1 Cor.7. Tempus contractũ eſt,reliquũ eſt,ut qui uxores habent, ſint tanquam non habentes,& qui flent,tanquam non flentes,& qui gaudent,tanquam non gaudentes, & qui emunt, tanquam non retinentes, & qui utuntur hoc mundo,tanquam non abutentes. Præterit enim figura huius ſeculi.

DEFINITIO XVIII.

Mandata Domini ita eſſe facienda, ſicut Dominus illa præcepit,ob id
quòd qui in modo operandi offendit,etiamſi uideatur facere,quod
mandatum eſt,reprobus tamen eſt coram Deo.

Luc.14. DIXIT autem & ad eum qui ſe uocauerat: Quando facis prandium aut cœnã ne uoces amicos tuos,neque fratres tuos, neque cognatos tuos,neque uicinos diuites,nequando & illi te uiciſſim uocent,& fiat tibi retributio,ſed quando facis conuiuium,uoca pauperes,debiles,claudos,cæcos; & beatus eris: quoniã iſti nõ habent, quod tibi rependant.Retribuetur autẽ tibi in reſurrectione iuſtorum.

Mandatum Dei non eſſe faciendum ſtudio placendi hominibus, aut aliquo alio affectu,ſed ubique ſeruandum eſſe ſcopum,ut Deo placeamus,illumq́ glorificemus. D

Math.6. ATTENDITE ne eleemoſinam ueſtram faciatis coram hominibus,ut ſpectemini ab illis,alioqui mercedem non habetis apud patrem ueſtrum qui in cœlis eſt.Quãdo igitur eleemoſinam facis, ne tuba canas coram hominibus,ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis & plateis,ut glorificentur ab hominibus. Amen dico uobis, acceperunt mercedem ſuam,& cætera. 1 Cor.10. Siue itaque manducetis, ſiue bibatis, ſiue aliud quid faciatis,omnia ad gloriã Dei facite. Sed quemadmodum probati ſumus à Deo,ut crederetur nobis Euangelium,ita loquimur,non tanquam hominibus placentes,ſed Deo,qui probat corda noſtra. Neq; enim unquam in ſermone adulatorio fuimus, ſicut ſcitis, neq; in prætextu auaritiæ, Deus eſt teſtis, neq; quærentes ab hominibus gloriam,neq; à uobis,neq; ab alijs.

Mandata Dei facienda eſſe cum bona conſcientia,& bono erga Deum
& homines affectu,quod qui non ita faciat,condemnatus ſit.

Math.23. VAE VOBIS ſcribæ & Phariſæi hypocritæ, quoniam mundatis quod extra poculum eſt & patinam,intus uero plena ſunt rapina & intemperantia. Phariſæe cæce,munda primum quod intus eſt in poculo & patina,ut & quod extra eſt mundum ſit. Rom.12. Qui dat in ſimplicitate. Omnia facite ſine murmurationibus, ac diſceptationibus, finis uero mandati eſt dilectio, ex corde puro & conſcientia bona. Habens fidem & bonam conſcientiam, quam quidam repulerunt, & circa fidem naufragium paſſi ſunt.

Quòd

A Quòd ab animi ſynceritate erga ea quæ modicá ſunt, iuſtificetur, & in maioribus retributionis iudicium.

EVGE ſerue bone & fidelis, in modicis fidelis es, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium domini tui. Et paulò poſt: Habenti enim dabitur, & abundabit: ab eo uero qui non habet, & quod habet, auferetur. Si igitur in Mammona iniquo fideles non fueritis, quod uerum eſt, quis concredet uobis? Etſi in alieno fideles nõ fueritis, quod ueſtrum eſt, quis dabit uobis? *Matth. 25.*

Mandata Dei facienda eſſe inſatiabili deſiderio, & ita, ut ſemper ad maiora properetur.

BEATI eſurientes & ſitientes iuſtitiã. Ego fratres me ipſum nondũ arbitror apprehendiſſe, unũ uero hoc, quæ poſt tergũ ſunt oblitus, ad anteriora uero cõtendens, iuxta ſcopum perſequor, brabium ſupernæ uocationis in Chriſto Ieſu. *Matth. 5. Phil. 3.*

Ita mandata Dei facienda eſſe, ut quantum in faciente eſt, illuminentur omnes, & Deum glorificent.

VOS eſtis lux mundi. Non poteſt abſcondi oppidũ ſupra montẽ poſitũ. Neq; accendunt lucernã, & ponunt ſubtus modiũ, ſed ſuper candelabrũ, & lucet omnibus qui ſunt in domo. Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant opera ueſtra bona, & glorificent patrẽ ueſtrum qui in cœlis eſt. Nemo lucernã accenſam uaſe operit, aut ſubtus lectũ ponit, ſed ſupra candelabrũ, ut qui ingrediuntur, lumẽ uideant. Vt ſitis ſynceri & inoffẽſi in diẽ Chriſti, repleti fructibus iuſtitię, per Ieſum Chriſtũ, ad gloriã & laudem Dei. *Matth. 5. Luc. 8.*

DEFINITIO XIX.

B Non eſſe impediendũ eũ, qui uoluntatẽ Dei, ſiue iuxta mandatũ Dei, ſiue iuxta rationẽ mandato conſentaneã, neq; etiã ei qui illam facit, ſufferendos eſſe prohibentes, etiam ſi germani ſint, ſed conſiſtendum in recto propoſito.

TVNC accedit Ieſus à Galilæa ad Iordanem, ad Ioannẽ ut baptizaretur ab illo. Ioannes uero prohibebat eum dicens: Ego opus habeo, ut abs te baptizer, & tu uenis ad me? Reſpondens autẽ Ieſus, dixit ad eũ: Sine modo, ſic enim decet nos adimplere omnẽ iuſtitiam, &c. Ab eo tempore cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis, quòd oporteat ipſum abire Ieroſolymam, & multa pati à ſenioribus & principibus ſacerdotũ, & ſcribis, & occidi, & tertia die excitari. Et aſſumptum ad ſe Petrus, cœpit increpare dicens: Propitius ſis tibi Domine. Nequaquam erit tibi hoc. Ille uero conuerſus, dixit Petro: Abi retro me Satana, offendiculo mihi es, quia nõ ſapis quæ Dei, ſed quæ ſunt hominum. Et attulerunt ad eũ paruulos, ut tangeret eos: Diſcipuli uero increpabant eos qui illos adferebant. Cum aũt hoc uidiſſet Ieſus indignatus eſt, ac dixit eis. Sinite paruulos uenire ad me, nec prohibete eos. Talium enim eſt regnũ cœlorũ. Cum aũt permaneremus dies complures, deſcendit Propheta quidã è Iudæa, nomine Agabus: Et cũ ueniſſet ad nos, tulit cingulum Pauli & alligãs ſibi ipſi pedes ac manus dixit. Hæc dicit ſpiritus ſanctus, uirũ, cuius eſt cingulũ hoc ita ligabunt Ieroſolymæ Iudæi, & tradent in manus Gentiũ. Cum uero iſta audiſſemus, rogabamus & nos, & qui eius loci erant, ne aſcenderet Hieroſolymã. Reſpondit autẽ Paulus: Quid facitis flentes, & affligentes cor meũ. Ego enim non ſolum ligari, ſed & mori paratus ſum pro nomine Domini Ieſu. Cum aũt nõ acquieſceret, tacuimus, dicentes, uoluntas Domini fiat. Qui & Dominum Ieſum occiderunt, & proprios Prophetas, & nos perſequuti ſunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus contrarij ſunt, prohibentes nos loqui Gentibus ut ſaluẽtur, ut impleant peccata ſua ſemper: uenit aũt in illos ira Dei in finem. *Matth. 3. Matth. 16. Marc. 10.*

Eum qui mandatũ Dei facit, nõ ex bono affectu, & tamẽ externè ſtudiũ doctrinæ Domini ſeruat, nõ eſſe prohibendũ quidem, propterea quod quantũ in ipſa cauſa eſt, nemo ex eo lęditur, aliquando autẽ & quidam nonnihil ex eo utilitatis tollunt, ſed admonendum, ut condignè ad rectè facta afficiatur. C

Math. 6. QVANDO igitur eleemoſynam facis, ne tuba canas ante te ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis & in plateis ut glorificentur ab hominibus. Amen dico uobis, acceperunt mercedem ſuam. Te uero eleemoſynam faciente neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua, ut ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & pater tuus qui uidet in abſcondito, reddet tibi in propatulo: Et de precatione ſimiliter. Reſpondit aũt illi Iohannes dicens, Præceptor, uidimus aliquẽ in nomine tuo dæmonia eijcientem, qui non ſequitur te nobiſcum, & prohibuimus eũ, quoniã non ſequitur nos. Ieſus uero dixit. Ne prohibeatis eum. Nemo enim eſt, qui cũ faciat uirtutem in nomine meo, ſtatim queat malę loqui de me. Qui enim non eſt aduerſum uos, pro uobis eſt. Nonnulli quidẽ & propter inuidiã & contentionẽ, quidam uero & propter bonam uoluntatẽ Chriſtum annuntiant: alij ex charitate, ſcientes quòd ad defenſionẽ Euangelij poſitus ſum. Alij uero Chriſtũ ex contentione annuntiant nõ purè, putantes ſe hoc pacto adflictionem addere uinculis meis. Quid autem? Dummodo quouis modo ſiue prætextu, ſiue ueritate Chriſtus annuntiatur, Et in hoc gaudeo, imò & gaudebo.

Marc. 9. Luc. 9. Phil. 1.

DEFINITIO XX.

Credentes Domino baptizandos eſſe in nomẽ patris, & filij, & ſpiritus ſancti.

Matth. ult. EVNTES docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen patris & filij & ſpiritus ſancti. Iohan. 3. Amen amen dico tibi, niſi quis naſcatur denuò non poterit uidere regnũ Dei. Et iterum. Amen amen dico tibi, niſi quis naſcatur ex aqua & ſpiritu non poterit intrare in regnum Dei. D

Quæ ſit ratio & uirtus baptiſmatis, Nẽpe, ut qui baptizatur, & mẽte & ſermone & opere alteretur, & illud fiat ſecundũ datã uirtutẽ quod eſt id unde natus eſt:

Ioan. 3. QVOD natum eſt ex carne caro eſt, & quod natũ eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt. Ne mireris, quòd dixi tibi, oportet uos naſci denuò. Spiritus ubi uult ſpirat, & uocẽ eius audis, ſed neſcis unde ueniat, & quò uadat. Ita eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu: ut moriamur quidẽ peccato, uiuamus autẽ Deo in Chriſto Ieſu. Rom. 6. Quicunq; baptizati ſumus in Chriſtũ Ieſum, in mortẽ ipſius baptizati ſumus. Conſepulti igitur illi ſumus per baptiſmũ in mortẽ, ut quemadmodum excitatus eſt Chriſtus ex mortuis per gloriã patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Si enim cõplantati facti ſumus ſimilitudine mortis ipſius, & reſurrectionis quoque erimus, hoc ſcientes, quòd uetus noſter homo unà crucifixus eſt, ut deſtruatur corpus peccati, ne ſeruiamus amplius peccato. Col. 2. Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato. In quo & circuncisi eſtis circunciſione non manu facta, dum exuiſtis corpus peccatorũ carnis, in circunciſione Chriſti, conſepulti ſimul cũ illo, per baptiſmũ, in quo & ſimul excitati eſtis per fidem operationis Dei, qui excitauit illũ ex mortuis. Gal. 3. Quicunq; enim in Chriſtũ baptizati ſumus, Chriſtum induimus. Non eſt Iudæus, nõ eſt Græcus, non eſt ſeruus, neq; liber, non eſt maſculus, neq; fœmina omnes enim uos unũ eſtis in Chriſto Ieſu. Col. 3. Exuentes ueterẽ hominẽ cũ actibus ſuis, & induentes nouũ, qui renouatur ad agnitionẽ ſecundũ imaginẽ eius, qui creauit ipſum, ubi non eſt Græcus & Iudæus, circunciſio & præputiũ, Barbarus, ſcytha, ſeruus, liber, ſed omnia & in omnibus Chriſtus.

DEFINIT. XXI

Quòd nihil utilitatis accipiat, qui ſine conſideratione rationis, iuxta quam tradi-

A traditur participatio corporis ac ſanguinis Chriſti, ad communionem acce
dit. Et quòd qui indignè accipit, condemnatus ſit.

AMEN amē dico uobis niſi mãducaueritis carnē filij hominis, & biberitis ſangui- Ioan.6.
nem eius, non habetis uitam in uobis ipſis. Et paulò pòſt. Cum autē cognouiſſet Ie-
ſus in ſe ipſo, quòd murmurarent de eo diſcipuli ſui, dixit eis, Hoc uos offendit? Si igi-
tur uidebitis filium hominis aſcendentem ubi erat prius. Caro non prodeſt quicquã
Spiritus eſt qui uiuificat. Verba mea quæ ego loquutus ſum, ſpiritus ſunt & uita. Ita- 1 Cor.11
que qui manducat panem hunc & bibit poculum hoc Domini indignè, reus erit cor-
poris ac ſanguinis Domini. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, &
de poculo bibat. Qui nanq; manducat & bibit indignè, iudicium ſibi ipſi manducat
& bibit non dijudicans corpus Domini.

Quomodo manducandũ ſit corpus Domini & ſanguis illius, ad rememo-
rationem obedientiæ Domini uſq; ad mortē, ut qui uiuunt, nõ amplius ſi-
bi ipſis uiuant, ſed ei, qui pro nobis eſt mortuus & excitatus.

ET accepto pane gratias egit, fregit ac dedit ipſis dicens: Hoc eſt corpus illud meũ Luc.22.
quod pro uobis traditur: Hoc facite in mei rememorationē. Similiter & poculo acce-
pto poſtquã cœnauit, dixit. Hoc poculum, nouũ teſtamentum eſt in ſanguine, quod
pro uobis effunditur. Quod Dominus Ieſus in ea nocte, qua tradebatur, panem ac- 1 Cor.11.
cepit, & gratijs actis fregit ac dixit, Accipite, manducate, hoc meum eſt corpus quod
pro uobis frangitur. Hoc facite in mei rememorationem. Similiter & poculum, poſt-
quã cœnauit dicēs. Hoc poculũ, nouũ teſtamentũ eſt in meo ſanguine. Hoc facite, quo
tieſcunq; biberitis, in mei rememorationē. Quotieſcunq; enim manducaueritis panē
B hunc & poculũ hoc biberitis, mortē Domini annunciate donec ueniat. Charitas enim 2 Cor.5.
Chriſti cõfringit nos, iudicãtes illud: quòd ſi unus pro omnibus mortuus eſt, ergo o-
mnes mortui fuerunt. Et pro omnibus mortuus eſt, ut qui uiuunt non amplius ſibi i-
pſis uiuant, ſed ei qui pro ipſis eſt mortuus & excitatus, ut ex multis fieret unũ corpus
in Chriſto. Panis quē frangimus, non eſt cõmunicatio corporis Chriſti? Quoniam 1 Cor.10.
unus panis, & unũ corpus multi ſumus. Omnes enim ex pane uno illo participamus.

Debere laudare Dominum, qui de ſacris participat.

VESCENtibus aũt illis, accepit Ieſus panē & poſtquã benedixit, fregit ac dedit di Matth.26.
ſcipulis, &c. Quibus ſubiungitur, Et hymno dicto, egreſſi ſunt ad montem oliuarum.

DEFINITIO XXII.

Quòd operatio & ſtudiũ peccati abalienet à domino & familiarē reddat diabolo.

AMEN amen dico uobis, quòd quiſquis peccatum facit, ſeruus eſt peccati, uos ex pa- Ioan.8.
tre diabolo eſtis, & deſideria patris ueſtri uultis facere. Cum enim ſerui eſſetis pec-
cati, liberi eratis iuſtitiæ.

Quòd familiaritas cum domino non carnali cognatione cognoſcatur, ſed
ſtudio uoluntatis Dei acquiratur.

QVI ex Deo eſt, uerba Dei audit. Et annuntiabant ei dicētes, Mater tua, & fratres Ioan.8.
tui, ſtant foris uolentes te uidere. Ipſe uero reſpondens dixit eis, Mater mea & fratres
mei hi ſunt, qui uerbũ dei audiũt & faciũt. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quę egò prę
cipio uobis. Quotquot em̃ aguntur ſpiritu dei, hi ſunt filij dei DEFINIT. XXIII. Rom.8.

Quòd qui inuitus ad peccandum trahitur agnoſcere debeat, occupari ſe
ab alio quodam peccato, antea exiſtente in ſe, cui quia ſponte ſeruit, ab illo
poſtea & ad ea impellitur, quæ non uult.

Rom.7. SCIMVS aũt legẽ eſſe ſpiritalem. Ego uero carnalis ſum, uenditus ſub peccatũ. Quod eñ operor, non agnoſco. Nõ eñ quod uolo, hoc ago, ſed quod odi, hoc facio. Si aũt quod nolo hoc facio, cõſentio legi, quòd bona ſit. Nunc uero non amplius ego operor illud, ſed inhabitans in me peccatũ. Noui autẽ, quòd nõ habitat in me, hoc eſt in carne mea, bonũ. Velle nanq; adiacet mihi: perficere uero bonũ, nõ inuenio. Nõ enim quod uolo bonum hoc facio, ſed quod nolo malũ, hoc ago. Si uero, quod nolo ego, hoc facio: non iam ego operor illud, ſed habitans in me peccatum. C

DEFINITIO XXIIII.

Non eſſe mentiendum, ſed ueritati ſtudendũ in omnibus.

Matth.5. SIT autem ſermo ueſter, eſt, eſt, non, non, Quod uero ultra hæc adijcitur, è malo eſt. Depoſito mendacio loquamini ueritatem unuſquiſque cum proximo ſuo. Ne mentiamini alius erga alium.

Non eſſe inutiles & contentioſas quæſtiones mouendas.

HAEC admone, cõteſtans eos coram Domino, ne uerbis decertẽt, quod ad nihil eſt utile, niſi ad ſubuerſionẽ audientiũ. Stultas aũt & ineruditas quæſtiones reſpue, ſciens eas generare pugnas.

DEFINITIO XXV.

Cauendũ eſſe otioſum ſermonẽ ex quo nihil eſt utilitatis, eo quòd nõ ad ædificationẽ fidei uel loqui uel facere etiã quod bonũ eſt, cõtriſtari ſit ſpiritũ Dei ſanctũ.

Matth.12. Eph.4. DICO uobis quòd de omni uerbo otioſo, quod loquuti fuerint homines, rationem reddent in die iudicij. Omnis ſermo ſpurcus ex ore ueſtro non procedat: ſed ſi quis bonus eſt, ad ædificationem fidei, ut det gratiã audientibus. Et ne cõtriſtetis ſpiritum Dei ſanctum, in quo obſignati eſtis ad diem redemptionis.

DEFINITIO XXVI. D

Quodcunq; uel uerbum uel factũ corroborandũ eſſe diuinæ ſcripturę teſtimonio, ad plerophoriam bonorũ, & confuſionem malorum.

Math.4. Act.2. ET accedens ad eũ tentator dixit, Si filius Dei es, dic ut lapides iſti panes fiant. Ipſe uero reſpondens dixit. Scriptũ eſt, Non in ſolo pane uiuet homo, ſed in omni uerbo, quod egreditur ex ore Dei. Et repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, & cœperunt loqui aliis linguis, ſicut ſpiritus ſanctus dabat illis ut loquerentur. Stupebant aũt omnes, & mirabantur alius ad aliũ dicẽtes: Quid nã uult hoc eſſe? Alij uero irridentes dicebãt, muſto repleti ſunt. Stans aũt Petrus cũ undecim extulit uocẽ ſuam, & loquutus eſt ipſis dicens. Viri Iudæi, & qui habitatis Hieroſolymã omnes, hoc uobis notũ ſit, & auribus percipite uerba mea. Non eñ ut uos ſuſpicamini, temulenti ſunt iſti. Eſt eñ hora diei tertia, Sed hoc eſt, quod dictũ eſt per Prophetã Ioël, Et erit in nouiſſimis diebus dicit Deus, effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, Et prophetabunt. &c.

Et ijs quæ uel in natura, uel uitæ noſtræ conſuetudine nota ſunt, ad confirmanda quæ facimus aut dicimus utendum eſſe.

Math.7. CAVETE autẽ à pſeudoprophetis, qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouiũ intrinſecus autẽ ſunt lupi rapaces. Ex fructibus ipſorũ cognoſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis uuã? aut de tribulis ficos? Ita omnis arbor bona facit fructus bonos, putrida uero, facit fructus malos &c. Et murmurabant ſcribæ & phariſæi aduerſus diſcipulos ipſius dicẽtes, Quare cũ publicanis & peccatoribus manducatis? Et reſpondens Ieſus dixit ad eos. Non opus habent qui ſani ſunt medico, ſed qui male habent. Nemo militans implicat ſe negotijs uictus, ut ei placeat, à quo eſt in militiam ſublectus. Si uero & certauerit quiſquam non coronatur tamen, niſi legitimè certauerit.

A DEFINITIO XXVII.

Cauendũ ne aſſimulemur his,qui alieni ſunt à doctrina Domini ſed magis imitandũ eſſe Deũ & ſanctos eius,iuxta datam nobis ab illo uirtuté.

SCITIS quòd principes gentium dominantur illis, & qui magni ſunt,poteſtatem exerceant in eas.Non ſic erit inter uos, ſed quicunque uoluerit inter uos fieri magnus, ſit ueſter miniſter: & quicunque uoluerit inter uos primus fieri, erit ueſter ſeruus. Quemadmodum filius hominis non uenit ut ſibi miniſtretur,ſed ut ipſe miniſtret,& det animã ſuam redemptioné pro multis. Ne cõfiguremini huic ſeculo,ſed trãsformemini renouatione mẽtis ueſtræ, ut probetis quæ ſit uoluntas dei.Imitatores mei eſtote,ſicut & ego Chriſti. Matth.20. Rom.12.

DEFINITIO XXVIII.

Non eſſe permittendum,ut temerè & ſine iudicio in eorum ſententiam rapiamur,qui ueritaté ſimulant & prætexunt,ſed unumquenq; cognoſcendum & æſtimandũ iuxta traditũ nobis à ſcriptura characteré. 1 Cor.11.

CAVETE uobis à pſeudoprophetis,qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouiũ, intrinſecus uero ſunt lupi rapaces. Ex fructibus eorum cognoſcetis eos. In hoc cognoſcent omnes,quòd mei diſcipuli ſitis,ſi charitaté habueritis inuicem. Quapropter notũ uobis facio,quòd nemo in ſpiritu dei loquens,dicit anathema Ieſum. Matth.7. Iohan.13. 1 Cor.12.

DEFINITIO XXIX.

Debere unumquenq; proprijs operibus profeſſioni ſuæ fidem facere.

IPSA opera quæ ego facio,teſtimoniũ perhibẽt de me,quòd pater me miſerit. Si nõ facio opera patris mei,nolite mihi credere,ſi uero facio,etiã ſi mihi non creditis,ſaltem operibus meis credite,ut cognoſcatis & credatis,quòd pater in me eſt,et ego in ipſo. Nemini ulla in re aliquã dantes offenſioné, ne uituperetur miniſteriũ, ſed in omnibus cõmendantes nos ipſos, tanquã miniſtri Dei, in multa tolerantia, in adflictionibus,&c. Iohan.5. 2 Cor.6.

B

DEFINITIO XXX.

Sacra non eſſe per prophanorũ commixtionem cõtumelia afficienda.

ET ingreſſus Ieſus in templũ Dei, eiecit omnes uẽdentes & ementes in templo, & menſas nummulariorũ ſubuertit,& cathedras uendentiũ columbas,& dixit eis: Scriptum eſt,domus mea,domus orationis uocabitur. Vos aũt feciſtis ex ea ſpelũcam latronũ. An domos non habetis ad manducandum & bibendũ? Aut eccleſiam Dei contemnitis,et pudefacitis eos qui non habent? Si uero quiſquam eſurit, domi manducet,ne ad iudicium conueniatis. Matth.21. 1 Cor.11.

Quod nomini Dei conſecratum eſt,tantiſper ut ſanctum honorandum eſſe,quamdiu in illo uoluntas Dei cuſtoditur.

IERVSALEM Ieruſalé,quę occidis prophetas,& lapidas eos qui ad te miſſi ſunt.Quoties uolui congregare filios tuos,ſicut gallina cõgregat pullos ſuos ſub alas,& noluiſti.Ecce relinquitur uobis domus deſerta. Matth.23.

DEFINITIO XXXI.

Quæ Deo conſecratis deputata ſunt,non licere inſumi in alios,niſi forſan aliquid è ſuperfluo.

ERAT mulier Græca Syrophœniſſa genere,& rogabat eum, ut dæmoniũ eijceret ex filia ſua.Ille uero reſpondit: Sine prius ſaturari filios.Non enim bonũ eſt ſumere pané filiorum,et proijcere ante catellos. At illa reſpondit ac dixit ei:Etiam domine,nam et catelli ſubter menſam edunt de micis filiorum.Et dixit ei: Propter hunc ſermonem uade,exiuit dæmonium è filia tua.

DEFINI

DEFINITIO XXXII.

Debere unicuiq; candidè reddi quod illi competit.

Lu. 20. ET INTERROGauerunt eum, dicentes: Magiſter, ſcimus quòd rectè loquẽris ac doces, nec recipis perſonam, ſed in ueritate uiam dei doces. Licet ne nobis tributum dare Cæſari, an nõ? Intellecta uerò illorum uerſutia dixit ad eos: Quid me tentatis? Oſtendite mihi denarium. Cuius habet imaginem & inſcriptionem? Reſpondentes autem dixerunt: Cæſaris. Ipſe uerò dixit eis: Reddite ergo quæ Cæſaris ſunt, Cæſari: & quæ dei, deo. Reddite igitur omnibus quæ debetis, cui tributũ, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Nemini quicquam debeatis, niſi alius alium diligatis.

Rom. 13.

DEFINITIO XXXIII.

Non eſſe dandum offendiculum.

Math. 18. QVICVNQVE offenderit unum ex his paruulis qui credunt in me, bonum eſt illi, ut ſuſpẽdatur mola aſinaria circa collum eius, & ſubmergatur in pelago maris. Et iterum: Væ homini illi, per quem offendiculum uenit. Sed hoc magis iudicate, ne quod ponatis offendiculum fratri aut lapſus occaſionem.

Offendiculum eſſe quicquid uoluntati dei contrarium eſt.

Math. 16. AB EO TEMPORE cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis, quòd oporteret ipſum abire Ieroſolymam, & multa pati à ſenioribus, & principibus ſacerdotum, & ſcribis, & occidi, ac tertia die reſurgere. Et acceptum Petrus cœpit increpare, dicens: Propitius ſis tibi Domine, nequaq̃ erit tibi hoc. Ille uerò cõuerſus dixit Petro: Abi retro me ſatana, offendiculo es mihi. Nõ enim ſapis quę dei, ſed quæ hominũ ſunt.

Reſpondendum eſſe ſiue factũ ſiue uerbũ, etiam à ſcriptura cõceſſum, quãdo alij ex ſimili ad peccatũ ędificãtur, uel à bono propoſito impediũtur. D

1. Cor. 8 DE ESV IGITUR eorum quæ ſimulacris immolãtur, ſcimus quòd nullum eſt ſimulacrum in mundo, & quòd nullus eſt deus, niſi unus. Nam tametſi ſunt qui dicantur dij, ſiue in cœlo, ſiue in terra, quemadmodum ſunt dij multi, & domini multi: at nobis unus eſt deus pater, ex quo ſunt omnia, & nos in illum. Et unus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum. Verum nõ in omnibus eſt ſcientia. Sed quidam cum conſcientia ſimulacri uſque ad hoc tempus tanquã ſimulacris immolatum edunt, & conſcientia illorum, cum ſit infirma, polluitur. Eſca uerò nos non cõmendat deo. Neque enim, ſi edamus, aliquid nobis ſupereſt, neq; ſi non edamus, quicquam nobis deeſt. Videte autem ne quando poteſtas iſta ueſtra offendiculo ſit infirmis. Nam ſi quis uiderit te, qui ſcientiam habes, in epulo ſimulacrorum accumbentem, nunquid conſcientia ipſius, qui infirmus eſt, ædificabitur ad edendum ſimulacris immolata, & peribit infirmus frater in tua ſcientia, propter quem Chriſtus eſt mortuus? Ad hunc autem modum peccantes in fratres, & percutientes infirmam ipſorum conſcientiã, in Chriſtum peccatis. Quapropter ſi eſca offendit fratrẽ meũ, non mãducabo carnes in ſeculũ, ne fratrẽ meũ offendã. An nõ habemus poteſtatẽ edẽdi ac bibendi? An nõ habemus poteſtatẽ ſororẽ mulierem circumducendi, ſicut & reliqui Apoſtoli, & fratres domini, & Cephas? Aut ego ſolus & Barnabas nõ habemus poteſtatẽ nõ operandi? Quis militat ſuis ſtipendijs unquam? Quis plantat uineam & de fructu illius nõ edit? Aut quis paſcit gregem, & de lacte gregis non edit? &c.

1. Cor. 9.

Ad hoc ne offendatur quiſquã faciendũ eſſe etiã quod neceſſariũ non eſt.

Cum

A CVM autem ueniſſent Capernaum,acceſſerunt ad Petrum qui didragma acci- piebant,& dixerunt:Præceptor ueſter nō ſoluit didragma? Dicit,etiã.Et cũ ingreſſi eſſent domũ,præuenit cũ Ieſus dicens:Quid tibi uidetur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributa aut cenſum? à filijs ſuis,an ab alienis? Dicit ei Petrus:Ab alienis.Dicit illi Ieſus:Ergo liberi ſunt filij. Ne aũt illis ſimus offendiculo,profectus ad mare,mitte hamum,& cum piſcem qui primus aſcenderit,tolle,& aperto ore illius,inuenies ſtaterem, hunc acceptum,da ipſis pro me & te. Math. 17.

In ijs quæ placita dei concernunt,etiamſi offendãtur nõnulli, conſtantem eſſe oſtendendam fiduciam.

NON quod intrat in os,impurum reddit hominem,ſed quod egreditur ex ore hoc impurũ reddit hominẽ.Tunc accedentes diſcipuli eius,dixerũt illi:Noſti Phariſæos audito hoc ſermone offenſos eſſe? Ille uero reſpondens,dixit:Omnis plãtatio quã non plantauit pater meus cœleſtis,eradicabitur.Omittite eos,cæci ſunt,duces cæcorũ.Si uero cæcus dux fuerit cæco,ambo in foueã cadent. Amen amẽ dico uobis, niſi mãducaueritis carnẽ filij hominis & biberitis ſanguinẽ eius, nõ habetis uitã in uobis ipſis.Et paulò poſt: Ex eo multi diſcipulorũ ipſius abierunt retro,& nõ amplius cũ illo ambulabant.Dixit igitur Ieſus ad duodecim: Nũ & uos uultis abire? Quoniã Chriſti bonus odor ſumus Deo in ijs qui ſeruantur, & in ijs qui pereũt. Alijs quidẽ odor mortis ad mortem, alijs uero odor uitæ ad uitam. Et ad iſta quis idoneus? Math. 15. Ioan. 6. 2. Cor. 2.

DEFINITIO XXXIIII.

Quòd quiſq; in ſua menſura debeat alijs typum bonorum proponere.

DISCITE à me quoniã mitis ſum & humilis corde. Noui enim promptitudinem animi ueſtri,quã de uobis iactó apud Macedones,quod Achaia parata ſit ab anno ſuperiore. Et ueſter zelus prouocauit cõplures. Et uos imitatores mei facti eſtis & Domini,ſuſcipientes ſermonem in afflictione multa cũ gaudio ſpiritus ſancti ut facti ſitis typi omnibus credentibus in Macedonia & Achaia. Math. 11. 2. Cor. 9. 1. Theſſ. 1.

B

DEFINITIO XXXV.

Quòd qui fructum ſancti ſpiritus in aliquo uidentes,qui pietati ubique æquabiliter correſpondeat, nõ ſancto ſpiritui, ſed contrario illum adſcribunt, in ipſum ſanctum ſpiritum blaſphemiam cõmittant.

TVNC oblatus eſt ei dæmoniacus, cæcus & mutus, & curauit eũ,ita ut mutus & cæcus & loqueretur & uideret,& ſtupebant omnes turbæ ac dicebant. Non eſt hic filius Dauid? Phariſæi uero cum audiſſent dixerunt. Hic non eijcit dæmonia niſi in Beelzebul principe dæmoniorum. Cum autem ſciret Ieſus cogitationes eorum dixit eis.Et paulò poſt.Si uero in ſpiritu Dei eijcio dæmonia,igitur peruenit ad uos regnum Dei.Quibus conſequenter ſubiungit.Quapropter dico uobis, Omne peccatum & conuitium remittetur hominibus,conuitium uero ſpiritus non remittetur hominibus.Et quicunq; dixerit uerbum cõtra filium hominis,remittetur illi. Quicunq; uero dixerit contra ſpiritum ſanctum, non remittetur illi, neque in præſenti ſeculo neque in futuro. Math. 12.

DEFINITIO XXXVI.

Suſcipiendos eſſe ad gloriam Domini cum omni ſtudio & honore,qui formam doctrinæ Domini cuſtodiunt. Qui uero illos nec audit nec ſuſcipit,hunc eſſe condemnatum.

A & oborta adflictione uel perſequutione propter ſermonē,ſtatim offenditur. Itaq; fratres mei,firmi ſitis & immoti,abūdantes in opere Domini ſemper. Admiror q; tam citò transferamini ab eo,qui uocauit uos in gratia Chriſti,ad aliud euangeliū. 1.Cor.15. Galat.1.

DEFINITIO XL.

Non eſſe tolerandos eos, qui aliter docent, etiam ſi ueritatem prætexant, ad ſeductionem & argumentum inconſtantium.

VIDETE ne quis uos ſeducat. Multi enim uenient in nomine meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus, & multos ſeducent. Cauete à ſcribis, qui uolunt ambulare in ſtolis, & affectant ſalutationes in foris, & primas cathedras in ſynagogis, & primos accubitus in conuiuijs, qui deuorant domos uiduarum, & prætextu prolixè orant. Iſti accipient grauius iudicium. Sed etiam ſi nos, aut angelus è cœlo euangelizauerit uobis præterquàm quod uobis euangelizauimus, anathema ſit. Sicut antea diximus, & nunc iterum dico. Si quis uobis euangelizauerit,præterq; quòd accepiſtis,anathema ſit. Mat.24. Marc.12. Gal.1.

DEFINITIO XLI.

Amputandum eſſe quicquid offendiculum parit, etiā ſi ſit familiariſſimū quid,& ſummè neceſſarium.

VAE homini illi,per quem offendiculū uenit. Si uerò te pes tuus uel manus tua te offendit,excide ea,& abijce abs te. Bonum eſt tibi ut ingrediate uitā claudus aut mutilus, potius quàm quòd duos pedes aut duas manus habēs proijciare in ignē æternum.Et ſi oculus tuus offendiculo tibi eſt,crue illum,& proijce abs te. Mat.18.

Parcendum eſſe fide infirmioribus,curandumq; ut ad perfectionem promo B ueantur. Parcendum autem ita ut nō negligatur aliquod mandatum dei.

CALAMVM conquaſſatum nō confringet, & linū fumigans non extinguet, donec eijciat ad uictoriam iudiciū, & in nomine illius gentes ſperabūt. Infirmum autem fide ſuſcipite. Quòd ſi præoccupatus fuerit homo aliquo delicto, uos qui ſpiritales eſtis, inſtruite talem in ſpiritu manſuetudinis, conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris.Alter alterius onera portate,& ſic adimplebitis legem Chriſti. Mat.12. Rom.14. Galat.6.

DEFINITIO XLII.

Non eſſe putandum quòd ad deſtructionem legis uel prophetarum uenerit Chriſtus,ſed ad impletionem,& perfectiorum adiectionem.

NOLITE putare quòd uenerim ad deſtruendum legem aut prophetas.Non ueni ad deſtruendum, ſed ad implendum. Legem igitur deſtruimus fide? Abſit. Sed legem potius ſtabilimus. Math.5. Rom.3.

DEFINITIO XLIII.

Sicut lex nobis malos actus prohibet,ita Euangelium cohibere occultos animæ prauos affectus.

AVDISTIS quod dictum eſt antiquis: Ne occidas. Quiſquis autē occiderit, obnoxius erit iudicio. Ego uerò dico uobis, quòd quiſquis iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa,obnoxius erit iudicio. Neque enm Iudæus eſt,qui in manifeſto eſt,neq; circūciſio eſt,quę in manifeſto in carne eſt:ſed Iudęus eſt,qui in occulto eſt:& circūſio eſt,quæ cordis eſt,in ſpiritu,nō litera,cuius laus non ex hominibus, ſed ex deo eſt. Mat.5. Rom.2.

Quemadmodum lex quod ex parte eſt exigit, ita Euangelium requirere quod in una quaque uirtute perfectum eſt.

X Omnia

Math 19. OMNIA quæ habes uende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, C
Coloſſ. 2. & ueni, ſequere me. In quo & circuncisi eſtis circuncisione nõ manufacta, dum exuiſtis corpus peccatorum carnis per circuncisionem Chriſti.

Impoſſibile eſſe ut regnum cœlorum acquirant, qui non maiorem ea quæ in lege eſt, Euangelicam iuſtitiam oſtendunt.

Math. 5. Phil. 3. NISI abundauerit iuſtitia ueſtra plus quàm ſcribarum & phariſæorum, nõ intrabitis in regnum cœlorum. Si quis alius uidetur fiduciam habere in carne, ego magis circuncisus octauo die, ex genere Iſraël, tribus Beniamin, Ebræus ex Ebręis, ſecundum legem Phariſæus, iuxta zelum perſequutus eccleſiam, & ſecundum iuſtitiam, quæ in lege eſt, factus irreprehenſibilis. Sed quæ mihi lucra erant, ea propter Chriſtum damnum arbitror. Quinetiã arbitror omnia damnũ eſſe propter eminentiam cognitionis Ieſu Chriſti Domini noſtri, propter quem omnia pro damnis duxi, & reiectamenta eſſe arbitror, ut Chriſtum lucrifaciam, & inueniar in illo nõ habens meam iuſtitiam, quæ eſt ex lege, ſed eam quę eſt per fidem Chriſti, quę ex deo eſt iuſtitia.

DEFINITIO XLIIII.

Iugum Chriſti eſſe cõmodum, & onus eius leue, ad refocillationem eorum qui illud ſuſcipiunt. Viciſſim uerò grauia & oneroſa omnia, quæ ab Euãgelica doctrina aliena ſunt.

Math. 11. VENITE ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego refocillabo uos. Tollite iugũ meũ ſuper uos, & diſcite à me, quoniã mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus ueſtris. Iugũ enim meũ cõmodum eſt, & onus meũ leue.

DEFINITIO XLV. D

Impoſſibile eſſe, ut ex regno cœlorum digni fiant, qui paruulorum æqualitatem inter ſe non imitantur.

Math. 18. AMEN DICO uobis, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, haudquaquam intrabitis in regnum cœlorum.

Debere eum in hac uita humilitatem & poſtremas affectare, qui cupiat maiorem in regno cœlorum acquirere gloriam.

Math. 18. 19. QVISQVIS igitur humiliauerit ſemetipſum, ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cœlorũ. Sed quicũq; uoluerit fieri magnus inter uos, erit ueſter miniſter: & quicũq; uoluerit fieri inter uos primus, erit omniũ ſeruus. Nihil per contentionẽ aut inanis gloriæ ſtudiũ, ſed per animi humilitatẽ alius aliũ eminẽtiorẽ ſe iudicãtes.

DEFINITIO XLVI.

Quòd ex ratione & conſequentia collationis maius exigamur ſtudium in maioribus, quàm id quod quod præſtamus in minoribus.

Luc. 13. VNVSQVISQVE ueſtrum ſabbato nõne ſoluit bouem ſuum aut aſinum à præſepi, & ducit aquatũ? Hanc autem filiã Abrahæ, quam ligauit ſatanas, ecce decem & octo annis, nõ oportebat ſolui ab hoc uinculo die ſabbati? Dixit autem pa-
Luc. 18. rabolam illis ad hoc facientem, quòd oporteat ſemper orare, nec deficere. Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui deum non timebat, nec hominem aliquem reuerebatur. Erat autem & uidua quædam in ea ciuitate, & ueniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduerſario meo. Et nolebat aliquandiu. Poſtea uerò dixit in ſeipſo: Etiam ſi deum nõ timeo, nec hominem reuereor, quia tamen mihi moleſta eſt hæc

uidua,

A uidua,uindicabo eam,ne perpetuò ueniẽs ſugillet me. Dixit autem Dominus: Audite quid iudex iniquus dicat. Deus autem nõ faciet uindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe nocte ac die? Nemo qui militat implicat ſe negotijs uictus, ut ei placeat à quo eſt in militiam ſublectus. Etiam ſi certauerit quis, non coronabitur, niſi legitimè certauerit. 2.Tim.2.

Quòd ex collatione eorum qui ex fide ac certo deſiderio in minoribus timorem ac diligentiã oſtendunt, grauius condemnantur qui maiora contemnunt ac negligunt.

REGINA auſtri ſurget in iudicio cũ uiris generationis huius,& condẽnabit eos, quoniam uenit à finibus terrę audire ſapientiã Salomonis:& ecce plus quàm Salomon eſt hic. Viri Niniuitę ſurgẽt in iudicio cum generatione hac, & cõdemnabunt eam,quoniã reſipuerunt ad prædicationem Ionæ. Et ecce plus quàm Ionas eſt hic. Matth.12. Luc.11.

DEFINITIO XLVII.

Non eſſe theſaurizandum in terra,ſed in cœlo: & quomodo theſaurizandum ſit in cœlo.

NE COLLigatis uobis theſauros in terra, ubi erugo & tinea corrumpit, & ubi fures perfodiunt ac furantur. Sed colligite uobis theſauros in cœlo,ubi neq; erugo,neq; tinea corrumpit,neq; fures perfodiunt, neq; furantur. Vendite quæ poſſidetis,& date eleemoſynã. Facite uobis ſacculos,qui nõ ueteraſcunt,theſaurum nõ deficientem in cœlis. Quæcunq; habes,uẽde,& da pauperibus,& habebis theſaurum in cœlis,ut libenter tribuant & communicent,ac reponãt ſibi ipſis theſauri loco bonum fundamentum ad futurum,ut apprehendant ueram uitam. Matth.6. Luc.11. 1.Tim.6. Matth.19.

B DEFINITIO XLVIII.

Quòd miſericors debeat eſſe liberalis ad cõtribuendum eo quòd accuſantur qui tales non ſunt.

BEATI miſericordes, quoniã miſericordiam cõſequentur. Omni petenti abs te dato. Alieni à charitatis affectu,immiſericordes. Qui cum dei iuſtitiã cognouerint, quòd qui talia faciunt,digni ſunt morte. Vt libenter tribuant & cõmunicent. Matth.5. Rom.1. 1.Tim.6

Quòd quicquid mẽſurã neceſſariorũ ad uitã excedit,ad beneficentiã erogari debeat iuxta mandatũ Domini, qui & omnia dedit quæ habemus.

QVI HABET duas tunicas, impertiat non habenti, & qui habet eſcas,faciat ſimiliter. Quid enim habes quod non accepiſti? Veſtra abundantia ſubleuet illorum inopiã,ut & illorũ abundantia ſubleuet ueſtram inopiã, ut fiat æqualitas,ſicut ſcriptum eſt: Qui multum,non abundauit,& qui modicum,nihilo minus habuit. Luc.3. 2.Cor.8.

Non eſſe ſectandas diuitias, ſed paupertatem iuxta ſermonem Domini.

BEATI PAVperes, quoniam ueſtrum eſt regnum dei. Væ uobis diuitibus. Quoniam recepiſtis hic conſolationem ueſtram. Profunda paupertas illorum exuberauit in diuitias ſimplicitatis ipſorũ. Qui uerò uolũt diteſcere, incidunt in tentationem,& laqueum,& deſideria multa ſtulta & noxia, quæ demergunt homines in exitiũ,ac perditionem. Radix enim omnium malorũ eſt àuaritia, quam quidam affectantes aberrauerunt à fide, & ſeipſos implicuerunt doloribus multis. Luc.6. 2.Cor.8. 1.Tim.6.

Non eſſe cogitandum de abundantia eorum quæ ad uictum faciunt,neq; de ſaturitate,neque de luxu & profuſione, ſed expurgandum eſſe omne genus auaritiæ ac cultus.

Luc.12. VIDETE & cauete uobis ab omni auaritia. Quoniã nemo uitam habet in abũ C
dantia in ijs quę poſſidet. Ornare ſeipſas nõ tortis crinibus, aut auro, aut margari-
1.Tim.2. tis aut ueſtitu ſumptuoſo. Habẽtes alimẽta & quibus tegamur, his cõtenti erimus.

Quòd nõ proprię neceſſitatis gratia debeamus eſſe ſoliciti, neq; ſpem ponere in ea quæ ad præſentem uitam nobis iam in promptu ſunt, ſed deo curam rerum noſtrarum committere.

Matth.6. NON POTESTIS Deo ſeruire & Mammonæ. Quapropter dico uobis: Ne ſolliciti ſitis animæ ueſtræ quid edatis, & quid bibatis, neque corpori ueſtro quibus induamini. Nunquid anima pluris eſt q̃ eſca, & corpus pluris quàm indumẽtum? Reſpicite ad uolatilia cœli, quoniã non ſerunt, neq; metũt, neq; colligunt in horrea. Et pater ueſter cœleſtis paſcit illa. Non uos illis multo eſtis meliores? Quis autẽ ex uobis ſolicite cogitans poterit addere ſtaturæ ſuæ cubitum unum? Et de indumẽto quid ſoliciti eſtis? Conſiderate lilia agri, quomodo creſcant. Non laborant, neque nent. Dico autem uobis, neq; Salomon in omni gloria ſua ueſtitus fuit ſicut unum ex illis. Si uerò gramen agri, quod hodie eſt, & cras in clibanũ mittitur, deus ſic ueſtit, non multo magis uos, modicæ fidei? Ne ſitis igitur ſolliciti dicentes: quid edemus? quid bibemus? aut quo operiemur? Nam hæc omnia gentes requirunt. Nouit enim pater ueſter cœleſtis, quòd his omnibus opus habetis. Quærite uerò primum regnum dei & iuſtitiam eius, & iſta omnia adijciẽtur uobis. Ne ſitis itaq; ſoliciti de craſtino: craſtinus enim dies ſui ipſius curam habebit. Sufficit diei ſua moleſtia. Hominis cuiuſdam diuitis ager largos fructus attulit, & cogitauit in ſeipſo dicens: Deſtruam horrea mea, & ampliora ędificabo, colligamq́; in illa omnes meos prouentus, & bona mea, ac dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona repoſi- D
1.Tim.6. ta in annos multos, requieſce, ede, bibe, gaude, &c. Diuitibus huius ſeculi præcipe, ne ſuperbiant, néue ſpem poſuiſſe uelint in diuitias incertas, ſed in deum, qui exhibet nobis omnia opulentè ad fruendum.

Neceſſitatem fratrum curandam eſſe iuxta uoluntatem Domini.

Matth.25. VENITE benedicti patris mei, poſſidete regnum paratũ uobis ab initio mundi. Eſuriui nanq;, & dediſtis mihi cibum: ſitiui, & potâſtis me: peregrinus fui, & collegiſtis me: nudus, & operuiſtis me: infirmus fui, & uiſitâſtis me: in cuſtodia fui, & ueniſtis ad me. Et paulò pòſt: Amen dico uobis, quatenus feciſtis uni ex his fratri-
Ioan.6. bus meis minimis, mihi feciſtis. Cum ergo leuâſſet oculos Ieſus, & uidiſſet ad ſe uenire multam turbam, dicit ad Philippum: Vnde ememus panes, ut manducent
1.Cor.16. iſti? &c. De collatione uerò in ſanctos, quemadmodum ordinaui eccleſijs Galatię, ita & uos facite. In una ſabbatorum apud ſeipſum quiſque ueſtrum reponat, colligens quicquid commodum fuerit, ne cum uenero tunc collationes fiant.

Operandũ eſſe illi qui corporis uiribus ualet ad hoc, ut dare poſſit neceſſitatẽ patiẽtibus. Qui enĩ operari nõ uult, dignus iudicatus eſt, qui nõ edat.

Matth.10. DIGNVS EST operarius cibo ſuo. Omnia oſtendi uobis, quòd ita laboran-
Act.10. tes oporteat ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe uerborum Domini, quòd ipſe dixerit, beatius eſſe dare quàm accipere. Qui furabatur, iam non furetur amplius, imò
Epheſ.4. magis laboret operãdo manibus ſuis quod bonum eſt, ut habeat quod impertiat
1.Theſ.ultim. neceſſitatem patienti. Cum eſſemus apud uos, hoc præcipiebamus uobis, quòd ſi quis nollet operari, is neque ederet.

DEFINI

A DEFINITIO XLIX.

Non licere iudicio contendere, neque de ijs quæ corpori ad contegendum ſunt neceſſaria.

QVI TE percuſſerit in dextram maxillam, ei præbe & alteram. Et ab eo qui aufert tibi pallium, & tunicam quoq; ne prohibeas. Omni petēti abs te dato & ab eo, qui quæ tua ſunt aufert, ne repetas. Audet quis negotium habens aduerſus alterum iudicio contendere ſub iniuſtis, & non ſub ſanctis? Et paulò pòſt: Itaq; iam quidem omninò culpabiles eſtis, quòd iudicio contenditis inter uos ipſos. Quare non potius iniuriam patimini? Quare non potius damnum ſuffertis? Sed uos iniuriam & damnum infertis, idq; fratribus. Luc.6. 1.Cor.6.

Non licere Chriſtiano pugnacē eſſe, aut ſeipſum ulciſci, ſed cū omnibus, ſi fieri queat, in pace uiuere iuxta mandatum Domini.

AVDISTIS dictum eſſe antiquis: Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Matth.5.
Ego autem dico uobis, nolite reſiſtere malo, ſed quicunq; te percuſſerit in dexterā maxillam, obuerte illi & alteram, &c. Dilectionem habete inter uos, ſed & in pace uiuite inter uos ipſos. Nemini malum pro malo reddentes, procurantes quæ honeſta ſunt coram omnibus hominibus. Si fieri poteſt, quantum in uobis eſt, cum omnibus hominibus in pace uiuentes, nō ulciſcentes uos ipſos dilecti, ſed date locū iræ. Seruum autem Domini non oportet pugnare, ſed mitem eſſe erga omnes. Rom.12. 2.Tim.2.

Non eſſe ſumendam uindictam de eo qui iniuriā intulit, ne alterius quidem gratia, cui facta eſt iniuria.

TVNC ACceſſerunt & iniecerunt manus in Ieſum, & tenuerunt eum. Et ecce
B unus eorum qui cum Ieſu erant extendens manum, euulſit gladium ſuum, & percutiens ſeruum principis ſacerdotum, amputauit illi auriculam. Dicit autem ei Ieſus: Conuerte gladium tuum ad locum ſuum. Quoniam quicunq; gladium uſurpant, gladio peribunt. Et miſit nuntios ante faciem ſuam. Et profecti uenerūt in uicum Samaritanorum, ut pararent illi, & non receperunt ipſum, ob id quòd facies eius erat euntis Hieroſolymam. Cum autē id uidiſſent diſcipuli eius Iacobus & Ioannes, dixerūt: Domine, uis dicamus ut ignis de cœlo deſcēdat, & cōſumat eos, ſicut Elias fecit? Conuerſus uerò increpauit eos, & profecti ſunt in alium uicum. Matth.26. Luc.14.

DEFINITIO L.

Et alios ad amicitiam quæ in Chriſto eſt conciliandos eſſe.

BEATI PAcifici, quoniam ipſi filij dei uocabuntur. Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Matth.5. Ioan.14.

DEFINITIO LI.

Curandum eſſe ut primum noſtra delicta, quæcunque illa ſint, emendemus, & tunc demum alios incuſemus.

QVID AVTEM uides feſtucam in oculo fratris tui, trabem uerò quæ in oculo tuo eſt, non conſideras? Aut quomodo dicis fratri tuo, permitte ut eximam feſtucam ex oculo tuo, & ecce trabes in oculo tuo. Hypocrita, ejce primum trabem ex oculo tuo, & tunc perſpicies, ut ejcias feſtucam ex oculo fratris tui. Quapropter inexcuſabilis es ô homo, quiſquis es, qui iudicas. In quo enim iudicas alium, teipſum condemnas. Nam eadem facis quæ iudicas. Scimus autem quòd iudicium Dei eſt ſecundum ueritatem in eos qui talia agunt. Putas autem hoc, ô ho- Matth.7. Rom.2.

mo, qui iudicas talia faciẽtes, & ipſe eadem facis, quòd tu ſis euaſurus iudicium dei? C

DEFINITIO LII.

Non eſſe negligendos eos qui peccant, ſed eorum gratia mœrendum & lugendum.

Luc.19. ET VT APpropinquauit, uidens ciuitatem, fleuit ſuper illa, dicens: Quoniam ſi cognouiſſes & tu, & quidem in hac die, quæ ad pacem tuam: nunc autem ab-

1.Cor.5. ſconditũ eſt ab oculis tuis, quòd uenturi ſunt dies, &c. Omninò auditur inter uos fornicatio, & talis fornicatio, quę ne inter gẽtes quidẽ nominatur, ita ut aliquis uxorem patris habeat. Et uos inflati eſtis, & non potius luxiſtis, ut tolleretur de medio

2.Cor.12. ueſtri, qui facinus hoc perpetrauit. Ne denuò, ubi uenero ad uos, humiliet me deus meus, & lugeam multos eorum qui ante peccauerunt, & nondum reſipuerunt.

Non eſſe tacendum erga eos qui peccant.

Matth 18. SI VERO PECcauerit in te frater tuus, increpa eum, &c. Nec communicate

Epheſ.5. operibus infrugiferis tenebrarum, ſed magis redarguite.

Nulla alia ratione habendum eſſe commercium cum peccatoribus, quàm ut ad reſipiſcentiã, quouis modo poſſibile fuerit citra peccatũ, reuocẽtur.

Matth.9. ET ECCE multi publicani & peccatores, qui uenerant, diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis ipſius. Et cum uidiſſent hoc Phariſæi, dixerunt diſcipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus mãducat magiſter ueſter? Ieſus uerò cum audiſſet, dixit illis: Non opus habent medico qui ſani ſunt, ſed qui male habent. Euntes autem diſcite quid ſit illud: Miſericordiam uolo, & non ſacrificium. Non enim ueni

Luc.15. uocare iuſtos, ſed peccatores. Erant autem appropinquantes illi omnes publicani & peccatores, ut audirent eũ. Et murmurabant Scribæ & Phariſæi, dicentes: Quoniam hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Dixit autem ad eos parabolam hanc, dicens: Quis ex uobis eſt, qui cum habeat centum oues, ſi unam ex illis perdiderit, non relinquat nonaginta nouem in deſerto, & eat ad quærendum perditam, D

2.Theſ ultim. donec illam inueniat? &c. Si uerò quis non obedierit ſermoni noſtro, per epiſtolam hanc, notate, nec commercium habete cum illo, ut pudore ſuffundatur. Et non

2.Cor.2. ut inimicum reputate, ſed admonete ut fratrem, &c. Si uerò quiſquam contriſtauit, non me contriſtauit, niſi ex parte, ne grauem uos omnes. Sufficit ei qui eiuſmodi eſt, iſta increpatio, quæ facta eſt à pluribus, adeò, ut è diuerſo magis condonare debeatis & conſolari, ne qua abundantiore triſtitia abſorbeatur, qui talis eſt.

Auerſandos eſſe, qui poſt omnimodam erga ſe curam adimpletam in malitia ſua perſeuerant.

Math.18. SI PECCAVERIT in te frater tuus, uade, argue illum inter te & ipſum ſolũ. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si uerò non audierit, aſſume tecum unum aut duos, ut in ore duorum aut trium teſtium ſtet omne uerbum. Si uerò & iſtos non audierit, dic eccleſiæ. Si autem & eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.

DEFINITIO LIII.

Non licere Chriſtiano acceptæ iniuriæ memoriam retinere, ſed oportere illum ex corde remittere ijs qui in ſe peccârunt.

SI NON REmiſeritis hominibus peccata ipſorum, neque pater ueſter cœleſtis remittet uobis errata ueſtra. Si uerò remiſeritis illis errata ipſorum, remittet & uobis pater ueſter cœleſtis.

DEFI-

A

DEFINITIO LIIII.

Eorum gratia quæ à ſcriptura conceſſa ſunt, non licere ut alius aliũ iudicet. *Matth.7.*

NOLITE IVdicare, ne iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. *Luc.6.* Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. *Rom.14.* Alius quidem credit ueſcendum eſſe quibuſlibet, alius uerò, qui infirmus eſt, oleribus ueſcitur. Qui ueſcitur, non ueſcentem ne contemnat: & qui non ueſcitur, ueſcentem ne iudicet. Deus enim illum aſſumpſit. Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Domino ſuo ſtat aut cadit. Siſtetur autem. Potens enim deus eſt, ut ſiſtat eum. Alius quidem iudicat inter diem & diem, alius uerò iudicat omnem diem. Quiſque in ſenſu ſuo certus ſit. Qui curat diem, Domino curat: & qui non curat diem, Domino non curat. Et qui ueſcitur, Domino ueſcitur. Gratias enim agit Deo. Et paulò pòſt: Itaque quiſque ueſtrum de ſeipſo rationem reddet Deo. Ne poſthac igitur alius alium iudicemus amplius. (Liquet autem in talibus, quòd ex iſtis & Euangelica dicta declarentur.) *Coloſſ.2.* Ne uos igitur quiſquam iudicet in cibo, aut in potu, aut in die feſti, aut nouiluniȷ, uel ſabbatorũ, quæ ſunt umbra rerum futurarũ.

Non eſſe dijudicandum aut hæſitandum in ȷȷs, quæ à ſcriptura conceſſa ſunt.

BEATVS QVI non iudicat ſeipſum in eo, quod probat. Qui uerò dijudicat, *Rom.14.* ſi ederit, condemnatus eſt, quia non ex fide. Quicquid autem non eſt ex fide, peccatum eſt. Si mortui eſtis cum Chriſto ab elementis mundi, quid uelut uiuentes *Coloſſ.2.* in mundo decretis tenemini? ne tangas, neq; guſtes, neq; contrectes, quæ omnia corruptioni ſunt obnoxia, iuxta mandata & doctrinas hominum.

B

Non eſſe iudicandum de obſcuris & incertis.

ITAQVE Nolite iudicare ante tempus, donec uenerit Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit unicuique à Deo.

Non eſſe iudicandum ex perſonarum reſpectu.

SI CIRCVNciſionem accipit homo in ſabbatho, ut non ſoluatur lex Moſis, *Ioan.7.* mihi quid indignamini, quòd totum hominem ſanum feci in ſabbatho? Ne iudicetis ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate.

Quòd non debeamus condemnare quenquam, niſi prius coram conſtituti diligenter cauſam ipſius cognouerimus, etiam ſi multi ſint accuſatores.

DICIT NICODEMVS, qui uenerat ad eum noctu, unus ex ipſis. An lex *Ioan.7.* noſtra iudicat hominem, niſi audierit primum ab ipſo, & cognouerit quid faciendum ſit? Et cum dies complures ibi commorarentur, Feſtus cauſam Pauli ad regem retulit, dicens: Vir quidam uinctus à Felice relictus eſt, de quo cum ueniſſem Hieroſolymam, ſignificârunt mihi principes ſacerdotum & ſeniores Iudæorũ, poſtulantes contra illum ſententiam. Quibus reſpondi, non eſſe Romanis id conſuetudinis ut per gratiam donent aliquem hominẽ, prius quàm is qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores, locumq́; defendendi ſe accipiat de crimine.

DEFINITIO LV.

Sciendum & confitendum eſſe, cuiuſque boni gratiam, & ipſam quoq; adflictionum pro Chriſto tolerantiam à Deo eſſe.

Ioan.3. NON POTEST homo accipere quicquam, niſi ſit illi datum è cœlo. Quid C
1.Cor.4. autem habes quod non acceperis? Gratia nanque ſaluati eſtis per fidem. Et hoc
Epheſ.2. non ex uobis: Dei enim donum eſt nō ex operibus, ne quis glorietur, & hoc à deo. Quia uobis datum eſt pro Chriſto, ut non ſolum credatis in illum, ſed & pro ipſo patiamini, idem certamen habentes, &c.

Non eſſe obticenda beneficia dei, ſed gratias illorum nomine agendas.

PRECABATVR autem ipſum uir, à quo egreſſa erāt dæmonia, ut eſſet cum eo. Dimiſit autem illum Ieſus, dicens: Reuertere in domum tuam, & narra quæ ti-
Luc.17. bi fecit Deus. Et abijt in totam ciuitatem prædicans quæ feciſſet ſibi Ieſus. Et cum ingrederetur in quendam uicum, occurrerūt illi decem leproſi, qui ſtantes procul, extulerunt uocem, dicentes: Ieſu præceptor, miſerere noſtri. Et cum uidiſſet, dixit illis: Profecti oſtendite uos ſacerdotibus. Et factum eſt ut cum abirent, mundati ſunt. Vnus uerò ex ipſis cum uidiſſet ſe curatum eſſe, reuerſus eſt cum magna uoce glorificans deum, & procidit in faciem ante pedes ipſius, gratias ei agens. Et hic erat Samaritanus. Reſpondens autem Ieſus, dixit. Nunquid decem mundati ſunt? Nouem uerò ubi ſunt? Non ſunt inuenti qui redirent, & Deo gloriam darent, niſi
1.Tim.4. hic alienigena. Et dixit illi: Surge & uade, fides tua ſaluauit te. Gratia Dei ſum id quod ſum. Omnis creatura dei bona eſt, & nihil abijciendum quod cum gratiarum actione ſumitur.

DEFINITIO LVI.

Perſiſtendum eſſe in precationibus & uigilijs.

Matth.7. PETITE, ET dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur uobis.
Luc.18. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur, &c. Di- D
xit autem illis & parabolam ad hoc facientē, quòd ſemper oporteat orare, nec de-
Luc.21. ficere, dicens: Iudex quidam erat in ciuitate quadam, &c. Cauete uobis, ne quando grauentur corda ueſtra crapula, & ebrietate, & curis huius uitæ, & ueniat ſuper uos repentè dies illa. Nam ſicut laqueus ueniet ſuper omnes, qui habitant in ſuperficie uniuerſæ terræ. Vigilate itaque in omni tempore, precantes, ut digni habeamini, qui effugiatis quæcunque futura ſunt, & ſtetis ante filium hominis. In precatione preſeuerantes, uigilantes in illa cum gratiarum actione. Semper gaudete, indeſinenter orate.

Primum & de illis, quæ quotidie ad corporis neceſſitatem uſurpamus, deo reddendam eſſe gratiarum actionem, & tum demum ſumēdum.

ET CVM accepiſſet quinque panes & duos piſces, gratijs actis fregit, & dedit diſcipulis ſuis: diſcipuli uerò turbę. Cum autem iſta dixiſſet, accepit panem, & gra-
1.Tim.4 tias egit deo coram omnibus, & cum fregiſſet, cœpit edere. Omnis creatura dei bona eſt, & nihil abijciendum, ſi cum gratiarum actione ſumatur.

Cauendum eſſe multiloquium in oratione, ne corruptibilia & indigna deo petantur.

Matth.6. ORANTES VERO, nolite eſſe multiloqui, ſicut Ethnici. Putant enim quòd in multiloquio ſuo exaudiātur. Nolite ſimiles illis eſſe. Nouit enim pater ueſter cœleſtis quibus opus habeatis, antequàm ipſum petatis. Et uos nolite quærere quid edatis, aut quid bibatis, neque in ſublime tolli. Nam hæc omnia gentes mundi inquirunt. Pater autem ueſter nouit quòd iſtis opus habetis.

Quomo-

A Quomodo ſit orandum,& in qua animæ diſpoſitione.

PATER noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomẽ tuũ,adueniat regnũ tuum, fiat uoluntas tua,&c. Primũ aũt quærite regnũ Dei,& iuſtitiã eius. Quando ſtatis ad orandũ,remittite,ſi quid habetis aduerſus aliquẽ. Volo igitur uiros orare in omni loco,extollentes puras manus ſine ira & diſceptationibus. Matth.6. Marc.11. 1 Timoth.2.

Quòd debeamus orare,alius pro alio,& pro ijs,qui uerbo ueritatis præſunt.

DIXIT autem Dominus: Simon Simon. Ecce Satanas petijt,ut liceat cribrare uos ſicut triticum. Ego autem rogaui pro te,ne deficiat fides tua. Orantes in omni tempore in ſpiritu ,& ad ipſum uigilantes ſemper in omnibus, cum ſedulitate & precatione,pro omnibus ſanctis & pro me,ut detur mihi ſermo in apertionẽ oris mei, ut cum fiducia notum faciam myſteriũ Euangelij , pro quo legatione fungor in catena,ut in eo cũ fiducia loquar,ſicut oportet me loqui. Cæterũ orate pro nobis,ut ſermo domini currat & glorificeẽt in omnibus,quẽadmodũ & apud uos. Luc.22. Eph.6. 2 Theſſ.3.

Orandum eſſe & pro inimicis.

ORATE pro ijs,qui calumniam uobis ſtruunt,& perſequuntur uos,ut ſitis filij patris ueſtri qui in cœlis eſt. Matth.6.

Non licere uiro,ut tecto capite oret,uel prophetet,neq; mulieri, ut nudo capite oret.

VOLO autẽ ſcire uos,quòd omnis uiri caput Chriſtus eſt,caput uero mulieris uir,caput autem Chriſti,Deus. Omnis uir orãs, aut prophetans,habens aliquid in capite, ignominia afficit caput ſuũ. Omnis uero mulier orãs aut prophetans nudo capite,ignominia afficit caput ſuum,&c. 1 Cor.11.

B

DEFINITIO LVII.

Non eſſe ſuperbiendum cuiquam in proprijs uirtutibus,nec alios contemnendos.

DIXIT autem ad quoſdam, qui in ſe ipſos confidebant,quòd eſſent iuſti,& contemnebant reliquos,parabolam hanc: Duo homines aſcendebant in templũ, ut orarent,unus phariſæus, alter publicanus: phariſæus ſtans apud ſeipſum , hæc orabat : Deus,gratias ago tibi, quòd non ſum ſicut cæteri homines, raptores, iniuſti , adulteri , aut etiam ſicut iſte publicanus. Ieiuno bis in Sabbato,decimas do de omnibus,quæ poſſideo. Et publicanus procul ſtans,nolebat nec oculos ad cœlum attollere,ſed percutiebat pectus ſuum dicens : Deus, propitius eſto mihi peccatori . Dico uobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam,magis quàm ille. Quiſquis enim ſeipſum exaltauerit,humiliabitur, & qui ſe ipſum humiliauerit,exaltabitur. Luc.18.

DEFINITIO LVIII.

Non eſſe putandum,quòd donum Dei pecunijs,aut alia conſimili ratione acquiratur.

CVM aũt uidiſſet Simon,quòd per impoſitionẽ manuũ Apoſtolicarũ daretur ſpiritus ſanctus,attulit illis pecunias dicẽs: Date & mihi iſtã poteſtatẽ,ut cuicũq; manus impoſuero,ſpiritũ ſanctũ accipiat. Petrus uero dixit ad eũ : Argentũ tuũ tecũ ſit ad perditionẽ: quoniã donũ dei putaſti pecunijs acquiri. Nõ eſt tibi pars neque ſors in hac cauſſa. Cor enim tuũ non eſt rectum corã Deo. Reſipiſce igitur ab iſta malitia tua, & deprecare Dominũ , ſi remittatur fortè tibi cogitatio iſta cordis Act.8.

tui

A ritis? Væ uobis phariſæis, quoniam affectatis primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foris. Neque enim unquam in ſermone aſſentationis fuimus, ſicut ſcitis, neq; in occaſione auaritiæ, deus eſt teſtis, neq; quærentes gloriam ab hominibus, neq; à uobis neq; ab alijs. Cum autem factũ eſſet, ut ingrederetur Petrus, obuiam ei progreſſus Cornelius, ac procidens ad pedes eius, adorauit eum. Petrus uerò erexit eum, dicens: Surge. Nam & ego ipſe homo ſum. Quodam autem die Herodes indutus ueſte regia, ſedit pro tribunali, & concionabatur. Populus uerò acclamabat: Dei uox, non hominis. Eueſtigio autem percuſſit eum angelus Domini, pro eo quod non dediſſet gloriam Deo, & eroſus a uermibus, expirauit. *1. Theſ. 2.* *Act. 10.* *Act. 12.*

DEFINITIO LX.

Quòd, cũ chariſmata ſpiritus ſint differentia, & nequeat unus omnia accipere, neq; omnibus idem eſſe chariſma, oporteat unnũquenq; manere in eo quod accepit, & omnes inter ſe per charitatem Chriſti concordes eſſe, ita ut qui minus habet chariſmatum collatione eminentioris, animũ non deſpondeat, & qui maior eſt, minorẽ non contẽnat, ob id quòd qui inter ſe diuiſi ſunt ac diſſidentes digni ſunt qui diſſipentur.

OMNE regnũ diuiſum aduerſus ſeipſum, deſolabitur, & omnis ciuitas, aut domus diuiſa aduerſus ſeipſam, non ſtabit. Si uerò uos inuicem mordetis & uoratis, uidete ne à uobis ipſis inuicem conſumamini. Non autem pro iſtis tantum rogo, ſed & pro illis qui credituri ſunt per ſermonem eorum in me, ut omnes unum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipſi in nobis unum ſint. Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una, & neque unus quicquam eorum quæ habebat, ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Dico enim per gratiam quæ data eſt mihi, cuiuis exiſtenti inter uos, ne ſapiatis ultra quàm oportet ſapere, ſed ſapiatis ad modeſtiã, ſicut unicuiq; deus impartitus eſt menſuram fidei. Quemadmodum enim in uno corpore mẽbra multa habemus, membra uerò omnia nõ eundem actum habent, ita multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli uerò alter alterius membrum. Habentes autem dona ſecundum datam nobis gratiam uaria, &c. Obſecro autẽ uos per nomẽ Domini Ieſu Chriſti, ut idem dicatis omnes, & non ſint inter uos ſchiſmata, ſitis uerò perfecti in eadem mente, & in eadem ſententia. Quemadmodum enim corpus unũ eſt, membra uerò habet multa, omnia autem membra corporis unius, cum multa ſint, unum tamen corpus ſunt, ita & in Chriſto. Etenim in uno ſpiritu omnes nos in unũ corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue Græci, ſiue ſerui, ſiue liberi &c. Vt idẽ ſentiatis omnes, eandem charitatem habentes, unanimes, unũ ſentientes, nihil ſecundũ contentionem, aut inanis gloriæ ſtudium facientes, ſed per animi humilitatem alius alium ſe eminentiorem iudicantes. Non quiſq; quæ ſua ſunt ſpectantes, ſed ſinguli quæ ſunt aliorum. *Math. 12.* *Ioan. 17.* *Act. 4.* B *Rom. 12.* *1. Cor. 12* *1. Cor. 1.* *1. Cor. 12.*

DEFINITIO. LXI.

Quòd non debeamus cõtemnere cooperarios gratiæ Domini, uilitatẽ eorum reſpicientes. Nam in illis potiſſimum beneplacitum eſt deo.

CONFITEOR tibi pater, Domine cœli ac terræ, quod abſcõderis hæc à ſapiẽtibus & prudentibus, & reuelaris ea paruulis. Etiam pater, quoniã ſic fuit bona uoluntas coram te. Et cum ueniſſet in patriam ſuam, docuit eos in ſynagoga ipſorũ, ut ſtuperent ac dicerẽt: Vnde iſti hæc ſapientia, & iſtæ uirtutes? Nonne hic eſt fabri filius? *Math. 11.* *Math. 13.*

filius? Nonne mater ipſius dicitur Maria? Et fratres ipſius Iacobus, & Ioſes, & Si- C
mon, & Iudas? Et ſorores eius,nonne omnes apud nos ſunt? Vnde igitur iſti hæc
omnia? Et offendebantur in illo. Ieſus uerò dixit eis: Non eſt propheta ſine ho-
nore,niſi in patria ſua & in domo ſua.Et non fecit ibi multas uirtutes propter incre
dulitatem ipſorum. Videte enim uocationem ueſtram fratres,quoniam non mul
1.Corint.1. ti ſapientes ſecundum carnem,non multi potentes,non multi nobiles,ſed quæ ſtul
ta ſunt mundi elegit deus, ut pudefaciat ſapientes, & quæ infirma ſunt mũdi elegit
deus,ut pudefaciat fortia,& ignobilia mundi & abiecta elegit deus, & quæ nõ ſunt,
ut quæ ſunt obliteret,ne glorietur ulla caro coram deo.

DEFINITIO LXII.

Eos qui crediderunt deo,& baptizati ſunt, mox inſtituẽdos eſſe ad ferendas tẽtationes, easq; ab ipſis domeſticis illatas uſq; ad mortem ob id quòd qui ad iſta paratus nõ eſt,repentina ingruẽte calamitate facilè cõcutiatur.

ET BAPtizatus Ieſus aſcẽdit ex aqua. Et ecce aperti ſunt illi cœli,& uidit ſpiritũ
Math.3. dei deſcendentem inſtar columbæ,& uenientẽ ſuper ſe.Et ecce uox de cœlis dicens:
Hic eſt filius meus dilectus,in quo mihi bene cõplacitum eſt. Tũc Ieſus ſubductus
eſt in ſolitudinẽ à ſpiritu, ut tentaretur à diabolo. Ecce ego mitto uos ſicut oues in
Math.10. medio luporũ.Sitis ergo prudentes ſicut ſerpẽtes,& ſimplices ſicut columbæ.Ca-
uete autem ab hominibus. Tradent enim uos ad conſilia, & in ſynagogis ſuis fla-
gellabunt uos, & ad præſides ac reges ducemini propter me, in teſtimoniũ ipſis &
gentibus. Et paulò pòſt: Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium,
& inſurgent liberi in parentes,& morte afficient eos. Et eritis odio omnibus homi-
nibus propter nomen meum. Qui uerò ad finem uſque perſeuerauerit,ſaluus erit. D
Et qui non accipit crucem ſuam,& ſequitur me,non eſt me dignus. Hæc loquutus
Ioan.16. ſum uobis, ne offendiculum patiamini. E ſynagogis ſuis excludent uos. Sed uenit
hora,ut quiſquis interficiat uos,putet ſe cultum præſtare deo.Et hęc facient uobis,
quoniam non nouerunt patrem neq; me,&c. Qui uerò ſupra petram,hi ſunt,qui
Luc.8. quando audiunt, cum gaudio ſuſcipiunt uerbum,& iſti radicem nõ habent, qui ad
tempus credunt,& in tempore tentationis recedũt. Nolo uos ignorare,fratres,tri-
2.Cor.1. bulationem noſtrã,quę facta eſt nobis in Aſia,quoniam ſupra modũ & uires gra-
uati fuimus, ita ut de uita deſperauerimus, quin ipſi in nobiſipſis ſentẽtiã mortis iã
latam habebamus,ne eſſemus confidentes in nobipſis, ſed in deo,qui excitat mor-
tuos. Omnes enim qui uolunt piè uiuere in Chriſto Ieſu,perſequutionẽ patiẽtur.

2.Tim.3. Neminem debere ſeipſum in tentationes conijcere ante tẽpus diuinę promiſſionis,ſed orare potius,ne incidat in tentationem.

AD HVNC itaq; modũ orate:Pater,noſter qui es in cœlis,ſanctificetur nomẽ
tuum, ueniat regnum tuum, & paulò pòſt: & ne inducas nos in tentationem, ſed
Math.6. libera nos à malo. Et uerſabatur Ieſus poſt hæc in Galilæa.Non enim uolebat in
Iudæa uerſari,quoniam quęrebant ipſum Iudæi interficere.Erat autem propè dies
Ioan.7. feſtus Iudæorum Scenopegia. Dixerunt igitur ad eum fratres ipſius: Tranſi hinc,
& uade in Iudæam,ut & diſcipuli tui uideant opera quæ facis. Nemo enim in occul
to facit aliquid, & quærit ipſe palam eſſe. Si hæc facis, manifeſta teipſum mundo.
Neq; enim fratres ipſius credebant in eum. Dicit igitur eis Ieſus: Tempus meum
nondum adeſt. Tempus uerò ueſtrum ſemper paratum eſt. Nõ poteſt uos odiſſe

mundus.

A mundus. Me autem odio proſequitur, quoniam ego teſtor de illo, quòd opera ipſius mala ſint. Vos aſcendite ad diem feſtum hunc, ego nondum aſcendam ad hoc feſtum, quoniam tempus meum nondum adimpletum eſt. Cum hæc autem illis dixiſſet, manſit in Galilæa. Vbi autem aſcendiſſent fratres eius, tunc & ipſe aſcẽdit ad diem feſtum, non manifeſtè, ſed uelut in occulto. Surgentes autem orate, ne incidatis in tentationem. *Matth.26.*

Declinandos eſſe ad tempus eos, qui nobis inſidiãtur. Si qui uerò diuina permiſſione inciderint in tentationem, eos debere per orationem petere, & exitum tentationis ut poſſint perferre pro uoluntate dei.

SI QVANDO perſequuti uos fuerint de ciuitate una, fugite in aliam. Phariſæi uerò conſilium ceperunt aduerſus illum egreſſi, quomodo ipſum perderent. Ieſus uerò cum hoc cognouiſſet, receſſit illinc. Ab illo itaq; die conſultabant, quomodo occiderent eum. Ieſus igitur nõ amplius uerſabatur palàm inter Iudæos. Et poſitis genibus orabat, dicens: Pater, ſi uis, transfer hoc poculũ à me, ueruntamen non mea uoluntas, ſed tua fiat. Tentatio uos non apprehendit, niſi humana. Fidelis autem eſt deus, qui non ſinet uos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione & exitum, ut poſſitis ſuſtinere. *Matth.10.* *Luc.22.* *1.Cor.10.*

Quòd oporteat Chriſtianum in tentationibus cõſtitutum in ſingulis obiectis memorem eſſe eorũ, quæ in diuina ſcriptura ad propoſitum dicta ſunt, atq; ita & ſeipſũ illæſum cõſeruare, & aduerſariorũ conatus iritare.

TVNC IESVS ſubductus eſt in ſolitudinem à ſpiritu, ut tentaretur à diabolo. Et cum ieiunaſſet quadraginta dies & quadraginta noctes, tandem eſuriit. Et accedens ad eum tentator, dixit: Si filius dei es, dic ut lapides iſti panes fiant. Ille uerò reſpondens dixit: Scriptum eſt, quoniã nõ in ſolo pane uiuet homo, ſed in quocũque uerbo quod egreditur ex ore dei. &c. *Matth.4.*

DEFINITIO LXIII.

Chriſtianum non debere in tentationibus meticuloſum & anxiũ eſſe, nec fluctuare in fiducia erga deum, ſed confidentem eſſe tanquam deo præſente, & res ſuas diſponente, contraq; quoſuis corroborante, ſimulq; & ſpiritu ſancto docente, quid reſpondendum ſit aduerſariis.

NE METVATIS uobis ab illis, qui corpus occidunt, animam autem nõ poſſunt occidere. Metuite potius eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in geenna. Nonne duo paſſerculi aſſe minuto uæneunt? Et ex illis nec unus cadet ſuper terram ſine patre ueſtro. Veſtri uerò & capilli capitis omnes connumerati ſunt. Ne timeatis igitur: uos multis paſſerculis pluris eſtis. Quando uerò adduxerint uos ad ſynagogas, & ad magiſtratus, & poteſtates, ne ſitis ſoliciti, quomodo, aut quid reſpondeatis, aut quid ſitis dicturi. Spiritus enim ſanctus docebit uos eadem hora, quæ oporteat loqui. Et facta eſt procella uenti magna: fluctus uerò irruebant in nauim, ita ut illa iam impleretur. Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiẽs, & excitant eum, dicuntq; illi: Præceptor, nõ eſt tibi curæ, quòd perimus? Et excitatus increpauit uentum, & dixit mari: Tace, obmuteſce. Et quieuit uentus, & facta eſt tranquillitas magna. Et dixit illis: Quid adeò timidi eſtis? Quomodo non habetis fidẽ? Exurgens autem princeps ſacerdotum, & qui cum ipſo erant, quæ eſt hæreſis Sadducæorum, repleti ſunt zelo, & iniecerũt manus ſuas in apoſtolos, & poſuerunt eos *Matth.10.* *Luc.12.* *Marc.4.* *Act.5.*

DEFINITIO LXVII.

Alienum eſſe ab ijs,qui de reſurrectione mortuorum certò perſuaſi ſunt, contriſtari propter eos,qui obdormierunt.

SEQVEBATVR autem illum multitudo magna populi & mulierum, quæ plangebant,& lamentabantur eum. Conuerſus uerò dixit ad eas: Filiæ Ieruſalem, nolite flere ſuper me. De illis autem qui dormierunt,nolo uos ignorare fratres,ne contriſtemini ſicut & cęteri qui ſpem nõ habent. Si enim credimus quòd Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit, ita & deus eos qui dormierunt per Ieſum adducet cum eo. Luc.23.

DEFINITIO LXVIII.

Non eſſe expectandum ut præſentes ſeculi proprietates poſt reſurrectionem quoq; futuræ ſint, ſed ſciendum angelicam in futuro ſeculo fore uitam,& nullis defectibus obnoxiam.

RESPONDENS uerò Ieſus,dixit eis: Filij huius ſeculi nubunt & nuptum elocant: qui uerò digni habebuntur futuro ſeculo, & reſurrectione ex mortuis, neque nubunt,neque nuptum dant, neque enim mori amplius poſſunt. Nam ſunt pares angelis,& ſunt filij dei, exiſtentes filij reſurrectionis. At,dicet quiſpiam,quomodo reſurgent mortui? Cum quo corpore uenient? Stulte,tu quod ſeminas nõ uiuificatur,niſi primũ moriatur,& quod ſeminas,nõ corpus quod naſcetur ſeminas, ſed nudum granum,utpote tritici,aut alicuius ex cęteris. Deus uerò dat illi corpus ſicut uoluit. Et paulò pòſt: Ita & reſurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione,excitatur in incorruptione: ſeminatur in ignominia, excitatur in gloria: ſeminatur in imbecillitate,excitatur in uirtute: ſeminatur corpus animale, excitatur corpus ſpirituale. Luc.20. 1.Cor.15.

DEFINITIO LXIX.

Quæ coniunctim uetentur,& ſententiam comminationis accipiant.

EX CORDE enim egrediuntur cogitationes malæ, cædes,adulteria, fornicationes,furta,falſa teſtimonia,blaſphemiæ: hæc ſunt quæ impurum reddunt hominem. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi cibum: ſitiui, & non dediſtis mihi potum: peregrinus fui,& non collegiſtis me: nudus,& non operuiſtis me: infirmus & in carcere, & non uiſitáſtis me. Væ uobis diuitibus, quoniam recepiſtis conſolationem ueſtram. Væ uobis,qui ſaturati eſtis, quoniam eſurietis. Væ uobis qui ridetis nunc, quoniam lugebitis ac flebitis. Væ quando bene de uobis loquuti fuerint omnes homines. Cauete autem uobis ipſis, ne quando grauentur corda ueſtra crapula,& ebrietate, & curis huius uitæ, & ueniat ſuper uos repentè dies illa. Et ſicut non probauerunt deum habere in cognitione, tradidit illos deus in reprobam mentem, ut facerent ea quæ non conueniunt, repletos omni iniuſtitia, fornicatione, auaritia,malitia,&c. Illud enim non mœchaberis, non occides, non furaberis,non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum, &c. Ne erretis: neque fornicatores, neque ſimulacrorum cultores, neque adulteri, neque molles,neque maſculorum concubitores,neque auari, neque ebrij,neque conuitiatores,neque rapaces regnum Dei conſequentur. Ne quo pacto lis, zeli,excandeſcentiæ, contentiones, detractiones,ſuſurri,inflationes, diſſidia. Manifeſta uerò ſunt opera carnis, quæ quidem ſunt adulterium,ſcortatio,immunditia,laſciuia,ſimulacrorum cultus, Matth.15. Matth.25. Lu.6. Luc.21. Rom.1. Rom.13. 1.Cor.6. Galat.5.

ueneficiũ,inimicitiæ,lis,æmulationes,excādeſcentiæ, cōtentiones,ſeditiones,hære- C
ſes,inuidia,cædes,ebrietates,comeſſationes,& quæ iſtis ſunt ſimilia,de quibus prę-
dico uobis,ſicut & prædixi,quòd qui talia faciunt, regnum dei non conſequentur.
Ne ſitis inanis gloriæ cupidi,inuicem alius alium prouocantes,inuicem inuidentes.
Omnis amaritudo,& excandeſcentia,& ira,& uociferatio,& blaſphemia tollatur à
uobis cum omni malitia. Scortatio uerò, & omnis immũditia, aut auaritia,nec no-
Epheſ.5. minetur inter uos, ſicut decet ſanctos. Et turpitudo, & ſtultiloquium, aut urbani-
tas, quæ non conueniunt. Mortificate igitur membra ueſtra, quæ ſunt ſuper ter-
ram: fornicationem,immunditiam, affectionem,concupiſcentiam prauam,& aua-
ritiam,quæ eſt ſimulacrorũ cultus,propter quæ uenit ira dei in filios diffidentiæ.
Nunc uerò deponite & uos omnia,iram,excandeſcentiam,malitiam, blaſphemiā,
1.Tim.1. turpiloquium ex ore ueſtro.Ne mentiamini inuicem. Sed iniuſtis,& immorigeris,
impijs & peccatoribus,irreuerẽtibus & prophanis,patricidis & matricidis,homici-
dis,ſcortatoribus,maſculorum concubitoribus,plagiarijs,mendacibus,periuris, &
ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur,quæ eſt ſecundum Euangelium gloriæ be-
1.Tim.4. ati Dei,quod mihi cōcreditum eſt. In poſterioribus temporibus deficient quidā
à fide,attendentes ſpiritibus impoſtoribus,& doctrinis dæmoniorum, in hypocri-
ſi falſiloquorum, cauterio notatam habentium conſcientiam, prohibentium con-
trahere matrimonium, iubentium abſtinere à cibis quos deus creauit ad ſumendũ
cum gratiarum actione fidelibus, & ijs qui ueritatem cognouerunt. Si quis aliter
docet,& nō accedit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti,& doctrinæ quæ
eſt ſecundum pietatem, inflatus eſt, nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones &
uerborum pugnas, ex quibus naſcitur inuidia, contentio, blaſphemia, ſuſpiciones D
malæ,conflictationes ſuperuacaneę hominum mente corruptorum,& quibus ad-
empta eſt ueritas, qui putant quæſtum eſſe pietatem. Segregate ab his, qui tales
2.Tim.3. ſunt. In poſtremis diebus inſtabunt tempora periculoſa. Erunt enim homines ſui
amantes, auari, arrogantes,ſuperbi, blaſphemi, parentibus inobedientes, ingrati,
impij,charitatis affectu deſtituti,neſcij fœderis,detractores,intemperantes, immi-
tes,negligentes bonorum,proditores,præcipites,inflati,uoluptatum amantes ma
gis quam Dei,habentes formam pietatis,uirtutem autem eius abnegātes. Et iſtos
Tit.3. auerſare. Eramus enim & nos aliquando inſipientes,immorigeri,errantes,ſerui-
entes deſiderijs & uoluptatibus uarijs,in malitia & inuidentia degentes, odioſi, in-
uicem odio proſequentes.

Quæ coniunctim decernantur,& quæ benedictionis pro-
miſſionem habeant.

Math.5. BEATI PAVPERES ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati
qui lugent,quoniam ipſi conſolabuntur.Beati mites,quoniam ipſi terram hæredi-
tabunt.Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam,quoniam ipſi ſaturabuntur. Beati mi-
ſericordes,quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Beati mundi corde, quoni-
am ipſi Deum uidebunt. Beati pacifici, quoniam ipſi filij Dei uocabuntur. Beati
qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnũ cœ-
rum. Beati eſtis quando probris uos affecerint, & perſequuti fuerint,& dixerint o-
mne malum uerbum aduerſum uos mentientes,propter me, Gaudete & exultate,
Matth.25. quoniam merces ueſtra multa eſt in cœlis. Venite benedicti patris mei, poſſidete

A regnum paratum uobis ab initio mūdi. Eſuriui enim,& dediſtis mihi cibum: ſiti-
ui,& potáſtis me: peregrinus fui, & collegiſtis me: nudus, & operuiſtis me: infir
mus fui, & uiſitâſtis me: in carcere fui, & ueniſtis ad me. Siue qui miniſtrat in Rom.12.
miniſterio, ſiue qui docet in doctrina, qui hortatur in exhortatione, qui impertit
in ſimplicitate, qui præeſt in ſtudio, qui miſeretur in hilaritate, dilectio ſine ſimu
latione, odientes malum, adhærentes bono, per fraternam charitatem mutuam,
alius in alium amicè affecti, per reuerentiam alius alium ſibi præferentes, ſtudio
non pigri, ſpiritu feruentes, Domino ſeruientes, ſpe gaudentes, in tribulatione pa
tientes, precationibus incumbentes, neceſſitatibus ſanctorum communicantes,
hoſpitalitatem ſectantes. Bene loquamini de illis qui uos perſequuntur: bene lo
quamini, & nolite maledicere. Gaudete cum gaudētibus, & flete cum flentibus,
idipſum inuicem ſentientes, non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. Ne
ſitis prudentes apud uoſmetipſos, nemini malum pro malo reddentes, procu-
rantes bona coram omnibus hominibus. Si poſſibile eſt, quantum in uobis eſt,
cum omnibus hominibus in pace uiuentes, non uoſmetipſos ulciſcentes dilecti,
ſed date locum iræ. Scriptum enim eſt: Mihi uindictam, ego retribuam, dicit Do
minus. Sed ſi eſurit inimicus tuus, ciba illū: ſi ſitit, potū da illi. Noli uinci à malo,
ſed uince in bono malū. Nemini prorſus ullam aliqua in re dantes offenſionē, ne 2.Cor.6.
uituperetur miniſteriū: ſed in omnibus cōmendantes uoſmetipſos tanquā dei mi
niſtri, in multa tolerantia, in adflictionibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in pla-
gis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in uigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in
ſcientia, in animi lenitate, in comitate, in ſpiritu ſancto, in dilectione non ſimula-
B ta, in ſermone ueritatis, in potentia Dei, per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris,
per gloriam & ignominiam, per malam famam & bonam famam, quaſi ſedu-
ctores, & ueraces: quaſi ignoti, & cogniti: quaſi morientes, & ecce uiuimus: qua-
ſi caſtigati, & non occiſi: quaſi contriſtati, ſemper uerò gaudentes: quaſi paupe-
res, multos autem locupletantes: quaſi nihil habentes, & omnia poſſidentes. Cæ 2.Cor.ultim.
terum fratres ualete, integri eſtote, conſolationem habete, unanimes eſtote, in pa
ce uiuite. Fructus uerò ſpiritus eſt dilectio, gaudium, pax, animi lenitas, comitas, Galat.5.
bonitas, fides, manſuetudo, continentia, caſtitas. Obſecro igitur uos ego uin- Epheſ.4.
ctus in Domino, ut dignè ambuletis uocatione, qua uocati eſtis, cum omni animi
humilitate & manſuetudine, cum animi lenitate, tolerantes uos inuicem in dile-
ctione, ſtudentes ſeruare unitatem ſpiritus in uinculo pacis. Vnum corpus, & u-
nus ſpiritus, ſicut & uocati eſtis in una ſpe uocationis ueſtræ. Sitis igitur erga
uos inuicem comes, miſericordes, condonantes uobis ipſis, ſicut & deus in Chri
ſto condonauit uobis. Eſtote itaque imitatores Dei, tanquam filij dilecti, & am-
bulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro no-
bis oblationem & hoſtiam deo in odorem bonæ fragrantiæ. Si qua igitur con- Phil.2.
ſolatio in Chriſto, ſi qua communio ſpiritus, ſi qua uiſcera & miſerationes, im-
plete gaudium meum, ut idem ſentiatis omnes, eandem dilectionem habentes,
unanimes, unum ſentientes, nihil ex contentione aut inani gloria. Quod reliquū Phil.4.
eſt fratres, quæcunq; ſunt uera, quæcunq; ſunt honeſta, quæcunq; iuſta, quæcun
que caſta, quæcunque amica, quæcunq; boni nominis, ſi qua uirtus, ſi qua laus,

hæc cogitate, quę & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, & uidiſtis in me, hæc agite. C

Coloſſ. 3. Si ergo conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt in dextera dei ſedēs, quæ ſurſum ſunt ſapite, nō quæ ſuper terram. Mortui enim eſtis, & uita ueſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo. Induite igitur tanquā electi dei ſancti & dilecti uiſcera miſerationū, comitatem, animi humilitatem, manſuetudinem, animi lenitatē erga omnes homines. Ebr. 13. Charitas fraterna maneat, hoſpitalitatis nolite obliuiſci. Per hanc enim quidā ignorantes ſuſceperunt angelos. Memores eſtote uinctorum, tanquam ſimul uincti, adflictorum, uelut & ipſi in corpore exiſtentes. Honorabiles nuptiæ in omnibus, & torus immaculatus: fornicatores autē & adulteros iudicabit deus. Mores ſint ſine auaritia, contenti præſentibus. Admonete inordinatos, conſolemini puſillanimes, ſuſtentate infirmos, leni animo eſtote erga omnes. Videte ne quis malū pro malo cuipiā reddat, ſed ſemper quod bonū eſt perſequamini, cū inter uos ipſos, tum erga omnes. Semper gaudete, ſine intermiſſione orate, in omnibus gratias agite. Hæc eſt enim uoluntas dei in Chriſto Ieſu erga uos. Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite contemnere, omnia probate, quod bonum eſt retinete, ab omni ſpecie mala Tit. 2. abſtinete. Senes ut ſobrij ſint, graues, modeſti, ſani fide, dilectione, patiētia. Anus conſimiliter in habitu qui religionem deceat, non calumniatrices, non multo uino deditas, ut honeſta doceant, & poſſint modeſtas reddere adoleſcentulas, ut maritos ſuos diligant, liberos ament, ut ſobriæ ſint, caſtæ, domus cuſtodes, bonæ, proprijs uiris ſubditæ, ne ſermo dei blaſphemetur. Tit. 3. Admoneto eos, ut magiſtratibus & poteſtatibus ſubditi ſint, morem gerant principibus, & ad omne bonum opus parati ſint, de nemine maledicant, æqui & humani, omnem manſuetudinem oſtendentes erga quoſuis homines. D

DEFINITIO LXX.

Cum deprecatione & oratione cōſtituendos eſſe eos, quibus Euangelij prædicatio cōmittatur, ſiue diaconi ſint, ſiue presbyteri, tales, qui quod priorem uitam attinet, inculpabiles ſint ac probati.

Matth. 9. Luc. 6. TVNC DIxit diſcipulis ſuis: Meſſis quidem multa, operarij uerò pauci, rogate igitur Dominum meſſis, ut extrudat operarios in meſſem. Et cum oborta eſſet dies, conuocauit diſcipulos ſuos, & elegit ex illis duodecim, quos & Apoſtolos nominauit, Simonem, quem & Petrū uocauerat, & Andream fratrem illius, & Iacobum, & Ioannem, & Philippum, & Bartholomæū, & Matthęum, & Thomam, Iacobum Alphæi, & Simonem, qui uocatur Zelotes, & Iudam Iacobi, & Luc. 9. Iudam Iſcariotem, qui & proditor factus eſt. Poſt hæc autē deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta, & miſit eos binos ac binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem & locum, quo erat ipſe uēturus. Dixit igitur ad eos: Meſſis quidē multa, operarij uerò pauci. Rogate igitur Dominum meſſis, ut extrudat operarios Act. 1. in meſſem ſuam. Primū quidem ſermonem ô Theophile, de omnibus feci, quę cœpit Ieſus facere & docere, uſq; ad eū diem, quo cum Apoſtolis, quos elegerat, Act. 1. præcepiſſet, per ſpiritum ſanctū aſſumptus eſt. Et ſtatuerūt duos, Ioſeph, qui uocabatur Barſabas, qui cognominatus eſt Iuſtus, & Mathiam: & orantes dixerūt: Tu Domine qui nōſti corda omnium, oſtende utrū elegeris ex his duobus, qui

accipiat

A accipiat ſortē miniſterij & Apoſtolatus huius, è quo præuaricatus excidit Iudas, ut abiret in locū ſuum. Et dederunt ſortes eorū, & cecidit ſors ſuper Mathiam, & coaptatus eſt undecim Apoſtolis. Si quis epiſcopatū deſiderat, bonū opus deſiderat. Oportet igitur epiſcopū irreprehēſibilem eſſe, unius uxoris uirum, ſobriū, modeſtum, honeſtū, hoſpitalem, appoſitū ad docendum, non uino deditum, nō percuſſorem, non turpis lucri cupidum, ſed æquum, non pugnacem, non auarū, qui domui ſuæ bene præſit, qui liberos habeat cū omni honeſtate ſubiectos. Si uerò quis domui ſuæ bene præeſſe non nouit, quomodo eccleſiæ dei curā habebit? nō nouitiū, ne inflatus incidat in iudiciū diaboli. Oportet autem illum & bonum habere teſtimonium ab extraneis, ne incidat in probrum & laqueum diaboli. Miniſtros ſimiliter honeſtos, non bilingues, non multo uino deditos, non turpis lucri auidos, retinentes myſterium fidei in conſcientia pura. Et iſti probentur primum, deinde ſeruiant, ſi ſint inculpati. Huius gratia reliqui te in Creta, ut quæ deſunt, corrigendo proſequare, & cōſtituas ſeniores in ſingulis ciuitatibus, ſicut ego tibi ordinaueram. Si quis eſt inculpatus, unius uxoris maritus, liberos habens fideles, qui de luxu accuſari nequeant, neque immorigeri ſint. Oportet enim epiſcopum inculpatum eſſe, tanquam dei diſpenſatorem, non præfractum, non iracundum, non uino deditum, non percuſſorem, non turpi lucro intentum, ſed hoſpitalem, bonorum amātem, modeſtum, iuſtum, pium, temperantem, tenacem eius ſermonis, qui ſecundum doctrinam fidelis eſt, ut potens ſit & adhortari per ſanam doctrinam, & contradicentes reuincere. 1.Tim.3. Tit.1.

B Non eſſe manus citò cuipiam & incircūſpectè imponendas, eo quòd periculoſum ſit citra probationem id facere, ſed manifeſtandum eſſe, ſi quid in aliquo delicti & erroris deprehēdatur, ne & ipſe qui manum imponit, peccati conſors reddatur, & reliqui offendantur, ſed magis timere diſcant.

MANVS citò nemini imponas, neque communices peccatis alienis. Aduerſus ſeniorem accuſationem nō recipias extra duos aut tres teſtes. Peccantes uerò coram omnibus argue, ut & cæteri timorem habeant.

Eum qui eligitur non debere proprio arbitrio accedere ad prædicandum, ſed expectare tempus diuini beneplaciti, & prædicationem ordiri ubi permittitur, illiſq; prædicare, ad quos deſtinatur.

DVODECIM iſtos miſit Ieſus præcipiens illis, ac dicēs: In uiā gentiū ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Ite uerò potius ad oues, quæ perierunt de domo Iſraël. Et ecce mulier Chananea è finibus illis egreſſa clamauit ad eū, dicēs: Miſerere mei Domine fili Dauid. Filia mea malè torquetur à dæmonio. Ille uerò nō reſpondit illi quicquā. Et accedētes diſcipuli eius obſecrabāt eum, dicentes: Dimitte eam, quoniā clamat poſt nos. Ipſe uerò reſpōdens, dixit: Nō ſum miſſus, niſi ad oues quæ perierūt de domo Iſraël. Ego em̄ ex deo egreſſus ſum, & uenio. Nam à meipſo nō ueni, ſed ille me miſit. Illi igitur diſperſi poſt adflictionē, quæ accidit in Stephano, perambulauerūt uſq; ad Phœnicē, & Cyprū, & Antiochiā, nemini loquētes ſermonē niſi Iudęis tantū. Paulus ſeruus Ieſu Chriſti, uocatus Apoſtolus, ſegregatus ad Euangelium dei. Quomodo autē au- Matth.10. Matth.15. Act.11. Rom.1.10.

dicent ſine prædicãte? Quomodo uerò prædicabũt, niſi mittantur? Paulus Apo/ C
1.Tim.1. ſtolus Ieſu Chriſti ſecũdũ mandatũ dei ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti ſpei noſtrę.

Vocatum ad Euangelij prædicationem confeſtim debere obſequi, nec tardare.

DIXIT VERO ad alium: Sequere me. Ille uerò dixit: Domine, permitte mihi primum ut abeam ad ſepeliendum patrem meum. Dixit autem illi Domi/nus: Sine, ut mortui ſepeliant mortuos ſuos. Tu uerò abi, & annuntia regnũ dei.
Galat.1. Quando uerò placuit deo, qui me ſegregauit ex utero matris meę, & uocauit per gratiã ſuam ad reuelandũ filium ſuũ in me, ut euangelizem illum inter gentes, cõfeſtim nõ contuli cũ carne & ſanguine, neq; abij Ieroſolymã ad eos qui ante me fuerũt in Apoſtolatu, ſed abij in Arabiam, & iterum reuerſus ſum Damaſcum.

Non eſſe tradendam alienam doctrinam.

Ioan.10. AMEN Amen dico uobis, qui nõ ingreditur per oſtium, in ſtabulum ouium, ſed aſcẽdit aliundè, ille fur eſt & latro. Qui uerò ingreditur per oſtium, paſtor eſt ouium. Et paulò pòſt: Ego ſum oſtium ad oues. Omnes, quotquot uenerunt, fu/res fuerunt & latrones, ſed non audierunt eos oues. Sed etiam ſi nos aut angelus
Galat.1. de cœlo euangelizauerit preter quàm quod accepiſtis, anathema ſit. Si quis ali/ter docet, & non accedit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ, inflatus eſt, nihil ſciens, &c.

Quæcunq; à Domino pręcepta ſunt in Euãgelio, & per Apoſtolos, & quæcunque illis conſentanea ſunt, docenda eſſe ab ijs, quibus munus docendi concreditum eſt.

Math. ultim. EVNTES docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij, & D
Act.16. ſpiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia, quæcunq; mandaui uobis. Cum au/tem perambularent ciuitates, tradiderunt illis ad cuſtodiendum dogmata ab A/poſtolis & ſenioribus qui Ieroſolymis erãt decreta. Hæc doce & adhortare. Tu uerò loquere quæ decent ſanam doctrinam.

Reum eſſe ſanguinis pereuntium eum, qui munus doctrinę Domini ſu/ſcepit, ſi aliquid eorum quæ neceſſaria ſunt ad beneplacitum dei, òbti/cuerit, ſiue aliquid uetitorum committatur, ſiue quid eorum quæ fie/ri deceant, omittatur.

VAE VOBIS legis peritis, quoniam tuliſtis clauem ſcientiæ. Ipſi non intrà/
Act.18. ſtis, & eos qui ingrediuntur prohibuiſtis. Cum autem ueniſſent è Macedonia
συνείχετο τῷ λόγῳ ὁ παῦλος. Silas & Timotheus, ſedulò inſtabat ſermone Paulus teſtificans Iudęis Chriſtũ eſſe Ieſum. Contradicentibus autem illis & maledicentibus, excuſſis ueſtimen/tis dicit ad eos: Sãguis ueſter ſuper caput ueſtrũ. Mũdus ego poſthac ad gentes
Act.20. uadam. Quapropter teſtificor uobis hodierno die quòd mundus ſum à ſangui/ne ueſtro. Non enim ſubterfugi quominus annũtiarim uobis omne conſiliũ dei.

Quòd quiſq; admonendus ſit, ut etiam in ijs quæ definitè in ſcriptu/ris tradita non ſunt, quod melius eſt, ſequatur.

Matth.19. SVNT EVnuchi, qui ex utero materno ſic nati ſunt. Et ſunt Eunuchi qui ca/ſtrati ſunt ab hominibus. Et ſunt Eunuchi, qui ſeipſos caſtrãrunt propter regnũ cœlorum. Qui poteſt capere, capiat. De uirginibus autem mãdatum Domini non habeo,

A non habeo, conſilium autem do, tanquam miſericordiam conſequutus à Domino, ut ſim fidelis. Arbitror igitur hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatē quòd bonum ſit homini ſic eſſe. Alligatus es uxori, ne quæras ſolutionem. Solutus es ab uxore, ne quæras uxorem, &c.

Nemini licere, ut alijs eorum quæ ipſe præſtitit, neceſſitatem imponat.

ET VOBIS legis peritis uæ, quia oneratis homines oneribus, quæ portare non poſſunt; & ipſi uno digito ueſtro non attingitis ſarcinas.

Quòd qui uerbo præeſt, formam ſe omnis boni debeat alijs proponere, & prior opere præſtare quæ docet.

VENITE AD me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego refocillabo uos. Tollite iugum meum ſuper uos, & diſcite à me, quoniam mitis ſum & humilis corde. Cum ergo lauiſſet pedes diſcipulorum ſuorum, & recepiſſet ueſtimenta ſua, recumbens iterum dixit eis: Scitis quid fecerim uobis? Vos uocatis me magiſtrum & Dominū, & rectè dicitis. Sū enim. Si igitur laui pedes ueſtros, Dominus & magiſter, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis, ut ſicut ego feci uobis, ita & uos inuicem faciatis. Omnia oſtendi uobis, quòd ita laborātes debeamus ſuſcipere infirmos. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Nemo iuuentutē tuam contēnat, ſed forma eſto fideliū, in uerbo in conuerſatione, &c. Matth. 11. Ioan. 13. Act. 20.

Quòd qui in uerbo præeſt, non debeat quidem in ſuis uirtutibus negligens eſſe, uerum quòd ſit proprium & peculiare curæ commendatę opus cognoſcere, nempè ſubditorum ædificationem.

VOS ESTIS ſal terræ. Si uerò ſal infatuatus fuerit, in quo ſalietur? Ad nihilū B ualet ultrà, niſi ut proijciatur foras, & conculcetur ab hominibus. Omne quod dat mihi pater ad me ueniet, & quod uenit ad me nō eijcio foras: quia deſcendi de cælo, non ut faciam uoluntatem meam, ſed uoluntatem eius qui miſit me patris. Hæc eſt autem uoluntas eius qui miſit me, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam æternam. Quæ eſt enim ſpes noſtra, aut gaudium, aut corona gloriationis? An non & uos coram Domino noſtro Ieſu Chriſto in ipſius aduētu? Vos enim eſtis gloria noſtra & gaudium. Matth. 5. Ioan. 6.

Eum qui uerbo præeſt, debere circuire uicos & ciuitates ſibi concreditas.

ET CIRcuiuit totam Galilæā Ieſus docens in ſynagogis, & prędicans Euangelium regni, & curās quēuis morbū, & omnem languorem. Et ipſe iter faciebat per ſingulas ciuitates & uicos prædicans & annuncians regnū dei, & duodecim cū illo. Marc. 4. Luc. 8.

Quoſuis ad obedientiam Euangelij uocandos, & ſermonē Euangelij cum omni libertate annuntiandum, & ueritati teſtimoniū dandum eſſe, etiā ſi ad mortem uſq; aliqui quouis modo prohibeant & perſequantur.

QVOD Vobis in tenebris dico, dicite in luce: & quod in aurem audiſtis, prædicate ſuper tecta. Et ne metuatis eos qui corpus occidunt, animam uerò nō poſſunt occidere: Nuptię quidē paratę ſunt: qui uerò uocati ſunt nō erāt digni. Ite igitur ad exitus uiarū, & quoſcūq; inueneritis, uocate ad nuptias. Reſpōdit ei Ieſus: Ego liberè loquutus ſum mūdo, ego ſēper docui in ſynagoga & in tēplo, ubi omnes Iudæi conueniūt, & in occulto loquutus ſum nihil. Adducētes autem eos ſtatuerūt in cōcilio, & interrogauit eos princeps ſacerdotū dicēs: Nūquid denūtiādo denūtiauimus uobis, ne doceretis in nomine iſto; & ecce impleſtis Ieroſolymam doctrina ueſtra, Matth. 22. Ioan. 18. Act. 5.

& uultis inducere ſuper nos ſanguinem huius hominis. Reſpondens autem Petrus & Apoſtoli, dixerunt: Obedire oportet deo magis quàm hominibus. Niſi quòd ſpiritus ſanctus mihi per ſingulas ciuitates teſtificatur, quòd uincula me & adflictiones expectent. Verùm nihil iſtà curo. Neque enim animam meam pretioſam mihi duco, ut perficiam curſum meum cum gaudio, & miniſteriũ quod accepi à Domino Ieſu ad teſtificandum Euangelium gratiæ dei. Ipſi nanque ſcitis fratres ingreſſum noſtrum ad uos, quòd non fuerit uacuus, ſed antè malis & contumelijs affecti, ſicut ſcitis, in Philippis audacter egerimus in deo noſtro, ut loqueremur ad uos Euangelium dei noſtri in multo certamine.

1. Theſ. 2.

Orandum eſſe pro ſubditorũ profectu, & illius nomine gratias agendas.

Ioan. 17. NON PRO iſtis autem tantum rogo, ſed & pro illis qui crediturì ſunt per ſermonem eorum in me, ut omnes unum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipſi in nobis unum ſint. Et iterum: Pater, quos dediſti mihi, uolo ut ubi ego ſum, & illi ſint mecum. Eadem hora exultauit ſpiritu Ieſus, & dixit: Confiteor tibi pater Domine cœli ac terræ, quòd abſconderis hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelâris ea paruulis. Etiam pater, quoniã ſic fuit bona uoluntas ante te. Primũ quidẽ gratias ago deo meo per Ieſum Chriſtũ pro omnibus uobis, quòd fides ueſtra annuntiatur in uniuerſo mũdo. Teſtis enim mihi deus eſt, cui ſeruio in ſpiritu meo, in Euangelio filij ipſius, quòd indeſinenter mẽtionem ueſtri facio in precationibus meis. Teſtis nãque mihi eſt deus, quòd deſidero omnes uos in uiſceribus Ieſu Chriſti, & hoc oro, ut charitas ueſtra adhuc magis ac magis abundet in cognitione & omni ſenſu, ut probetis quæ ſint potiora. Vt ſitis ſynceri & inoffenſi in diẽ Chriſti, repleti fructibus iuſtitiæ, qui ſunt per Ieſum Chriſtum ad gloriam ac laudem dei.

Matth. 11. Rom. 1.

Quæ per gratiã dei rectè gerũtur, & alijs manifeſtanda eſſe ad gloriã dei.

Luc. 10. ET REVERSI apoſtoli narrauerunt illi quæcunque feciſſent. Cum autem ueniſſent ac congregâſſent eccleſiam, retulerunt quæcunque feciſſet deus ſecum. Vt autem & uos ſciatis quæ circa me gerantur, & quid agam, omnia uobis ſignificabit Tychicus dilectus frater, & fidus miniſter in Domino, quem miſi ad uos ad hoc ipſum, ut cognoſceretis de rebus noſtris.

Act. 14.

Non ſolum præſentium, ſed & abſentium curam gerẽdam eſſe, & omnia facienda, quæ ad ædificationem neceſſaria ſunt.

Ioan. 10. ET ALIAS oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & uocem meam audient, & erit unus grex, & unus paſtor. Quapropter cum non ferremus amplius, placuit nobis, ut reſideremus Athenis ſoli, ac miſimus Timotheum fratrem noſtrum & miniſtrum dei in Euangelio Chriſti, ut confirmaret uos, & conſolaretur nos de fide ueſtra.

1. Theſ. 3.

Quòd qui ad beneficentiam uocatur, obtemperare debeat.

CVM HAEC loqueretur, ecce princeps quidam uenit, & adorauit eum, dicens: Filia mea iam mortua eſt, ſed ueni, & impone manum tuam ſuper eam, & uiuet. Et exurgens Ieſus ſequutus eſt eum. Quoniam uerò Lydda uicina eſt Ioppe, diſcipuli cum audiſſent Petrum illic eſſe, miſerunt duos uiros ad ipſum, qui aduocarent eum, ne grauaretur uenire ad ſe. Surgens uerò Petrus, uenit cum illis.

Act. 9.

Viſitandos & confirmandos eſſe eos, qui ſermonem ueritatis ſuſceperũt.

Act. 15. POST DIES autẽ aliquot dixit Paulus ad Barnabã: Reuertentes iã uiſitemus

A fratres noſtros per ſingulas ciuitates, in quibus euãgelizauimus ſermonẽ Domini, quomodo habeant. Nos autem fratres orbati uobis ad ſpatium temporis aſpectu, non corde uehementius ſtuduimus faciem ueſtrã uidere cum multo deſiderio. Quapropter uolebamus uenire ad uos, ego quidẽ Paulus ſemel atq; iterũ, & impediuit nos Satanas. Et paulò poſt: Propterea non ferentes amplius placuit nobis, ut reſideremus in Athenis ſoli, & miſimus Timotheũ fratrem noſtrũ, & miniſtrum dei in Euangelio Chriſti, ut cõfirmaret uos & cõſolaretur ſuper fide ueſtra, ne quiſquã turbaretur in adflictionibus iſtis. Vos enim ſcitis quòd ad hoc poſiti ſumus. 1.Theſſ.3.

Proprium eſſe diligentis Dominum, ut in multa beneuolentia cum omni ſtudio & omnibus modis curã habeat eorũ quos decet, etiam ſi ad mortem uſq; opus ſit incumbere doctrinæ, cum publice tum priuatim.

PASTOR bonus animam ſuam ponit pro ouibus. Cum ergo prandiſſent, dicit Simoni Petro Ieſus: Simon Iona, diligis me plus iſtis? Dicit ei: Etiam Domine. Tu nôſti quòd diligo te. Dicit illi: Paſce oues meas. Dicit illi iterum ſecundò: Simon Iona, diligis me? Dicit ei: Etiã Domine. Tu nôſti quòd diligo te. Dicit illi: Paſce oues meas. Dicit illi tertiò: Simon Iona, diligis me? Cõtriſtatus eſt Petrus, quia tertiò dixiſſet ſibi, amas me, & dixit ei: Domine tu nôſti omnia, tu ſcis quòd amo te. Dicit illi Ieſus: Paſce oues meas. In uno autem ſabbathorum, cum eſſent cõgregati diſcipuli ad frangendũ panẽ, Paulus diſſerebat illis, poſtridie profecturus, protraxitq; ſermonem uſq; ad mediã noctem. Et paulò pôſt: Cum aſcendiſſet autẽ, fregiſſetq; panem, ac deguſtaſſet, diu collocutus eſt uſq; ad diluculũ: ita demũ profectus eſt, ut nihil ſuffugerim eorũ quæ conducunt, quin annuntiarẽ uobis, ac docerem publicè & per ſingulas domos, teſtificãs Iudæis & Grecis pœnitentiã erga deum & fidem in Dominum noſtrum Ieſum. Propterea uigilate memores, quòd triennium nocte ac die nõ ceſſauerim cum lacrymis admonere unumquenq; ueſtrũ. Ipſi nanq; ſcitis fratres laborem noſtrum & moleſtiam. Noctes ac dies operantes, ne quenquam ueſtrum grauaremus, prædicauimus Euangelium dei, &c. Ioan.10.21. Act.20. Ibidem. B

Eum qui uerbo præeſt debere miſericordem eſſe, & commiſerationis affectu præditũ, maximè erga eos qui animas habent afflictas.

ET CVM uidiſſent Phariſæi, dixerunt diſcipulis ipſius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magiſter ueſter? Ieſus uerò cum audiſſet, dixit: Non opus habent, qui ſani ſunt, medico: ſed qui malè habent. Euntes uero diſcite quid ſit: Miſericordiam uolo & non ſacrificium. Non enim ueni uocare iuſtos, ſed peccatores ad reſipiſcentiam. Cum autem uidiſſet turbas, cõmiſeratione motus eſt erga eas, quoniam erant deſolati ſicut oues non habentes paſtorem. Matth.9. Matth.9.

Et in corporis neceſſitatibus habendam eſſe commiſerationem erga ſubditos, illosq; curandos eſſe.

MISERET me turbæ, quoniam iam triduo ſuſtinent me, & non habent quod manducent, & dimittere eos ieiunos nolo, ne quo pacto deficiant in itinere. Et uenit ad eum leproſus, obſecrãs eum, & genibus flexis adorans eum, ac dicens: Si uolueris, potes me mundare. Ieſus uerò miſeratus illum, extendit manum ſuam ac tetigit eũ, ac dixit: Volo, mundus eſto. In diebus autem illis, cum multiplicarentur diſcipuli, factus eſt murmur Grecorũ aduerſus Hebręos, quòd negligerẽtur in miniſterio quotidiano uiduæ ipſorũ: Cõuocatæ duodecim autẽ multitudini diſcipulorũ Math.14. Act.6. Act.6.

dixerunt.

dixerunt: Circunſpicite fratres ad eligendum uiros ex uobis ſeptem, boni teſtimonij, plenos ſpiritu ſancto & ſapientia, quos conſtituamus in hunc uſum.

Non debere eum qui uerbo præeſt, minora quidē ipſe ſtudioſè obire, debitam uerò in magnis diligentiam negligere.

CONVOCATA autem duodecim multitudine diſcipulorum, dixerunt: Non eſt bonum ut relinquētes ſermonem dei miniſtremus menſis. Et paulò pòſt: Nos uerò precationi & miniſterio uerbi inſtabimus.

Quòd nō debeant miniſtri uerbi cum oſtentatione loqui, aut negotiari in uerbo doctrinæ cum aſſentatione audientium, ad explendum propriam uoluptatem, ſiue neceſſitatem, ſed tales eſſe qui ad gloriam dei in conſpectu ipſius loquantūr.

Matth. 23. OMNIA autem opera ſua faciunt, ut ſpectentur ab hominibus. Dilatant phylacteria ſua, & magnificāt fimbrias palliorum ſuorum, amantq́ꝫ primos accubitus in conuiuijs, & primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & uocari ab hominibus rhabbi. Vos autem nolite uocari rhabbi. Vnus eſt enim ueſter magiſter. Omnes autem uos fratres eſtis. Et patrē nolite uocare uobis ſuper terram, unus eſt enim pater ueſter qui in cœlis eſt, neq́ꝫ uocemini magiſtri: unus eſt enim magiſter ueſter Chriſtus. Doctrina mea non eſt mea, ſed eius qui miſit me. Si quis uoluntatem eius fecerit, cognoſcet de doctrina, utrum ex deo ſit, an ego à meipſo loquar. Qui à ſeipſo loquitur, gloriam propriam quærit. Qui uerò gloriam quærit eius qui ſe miſit, hic uerax eſt, & iniuſtitia in ipſo non eſt. Non enim ſumus, ſicut multi, ad quæſtum abutentes ſermone dei, ſed ex ſynceritate, ſed tanquam ex deo in conſpectu Dei in Chriſto loquimur. Adhortatio enim noſtra non ex errore, neque ex immunditia, neque in dolo, ſed ſicut probati ſumus à Deo, ut crederetur nobis Euangelium, ita loquimur, non uelut hominibus placentes, ſed deo, qui probat corda noſtra. Neque enim unquam in ſermone adulationis fuimus apud uos, ſicut ſcitis, neque in occaſione auaritiæ, deus eſt teſtis, neque quęrentes ab hominibus gloriam, neq́ꝫ à uobis, neq; ab alijs, cum poſſemus graues eſſe tanquam Chriſti Apoſtoli, &c.

Quòd qui uerbo præeſt, non debeat poteſtate ſua ad calumniam ſubditorum abuti, neque contra eos extolli, ſed magis gradum ſuum habere, tanquam occaſionem humilitatis erga eos.

Matth. 24. QVISNAM eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, ut det illis cibū in tempore? Beatus ſeruus ille, quem cum uenerit dominus eius, inuenerit ſic facientem. Amen dico uobis, quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Si uerò dixerit malus ille ſeruus in corde ſuo, cunctatur Dominus meus uenire, & cœperit percutere conſeruos ſuos, ederitq́ꝫ ac biberit cum ebrioſis, ueniet dominus ſerui illius in die qua non expectat, & diſſecabit eum, & partem
Ioan. 13. eius ponet cum hypocritis, ubi erit fletus & ſtridor dentiū. Vos uocatis me Dominū & magiſtrū, & rectè dicitis. Sum enim. Si igitur ego laui pedes ueſtros Do-
Luc. 22. minus & magiſter, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Facta eſt autē & contentio inter eos, quis ipſorum uideretur eſſe maior. Ieſus uerò dixit eis: Reges gentium dominantur ipſis: & qui poteſtate utuntur in eas, benefici uocantur: Vos autē non ſic, ſed qui maior eſt inter uos, fiat ſicut iunior: & qui princeps eſt, ſicut qui miniſtrat.

A niſtrat. Vter enim maior eſt, qui diſcumbit an qui miniſtrat? Ego uero ſum in medio ueſtrum ſicut qui miniſtrat. A Meleto autem miſit Epheſum, & uocauit ad ſe ſeniores Eccleſiæ. Cum uero ueniſſent ad eum dixit eis, uos ſcitis, à primo die, quo ingreſſus ſum Aſiam, quomodo apud uos toto tempore egerim ſeruiens Domino cum omni humilitate, & multis lacrymis & tentationibus quæ acciderunt mihi per inſidias Iudæorum. Libenter enim ſuffertis inſipientes cum ſitis ipſi ſapientes. Suffertis enim ſi quis uos in ſeruitutem adigat, ſi quis exedat, ſi quis accipiat, ſi quis extollatur, ſi quis in faciem uos cedat. Secundum ignominiã dico, quaſi nos infirmi fuerimus in hac parte. Act.20. 2.Cor.11.

Non eſſe animo litigandi, aut inuidendi uel contendendi contra quoſdam prædicandum Euangelium.

ECCE puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacitum eſt animæ meæ. Ponam ſpiritum meum ſuper eum, & iudicium gentibus annũtiabit: non litigabit, neq; uociferabitur, neq; audiet quiſquã in plateis uocẽ ipſius. Nonnulli quidem & propter inuidiam, & ad litem, quidam uero & propter beneuolentiam Chriſtum prædicant. Quidam ex dilectione, ſcientes quòd ad defenſionem Euangelij poſitus ſum. Quidam uero ex contentione Chriſtum annuntiant, non purè putantes ſe adflictionem addere uinculis meis. Matth.12. Phil.1.

Non eſſe humanis prærogatiuis utendum ad prædicationem Euangelij, ne obſcuretur gratia Dei.

CONFITEOR tibi pater, Domine cœli ac terræ, quòd abſconderis hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelâris ea paruulis. Non enim miſit me Chriſtus Matt.11. 1 Cor.1. 1 Cor.2.
B baptizare ſed Euangelizare, non in ſapientia ſermonis, ne euacuetur crux Chriſti. Et, Ego cum uenirem ad uos fratres, ueni nõ in eminentia ſermonis aut ſapientiæ, annuntians uobis teſtimonium Dei. Non enim iudicaui me quicquam ſcire inter uos, niſi Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum. Et ego in infirmitate, & timore ac tremore multo fui apud uos, & ſermo meus, & prædicatio mea non erat in perſuaſorijs humanæ ſapientiæ uerbis, ſed in demonſtratione ſpiritus & uirtutis, ut fides ueſtra non ſit in ſapientia hominum ſed in uirtute Dei.

Non eſſe putandum, prædicationem approbari in proprijs conſilijs & cogitationibus, ſed per omnia Deo confidendum eſſe.

FIDVTIAM autem talem ad Deum per Chriſtum habemus, nõ quòd ſufficientes ſimus ex nobis ipſis ad cogitandum aliquid, tanquam ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, qui & idoneos nos reddidit miniſtros noui teſtamenti. Habemus autem theſaurum iſtum in uaſis teſtaceis, ut eminentia uirtutis ſit Dei, & non ex nobis.

Non licere ei, qui prædicandi Euangelij munus habet, plus aliquid poſſidere quàm quæ ad neceſſarium ipſius uſum pertinent.

NE poſſideatis aurum neq; argentum, neq; æs in cingulis ueſtris, neq; peram ad iter, neq; duas tunicas habeatis, neque calciamenta, neque uirgam. Dignus eſt enim operarius cibo ſuo. Nihil ſumatis ad iter, neq; uirgas, neque perã, neque panẽ nec argentũ, neque ſimul duas tunicas habeatis. Argentum aut aurũ aut ueſtimentũ nullius cõcupiui, Ipſi ſcitis. Nemo militans implicat ſe negotijs uictus, ut ei placeat qui ſe ad militiam delegit. Matth.10. Luc.9. Act.20.

Quod non debeat ſe miniſter uerbi ad temporalium curam illis com/ C modare, qui circa temporalia cupidè afficiuntur.

DIXIT autem illi aliquis ex turba, Magiſter, dic fratri meo, ut diuidat mecũ hæreditatem. Ille uero dixit, Homo, quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem ſu/ per uos? Nemo militans implicat ſe negotijs uictus. &c.

Qui placitorũ Dei parrheſiã negligunt, ut auditoribus ſuis placeãt illis ſeſe addicentes, quibus placere uolunt, è dominio Domini excidunt.

Gal. 1. QVOMODO poteritis uos credere, qui gloriam ab hominibus accipitis, & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt non quæritis? Si adhuc hominibus placerem, Chri ſti ſeruus non eſſem.

Præfixum ſcopum habere debet qui docet ut omnes quidem in uirum perfectum, ad menſuram ætatis plenitudinis Chriſti inſtituat, uerum quemcunq; in ſuo ordine.

Matth. 5. ERITIS igitur uos perfecti, quemadmodũ pater ueſter qui in cœlis eſt per/
Iohan 17. fectus eſt. Non pro iſtis autem tantum rogo, ſed & pro illis qui credituri ſunt per ſermonem eorum in me, ut omnes unum ſint, ſicut tu pater in me & ego in te,
Eph. 4. ut & ipſi in nobis unum ſint. Alios autem paſtores & doctores, ad conſumma tionem ſanctorum, ad opus miniſterij, ad ædificationem corporis Chriſti, donec pertingamus omnes ad unitatem fidei & cognitionis filij Dei, in uirum perfectũ, & menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.

Quod debeat in patiẽtia & manſuetudine inſtruere contradicẽtes, expecta/ re q; ipſorũ reſipiſcentiã donec debitæ illis curæ menſurã adimpleuerit.

Matth. 12. NON litigabit, neq; uociferabitur, neq; audiet quiſquam in plateis uocem ipſi D us. Calamũ comminutum non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eijciat ad uictoriã iudicium. Seruum autẽ Domini nõ oportet pugnare, ſed placi dum eſſe erga omnes, qui docere queat, & malos tolerare, & cum manſuetudine contradicentes inſtruere, ne quando det illis Deus reſipiſcentiam ad agnitionem ueritatis, ut reſipiſcant è Diaboli laqueis.

Cedendum eſſe ab illis, qui metus & cautionis gratia acceſſum & præ/ ſentiam prædicatoris uerbi recuſant, nec contentioſius illis ingerendam eſſe moleſtiam.

ET rogarunt eum omnis multitudo Gadarenorum, ut diſcederet ab ipſis. Quoniam metu magno tenebantur. Ipſe uero conſcenſa naui reuerſus eſt.

Et ab illis ſecedendũ eſſe, qui per improbitatẽ prædicationẽ Euangelij nõ ſu ſcipiunt, ita, ut neq; neceſſaria corporis ſubſidia ab illis accipiantur.

Matth. 10. ET quicunq; non receperit uos neq; audierit ſermones ueſtros, egreſſi ex do/
Luc. 10. mo illa aut ciuitate, excutite puluerẽ de pedibus ueſtris. In quamcunq; autẽ ciuita tem intraueritis, & non receperint uos, egreſſi in plateas illius dicite, & puluerẽ qui de ciuitate ueſtra adhæſit nobis, extergimus in uos. Veruntamẽ hoc ſcitote, quòd appropinquauerit ad uos regnum Dei. Cum autem ueniſſent ex Macedonia Silas ac Timotheus, incumbebat ſermoni Paulus, teſtificans Iudæis Ieſum eſſe Chriſtum. Contradicentibus autem illis & blaſphemantibus, excuſſis ueſtimen tis dixit ad eos, Sanguis ueſter ſuper caput ueſtrum, innocens ego poſthac ad Gentes uadam.

Diſce/

Diſcedendum eſſe ab incredulis poſteaquam omnis erga illos diligen/ A
tia prorſus adimpleta eſt.

IERVSALEM Ieruſalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te Matth.23.
mittuntur, quoties uolui congregare filios tuos ſicut gallina congregat pullos ſuos
ſub alas ſuas, & noluiſtis? Ecce relinquitur uobis domus ueſtra deſerta: uobis igi/
tur oportebat loqui ſermonē Dei, quia uero repellitis illum, & uoſipſos indignos
iudicatis æterna uita, ecce cōuertimur ad Gentes. Nam ita præcepit nobis Domi/
nus. Poſui te in lucem Gentiū, ut ſis ſalus uſq; ad extremum terræ. Hæreticum ho
minem poſt unam & alteram admonitionem auerſare, ſciens quòd peruerſus ſit
qui eiuſmodi eſt, & peccet proprio iudicio condemnatus.

Diligentem uerborum Domini cuſtodiam erga omnes & in omnibus
ſeruandā eſſe, nec quicquā faciendum ex animi propenſione.

OBTESTOR coram Deo & Chriſto Ieſu, & electis angelis, ut hæc ſerues ſi/
ne præiudicio, nihil faciens ex animi propenſione.

Quòd qui uerbo præeſt, circunſpectè & cū iudicio quicquid faciat uel
dicat ad ſcopum diuini beneplaciti dirigere debeat, tanquā quem opor/
teat & à ſubditis ipſis approbari & teſtimonium accipere.

VOS ſcitis à primo die, quo ueni in Aſiam quomodo apud uos toto tempore Act.20.
conuerſatus ſim ſeruiens Domino cum omni humilitate, & multis lacrymis & ten
tationibus. Et paulò poſt, Argentum aut aurū aut ueſtem nullius concupiui. Ipſi
ſcitis, quòd neceſſitatibus meis & ijs qui mecum erant ſeruierint manus iſtæ: uos
teſtes eſtis, & Deus quàm piè & iuſtè, & inculpatè cū uobis credentibus conuerſa/
B tus ſim, quemadmodum uos ſcitis.

DEFINITIO LXXI.

Quæ coniunctim de Epiſcopis & ſenioribus dicta ſunt.

SI QVIS Epiſcopatum deſiderat, bonū opus deſiderat: ſed oportet Epiſco 1 Tim.3.
pum irreprehenſibilem eſſe &c. Seniorem ne acrius obiurges, ſed admoneas ut Item.5.
patrem, iuniores ut fratres, mulieres ætate grandes, ut matres, adoleſcentiores ut
ſorores cum omni caſtitate. Iuuenilia uero deſideria fuge, ſectare iuſtitiam, fidem,
dilectionem, & pacem cū omnibus qui inuocant Dominum ex corde puro. Stul/
tas autem & ineruditas quæſtiones reſpue, ſciens quòd pariant pugnas. Seruum
autem Domini oportet non eſſe pugnacem, ſed placidum erga omnes &c. Tu ue
ro conſectatus es meam fidem, doctrinam, conuerſationem, propoſitum, patien/
tiam, perſequutiones, adflictiones. Huius gratia reliqui te in Creta, ut quæ dee/
rant adhuc corrigeres, & conſtitueres in ſingulis ciuitatibus ſeniores, ſicut ego tibi
ordinaueram, ſi quis eſſet inculpatus &c.

DE DIACONIS.

ET elegerunt Stephanum uirum plenum fide & ſpiritu ſancto, & Philippū Act.6.
& Prochorum, & Nicanorem, & reliquos, quos ſtatuerunt ante Apoſtolos, & fa/
cta oratione, impoſuerunt illis manus. Diaconos ſimiliter, graues, non bilingues, 1 Tim.3.
non multo uino deditos, non turpiter lucri cupidos &c.

DEFINITIO LXXII.

De ſubditis.

Oportere ſubditos eos, qui in ſcripturis imbuti ſunt, probare ea quæ à docto
ribus dicuntur, & quæ ſcripturis ſunt conſona recipere, quæ aliena, reijcere, &

eos qui in eiuſmodi alienis doctrinis perſeuerant, uehemēter auerſari. C

Matt. 8. VAE homini illi, per quem offendiculum uenit. Et ſi oculus tuus obſtaculo ti-
Iohan. 10. bi fuerit, erue eum, ſimiliter & de manu, & de pede. Amen amen dico uobis, qui nō ingreditur per oſtium in ſtabulum ouiū, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro. Et paulò poſt. Alienum autē non ſequuntur: ſed fugiunt ab eo, quoniā non nouerunt uocem alienorum. Sed etiamſi nos aut angelus de cœlo euangelizauerit uo-
Gal. 1. bis, præterquam quod accepiſtis, anathema ſit. Prophetias nolite contemnere: omnia probate, quod bonum eſt retinete: ab omni ſpecie mala abſtinete.

Eos qui non admodum ſunt cognitione ſcripturarū imbuti debere ſanctorum characterem in fructibus ſpiritus agnoſcere, & qui tales ſunt recipere, qui uero aliter habent auerſari.

Matth. 7. CAVETE autem uobis à pſeudoprophetis, qui ueniunt ad uos in ueſtimen-
Phil. 3. tis ouium, intrinſecus uero ſunt lupi rapaces. Ex fructibus ipſorum cognoſcetis eos. Imitatores mei eſtote fratres, ſicut ego Chriſti: & obſeruate eos qui ad hunc modum ambulant, ſicut habetis nos formæ uice.

His qui rectè ſecant ſermonē ueritatis nō ſecus eſſe obtemperandū quā ipſi Domino, ad gloriā eius, qui eos miſit, uidelicet Ieſu Chriſti Domini noſtri.

QVI uos recipit me recipit. Qui recipit ſi quem miſero, me recipit. Qui uos
Matth. 10. audit, me audit. Et tentationem, quæ erat in carne mea, non contempſiſtis neq; reſpuiſtis, ſed ſicut angelum Dei ſuſcepiſtis me ſicut Chriſtum Ieſum.

Quòd qui non obtemperant illis qui à Domino mittuntur, non illos ſolum dehoneſtent, ſed & eum à quo mittuntur, & iudicium ſibijpſis accerſant, grauius iudicio Sodomorū & Gomorrhę. D

ET quicunq; non receperit uos, neq; audierit ſermones ueſtros, egreſſi è ciui-
Matth. 10. tate aut domo illa excutite puluerem pedum ueſtrorum. Amen dico uobis, terræ Sodomorū & Gomorrhæ remiſſius erit in die iudicij quàm ciuitati illi. Qui uos ſpernit me ſpernit. Itaq; qui ſpernit non hominem ſpernit ſed Deum, & eum qui dedit ſpiritum ſuum ſanctum in nos.

Doctrinā mandatorum Dei ita ſuſcipiendā eſſe, tanquā è qua ſit uita æterna & regnū cœlorū, illamq; alacri ſtudio adimplendā eſſe, etiā ſi ſit moleſtum.

Ioan. 5. AMEN amen dico uobis, Qui ſermonem meum audit & credit ei qui miſit me, habet uitam æternam, & in iudicium non uenit, ſed tranſiuit de morte ad uitā. Cum euangelizaſſent ciuitati illi, & multos docuiſſent, reuerſi ſunt Lyſtram, & Iconium, & Antiochiam, corroborantes animas diſcipulorum, exhortanteſq; ut in fide perſeuerarent. Et quòd per multas adflictones oporteat nos intrare in regnum cœlorum.

Correctionē & increpationē recipiendam eſſe tanquā pharmacū, quò & morbus tollatur & ſanitas reſtituatur, unde liqueat, quòd qui ob id ut hominibus placeant, manſuetudinē ſimulant, & peccatores nō arguunt, totum perdant & ipſi ueræ uitæ hoſtiliter inſidientur.

Matth. 18. SI uero peccauerit aduerſum te frater tuus, uade & argue eum inter te & ipſum
1 Cor. 5. ſolum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Congregatis uobis & meo ſpiritu
2 Cor. 7. cum uirtute Domini noſtri Ieſu Chriſti tradite eum, qui talis eſt, Satanæ, ad interitum carnis, ut ſpiritus ſaluus ſit in die Domini Ieſu. Quoniam epiſtola illa etiam ſi ad

A ſi ad horæ ſpatium uos contriſtauit,nunc gaudeo:non quòd contriſtati fuiſtis,ſed quòd ad pœnitentiam contriſtati fuiſtis. Contriſtati enim fuiſtis ſecundum Deum, ne qua in re damno per nos afficeremini. Quæ enim ſecundum Deum eſt triſtitia pœnitentiam haud pœnitendam parit. Propter quam cauſam argue eos ſeueriter ut ſani ſint in fide. *Tit.1.*

DEFINITIO LXXIII.

De Coniugatis.

Virũ in cõiugio conſtitutũ,nõ debere recedere ab uxore,nec uxorẽ à uiro niſi interceſſerit fornicatio,aut à cauſa pietatis prohibeatur.

DICTUM eſt autem, quicunq; repudiauerit uxorem ſuam, det illi libellum repudij. Ego uero dico uobis quòd quiſquis repudiauerit uxorem ſuam,extra cauſam fornicationis, facit eam adulterari. Et quiſquis repudiatam duxerit,adulteratur. Si quis uenit ad me,& non odit patrem & matrem,& liberos,& fratres & ſorores,adhuc autem & ſuam ipſius animam, non poterit meus eſſe diſcipulus. Dico autem uobis, quòd quiſquis repudiauerit uxorem ſuam, niſi propter fornicationem,& duxerit aliam adulteratur. Coniugatis uero præcipio,non ego, ſed Dominus,uxor à uiro non ſeparetur. Si uero ſeparatur,innupta maneat aut uiro reconcilietur. Et uir uxorem non dimittat. *Matth.5.* *Matth.19.* *1 Cor.7.*

Non licere uiro,ſi repudiauerit uxorem ſuam, ut aliam ducat:nec repudiatæ à uiro,ut alij nubat.

DICO autẽ uobis,quòd quiſquis repudiauerit uxorẽ ſuam, niſi propter fornicationẽ,& duxerit aliã,adulteratur: & qui repudiatã duxerit adulteratur. *Matth.19.*

B Viris competere,ut uxores ſuas diligant,ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiã, tradens ſeipſum pro ea,ut eam ſanctificaret.

VIRI diligite uxores ueſtras,ſicut & Chriſtus Eccleſiã dilexit, & ſeipſum pro ea tradidit,ut eã ſanctificaret, mundatam lauacro aquę in uerbo. Et paulò pòſt. Ita debent uiri diligere uxores ſuas,ſicut ſua ipſorum corpora &c. *Eph.5.*

Mulieres debere ſubeſſe proprijs maritis,ſicut & Eccleſia Chriſto, faciens illius uoluntatem.

UXORES maritis proprijs ſubditæ ſint,ſicut domino. Quoniã uir caput eſt uxoris,ſicut & Chriſtus caput eſt Eccleſiæ,& ipſe eſt Seruator corporis. Sed quẽadmodum Eccleſia ſubdita eſt Chriſto:ita & uxores proprijs maritis in omnibus ut modeſtas reddant iuuenculas, quò maritos ſuos ac liberos ament: ſobriæ ſint ac puræ, domus cuſtodes, bonæ, proprijs maritis ſubditæ, ne ſermo Dei malè audiat. *Eph.5.* *Tit.2.*

Mulieres non debere pulchritudinis gratia ornari,ſed omnem diligentiam & curam ad bona opera impendere & hunc ornatum uerum æſtimare & Chriſtianis congruum.

CONSIMILITER & mulieres ueſtitu honeſto, cum pudore & modeſtia ſeipſas ornantes,non tortis crinibus aut auro,aut margaritis, aut indumento ſumptuoſo ſed qui deceat mulieres pietatem per opera bona profitentes. *1 Tim.2.*

Mulieribus in Eccleſia tacendum eſſe, domi uero ſtudioſè de beneplacito Dei diſſerendum.

MULIERES ueſtræ in Eccleſijs taceãt. Non enim permittitur illis ut loquãtur,ſed *1 Cor.14.*

tur,ſed ut ſubditæ ſint. Si uero quicquam diſcere uoluerint,domi maritos ſuos in-C terrogent.Turpe nanq; eſt mulieribus in Eccleſia loqui. Mulier in ſilentio diſcat, cum omni ſubiectione. Docere uero mulieri non permitto, neq; poteſtate aliqua uti in maritum,ſed eſſe in ſilentio. Adam enim prior formatus eſt,deinde Eua. Et Adam non eſt ſeductus, mulier uero ſeducta,in tranſgreſſionem incidit. Seruabitur uero per liberorum procreationem,ſi manſerit in fide & dilectione, & ſanctimonia,,um caſtitate.

DEFINITIO LXXIIII.

De Viduis.

Viduam,corpore firmiore præditā ſolicitè debere & ſtudioſe cōuerſari,memorem eorum quæ ab Apoſtolo ſunt dicta,& de Dorcade prædicata.

Act.9. IOPPAE autem erat diſcipula quædam nomine Tabetha, quod ſi interpreteris idem eſt atq; Dorcas. Ea erat plena bonis operibus & eleemoſynis quas elargiebatur. Et paulò pòſt. Et circunſteterunt illum omnes uiduæ flentes,& oſtendentes tunicas & ueſtes quas fecerat cum eſſet cum ipſis Dorcas. Vidua allegetur non minor annis ſexaginta,quæ fuerit unius mariti uxor,bonorum operum teſtimoniū habens:Si liberos educauit,ſi peregrinos hoſpitio ſuſcepit,ſi ſanctorum pedes lauit,ſi adflictis miniſtrauit,ſi cuiuis bono operi ſedulò incubuit. 1 Tim.5.

Viduam, quæ in ijs uirtutibus quæ ab Apoſtolo ſunt dicta, probata eſt,& ad ordinem ac ſtatum ueratum uiduarum peruenit debere precationibus & orationibus cum ieiunijs incumbere nocte ac die.

Luc.2. ET erat Anna Prophetiſſa, filia Phanuel, de tribu Aſer. Hæc proceſſerat in multam ætatem, poſteaquam uixerat cū uiro ſuo annos ſeptem à uirginitate ſua. Et hæc uidua erat annorum octoginta quatuor, quæ non diſcedebat à templo ie-D iunijs ac deprecationibus ſeruiens Deo nocte ac die. Quæ autem uerè uidua eſt & deſolata, ſpem habet collocatam in Deum, & perdurat in deprecationibus, & orationibus nocte ac die. Quæ uero in delitijs uerſatur,uiuens mortua eſt.

DEFINITIO LXXV.

De Seruis ac Dominis.

Seruis competere,ut cum omni animi promptitudine obediant Dominis ſuis ſecundum carnē,in ijs,quibus mandato Dei nihil derogatur.

Eph.6. SERVI obedite ijs qui ſecundum carnem Domini ſunt,cum timore ac tremore,in ſimplicitate cordis ueſtri,tanquam Chriſto, non ad oculum ſeruientes,uelut hominibus placere ſtudentes,ſed tanquā ſerui Chriſti, facientes uoluntatem Dei ex animo,cum beneuolentia ſeruientes,uelut Domino, non hominibus,ſcientes, quòd quiſq; quod boni fecerit, hoc reportabit à Domino, ſiue ſeruus ſiue liber. Quicunq; ſub iugo ſunt ſerui, Dominos ſuos omni honore dignos reputent, ne nomen Dei & doctrina malè audiat. Qui uero fideles habent Dominos,ne contemnant eos,ob id quòd fratres ſunt,ſed magis ſeruiant, propterea quòd fideles ſunt & dilecti,qui beneficentiæ participes ſunt. Seruos hortare, ut Dominis ſuis ſubdantur,in omnibus illis placeant, non reſponſatores,nō ſuffurantes,ſed omnē bonam fidem oſtendentes,ut doctrinā Seruatoris noſtri Dei ornēt in omnibus. Tit.2.

Dominos,ueri Domini memores, quibus per ſeruorum miniſterium fruuntur, eadem debere & illis impertire, pro uiribus,in timore Dei,& æquitate erga illos,iuxta exemplum Domini.

SCIENS

A SCIENS Ieſus quòd omnia dediſſet ſibi pater in manus,& quòd à Deo exiſ-ſet, & ad Deum iret,ſurgit à cœna & ponit ueſtiméta ſua,& accepto linteo,præcin xit ſe,deinde miſit aquam in peluim,& cœpit lauare pedes diſcipulorum, & exter-gere linteo,quo erat præcinctus: Et paulò pòſt. Vos uocatis me magiſtrũ & Do minum & rectè dicitis. Sum enim. Si igitur ego laui pedes ueſtros Dominus & magiſter,& uos debetis inuicem alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis,ut ſicut feci uobis,ita & uos faciatis. Domini eadem facite erga illos, remit-tentes minas,ſcientes quòd & ueſter Dominus in cœlis eſt, perſonarumq́ acce-ptio apud illum non eſt. Iohan.13.

DEFINITIO LXXVI.

De liberis ac parentibus.

Liberis competere ut honorent parentes illisq́ in omnibus obediant, in quibus mandatum Dei non impeditur.

ET mater ipſius dixit ad eum, fili quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego cum dolore quærebamus te. Et paulò pòſt. Et deſcendit cum eis,& uenit Naza-reth,& erat ſubditus illis. Filij obedite parentibus ueſtris in Domino. Hoc enim iuſtum eſt. Honora patrem ac matrem, quod eſt primum mandatum in promiſ-ſionibus,ut bene ſit tibi,& ſis longæuus ſuper terram. Luc.2. Eph.6.

Parentum eſſe, liberos ſuos in diſciplina & admonitione Domini edu care, cum manſuetudine & animi lenitate,nullam dantes, quantum in ipſis eſt,uel iræ uel mœſtitiæ occaſionem.

ET uos patres,ne exacerbetis liberos ueſtros,ſed educate eos in diſciplina & ad-monitione Domini. Patres ne prouocetis liberos ueſtros ne deſpondeant animũ. Coloſſ.3.

B DEFINITIO LXXVII. De uirginibus.

Virgines debere ab omni præſentis ſeculi cura liberas eſſe, ut cõſtanter que-ant Domino gratias agere,idq́ & animo & corpore in ſpe regni cœlorũ.

SVNT Eunuchi qui ſeipſos caſtrârunt propter regnũ cœlorũ: qui poteſt cape-re capiat. Volo aũt uos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine uxore eſt,curat ea quæ ſunt Domini,quomodo placeat Domino. Qui uero uxorem habet,curat ea quæ ſunt mundi,quomodo placeat uxori. Diuiſæ ſunt & uxor & uirgo. Innupta curat ea quæ ſunt Domini, ut ſit ſancta & corpore & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt,curat quæ ſunt mundi,quomodo placeat marito. Hoc autem ad ueſtram ipſorum utili tatem dico,non ut laqueum uobis inijciam,ſed ut quod honeſtum eſt,& ad hoc fa cit ut Domino indiuulſe adhæreatis ſequamini. Matth.19. 1 Cor.7.

DEFINITIO LXXVIII. De militibus.

Nõ licere militantibus,ut quenquã cõcutiant uel calumnijs premant.

INTERROGArunt eũ & milites dicentes.Et nos,quid faciemus? Et dixit ad eos: Neminẽ cõcutiatis,nec quenq́ calũniemini. Et cõtenti eſtote ſtipẽdijs ueſtris. Luc.3.

DEFINIT. LXXIX. De principibus ac ſubditis.

Principum eſſe,uindicare ac tueri iuſtificationes Dei.

PRINCIPES enim nõ ſunt timori bonis operibus ſed malis. Vis non time-re poteſtatẽ? fac quod bonũ eſt,& habebis laudem ex ea. Eſt enim miniſtra Dei, tibi in bonum. Si uero quod malum eſt feceris,time. Non enim fruſtra gladiũ ge ſtat. Eſt enim miniſtra Dei,ultrix ad iram ei qui quod malum eſt facit. Rom.13.

Poteſtatibus eminentioribus obediendum eſſe, in quibus mandatum

Dei non impeditur, G

Rom.13. OMNIS anima poteſtatibus eminentioribus ſubdita ſit. Nō eſt em̄ poteſtas niſi à deo. Poteſtates uero quæ ſunt, à Deo ordinatæ ſunt. Itaq; qui poteſtati reſiſtit, ordinationi Dei reſiſtit. Qui aūt reſiſtunt, iudicium ſibi ipſis accipient. Principes enim non ſunt timori bonis operibus ſed malis &c. Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Admone eos ut principatibus & poteſtatibus ſubditi ſint, & obtemperent, & ad omne bonum opus parati ſint.

Act.5.

1 Tim.1.

DEFINITIO LXXX.

Quales exigat doctrina ueritatis Chriſtianos: Scilicet tanquā Chriſti diſcipulos, ad ea tantū inſtructos quæ in illo uident, & ab ipſo audiunt.

Matth.11. TOLLITE iugum meū ſuper uos, & diſcite à me. Vos uocatis me magiſtrū & Dominum, & rectè dicitis. Sum enim. Si igitur ego laui pedes ueſtros, Dominus ac magiſter, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis, ut ſicut ego feci & uos faciatis.

Iohan.13.

Tanquā oues Chriſti, uocē proprij paſtoris tantū audiētes, illumq; ſectātes.

Iohan.10. OVES meæ uocē meā audiunt, & ego agnoſco eas, & ſequuntur me. Et ſuprà. Alienū autē non ſequuntur ſed fugiunt ab eo, quoniā nō norunt uocē alienorum.

Tanquam palmites Chriſti in ipſo radicatos & in ipſo fructificantes, & quicquid illi agnatum eſt & congruum facientes & habentes.

Ioan.15. EGO ſum uitis, uos palmites.

Tanquam membra Chriſti in omni operatione mandatorum Domini, aut chariſmatum ſpiritus ſancti inſtructos & perfectos, iuxta dignitatem capitis quod eſt Chriſtus. D

Neſcitis quòd corpora ueſtra mēbra ſunt Chriſti, ex quo totū corpus compactū, & coadunatū per omnē iuncturā ſubminiſtrationis, iuxta operationē in menſura uniuſcuiuſq; partis augmentū corporis facit ad ædificationē ipſius in dilectione.

Tanquam ſponſam Chriſti caſtitatem ſeruantem, in eo, quod in ſolis ſponſi placitis incedit.

Ioan.3. QVI habet ſponſam ſponſus eſt. Deſpondi uos uni uiro, uirginem caſtam exhibere Chriſto.

2 Cor.11.

Tanquam templum Dei, ſanctos, mundos, & ijs tantum repletos quæ ad cultum Dei faciunt.

SI quis diligit me ſermonē meū ſeruabit, & pater meus diliget eū, & ad eū ueniemus, & manſionē apud eū faciemus. Vos enim eſtis tēplum Dei uiuētis. Dicit enim ſcriptura. Quoniā habitabo in illis, & inambulabo, & ero illorū Deus.

2 Cor.6.

Tanquam hoſtiam immaculatam & illæſam, & in quolibet membro omniq; ex parte pietatis ſanitatem conſeruantem.

Rom.12. OBSECRO autem uos fratres per miſerationes Dei, ut exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuentē, ſanctam, Deo placentē, rationalem ueſtrum cultum.

Tanquam filios Dei ad imaginem Dei formatos, iuxta menſuram hominibus donatam.

FILIOLI, adhuc modicum uobiſcum ſum. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in uobis Chriſtus.

Tanquā lucē in mundo, ut & ipſi ſint expertes malitiæ, & uicinos, au

illum i

A illuminēt ad cognitionē ueritatis,ut fiant quod debēt,aut arguāt quod ſunt. VOS eſtis lux mundi. Inter quos eſtis,ſicut luminaria in mundo. *Matth.5.*

Tanquā ſalē in terra,ut ſibi cōmunicantes ſpiritu ad incorruptionē renouēt. *Matth.5.*
VOS eſtis ſal terræ.

Tanquam ſermonem uitæ, per mortificationem circa præſentia ,ueræ uitæ ſpem comprobantes

INTER quos lucetis ſicut luminaria in mundo, ſermonem uitæ continentes, ad gloriationem meam in diem Chriſti.

Quales exigat ueritatis doctrina, eos quibus commiſſa eſt Euangelij prædicatio. Tanquam Apoſtolos & miniſtros Chriſti, & diſpenſatores fideles myſteriorum Dei, ea tantum indeſinenter opere & uerbo adimplentes,quæ à Domino ordinata ſunt.

ECCE ego mitto uos ſicut oues in medio luporum.Euntes docete omnes Gētes. Sic nos æſtimet homo,tanquam miniſtros Chriſti & diſpenſatores myſteriorum Dei.Cæterum in diſpenſatoribus requiritur,ut fidus quis inueniatur. *Matth.10. & ult.*

Tanquam præcones regni cœlorum, ad deſtructionem eius qui in peccato mortis habet imperium.

EVNTES autem prædicate dicentes, Appropinquauit regnum cœlorum. Teſtificor ego coram Deo & Chriſto Ieſu,qui uenturus eſt ad iudicandum uiuos ac mortuos,ſecundum apparitionem & regnum ipſius,prædica uerbum Dei. *Matth.10.*

Tanquam typum aut canonem pietatis,ad corrigendos quidem per omnimodam rectitudinem eos qui Dominum ſequuntur:redarguendā
B uero peruerſitatem eorum,qui quacunq; in re non obtemperant.

QVAE quidem à tergo ſunt obliuiſcens:ad ea uero quæ à fronte ſunt enitens, iuxta ſcopum perſequor brauium ſupernæ uocationis in Chriſto Ieſu. Quotquot igitur perfecti ſumus,hoc ſentiamus.Et ſi quid aliter ſenſeritis, & hoc uobis Deus reuelabit. Veruntamen ad id quod conſequuti ſumus eadem regula incedamus, ut idem ſentiamus. Exemplar eſto fidelium in uerbo, in conuerſatione,in dilectione, in fide,in puritate. Stude teipſum probatum exhibere Deo, operarium non erubeſcendum,recte ſecantem ſermonem ueritatis. *Phil.3. 2 Tim.2.*

Tanquā oculum in corpore,ad diſcernendum inter bona & reproba,& ad dirigendum membra Chriſti ad ea quæ cuiq; conueniunt.

LVCERNA corporis tui eſt oculus.Si igitur oculus tuus ſimplex fuerit,totum corpus tuum lucidum erit.

Tanquam paſtores ouium Chriſti, qui ne animam quidem pro illis ſi neceſſe ſit ponere detrectent,ut tradere illis queant Euangeliū Dei.

BONVS paſtor animā ſuā ponit pro ouibus. Attēdite itaq; uobiſipſis & uniuerſo gregi,in quo poſuit uos ſpiritus ſāctus Epiſcopos ad paſcendā Eccleſiā dei. *Iohan.10. Act.20.*

Tanquā medicos cū multa cōmiſeratione ſecundū ſcientiā doctrinæ Domini morbos animarū curātes,ad acquirendā in Chriſto ſanitatē & perſeuerātiā.

NON opus habent medico qui ſani ſunt,ſed qui malè habent. Debemus autē nos qui firmi ſumus,infirmitates impotentium portare. *Matth.9.*

Tanquā patres & nutritores propriorū liberorum, cū multo charitatis quæ in Chriſto eſt affectu,tradere illis cupiētes nō ſolū Euangeliū Dei,

ſed & ſuas ipſorum animas. C

1 Theſſ. 2. FILIOLI adhuc modicum temporis uobiſcum ſum. Nam in Chriſto Ieſu per Euangelium ego uos genui. Tanquam ſi nutrix foueat liberos ſuos, ita propenſi animo in uos cupiebamus uobis tradere non ſolum Euangelium Dei, ſed & noſtras ipſorum animas, propterea quòd dilecti nobis facti ſitis.

Tanquam cooperarios Dei, qui ad ea tantum opera quæ Deo ſunt digna totos ſeſe pro Eccleſia Dei dediderunt.

1 Cor. 3. DEI ſumus cooperarij, Dei agricultura, Dei ædificatio eſtis.

Tanquã plantatores palmitum Dei, qui nihil alienum à uite quę Chriſtus eſt, neq; infrugiferum inſerant: quæ uero ad illam pertinent & frugifera ſunt cum omni diligentia colant ac prouehant.

Iohan. 15. EGO ſum uitis uera, & pater meus agricola eſt. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet, & eum qui fert fructũ purgabit, ut plus fructus adferat.

1 Cor. 3. Ego plantaui, Apollos rigauit, ſed Deus incrementum dedit.

Tanquam Oeconomos templi Dei, aſtruentes cuiuſq; animam ut coaptetur fundamento Apoſtolorum ac Prophetarum.

1 Cor. 3. SECVNDVM gratiam quæ data eſt mihi, tanquam ſapiens architectus fundamentũ poſui, alius uero ſuperſtruit. Quiſq; uero uideat, quomodo ſuperſtruat: fundamẽtum enim aliud nemo poteſt ponere præter id quod eſt poſitum, quod eſt Chriſtus. Itaque non eſtis amplius hoſpites & aduenæ, ſed conciues ſanctorum, & domeſtici Dei, ædificati ſupra fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, exiſtente ſummo angulari lapide Ieſu Chriſto Domino noſtro, in quo omnis ædificatio coaptata creſcit in templum ſanctum in Domino, in quo & uos D unà ædificamini, ad habitaculum Dei in ſpiritu.

(Eph. 2. in margin)

1 QVID eſt propriũ Chriſtiani? fides per dilectionem efficax.

2 QVID eſt proprium fidei? Indubitata perſuaſio de ueritate diuinorum eloquiorum, quæ nulla ratione, neque per naturalem neceſſitatem inducta, neque ad pietatem effecta & compoſita concutiatur.

3 QVID eſt proprium credentis? ut tali perſuaſione aſſentiatur uirtuti dictorũ, neq; quicquam præſumat uel reprobare, uel ſuperaddere. Si enim quicquid ex fide non eſt, peccatum eſt, ſicut dicit Apoſtolus: fides uero ex auditu, auditus autem per uerbum Dei eſt: ergo quicquid extra diuinam ſcripturam eſt, cum ex fide non ſit, peccatum eſt.

4 QVID eſt proprium dilectionis erga Deum? Mandata illius iuxta ſcopum gloriæ ipſius ſeruare.

5 QVID eſt propriũ dilectionis erga proximũ? Non quærere quod ſuũ eſt, ſed quod eius qui diligitur, ad illius utilitatẽ, cum animæ tum corporis.

6 QVID eſt propriũ Chriſtiani? Per baptiſmũ aquæ & ſpiritus denuò naſci.

7 QVID eſt proprium eius qui natus eſt ex aqua? ut ſicut Chriſtus peccato mortuus eſt ſemel, ita & ipſe mortuus ſit & immotus ad quodcunq; peccatum, iuxta quod ſcriptum eſt. Quicunq; enim baptizati ſumus in Chriſtum Ieſum, in mortẽ ipſius baptizati ſumus. Conſepulti igitur illi ſumus per baptiſmum in mortem, hoc ſcientes quòd uetus noſter homo ſimul crucifixus eſt cum illo ut deſtruatur corpus peccati, ne amplius ſeruiamus peccato.

QVID

A QVID eſt proprium nati ex ſpiritu? ut illud ſit ſecundum datam menſuram, 8
quod eſt id unde natus eſt, ſicut ſcriptum eſt, Quod natum eſt ex carne caro eſt, &
quod natum eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt

QVID eſt proprium nati denuò? ut exuat ueterem hominem cum actibus 9
ſuis & deſiderijs, & induat nouum qui renouetur ad cognitionem, iuxta imagi-
nem eius qui condidit ipſum, ſicut dictum eſt. Quicunque in Chriſtum baptizati
eſtis, Chriſtum induiſtis.

QVID eſt proprium Chriſtiani? ut mundetur ab omni inquinamento car- 10
nis & ſpiritus, in ſanguine Chriſti, perficiatq; ſanctificationem in timore Dei & di
lectione Chriſti, nec habeat maculam aut rugam, aut aliud quid talium, ſed ſit ſan
ctus & immaculatus, atq; ita edat corpus & bibat ſanguinem Chriſti. Qui enim
edit ac bibit indignè, iudicium ſibi ipſi edit ac bibit.

QVID eſt proprium eorum qui edunt panem & bibunt poculum Domini? 11
Vt memoriam continuam ſeruent eius, qui pro nobis eſt mortuus & reſurrexit.

QVID eſt proprium eorum qui talem memoriam ſeruant? ut non amplius ſi- 12
bi ipſis, ſed ei uiuant qui pro ipſis eſt mortuus ac reſurrexit.

QVID eſt proprium Chriſtiani? ut iuſtitia ipſius in omnibus excellat iuſtitiã 13
ſcribarum & phariſęorum ſecundum menſuram doctrinæ quæ eſt Euangelij.

QVID eſt proprium Chriſtianorum? ut diligant ſe inuicem alius alium, ſi- 14
cut & Chriſtus dilexit nos.

QVID eſt propriũ Chriſtiani? ut prouideat Dominũ in cõſpectu ſuo ſẽper. 15

QVID eſt proprium Chriſtiani? ut omnibus diebus & horis uigilet, & in 16
B perfectione diuini beneplaciti paratus ſit, ſciens, quòd qua hora non putauerit,
C uenturus ſit Dominus.

BASILII MAGNI SERMO ASCETICVS

HOMO ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus eſt, Peccatum uero imaginis huius pulchritudinem deformem & inutilem reddidit, dum animam corruptis cõcupiſcentiæ affectibus immerſit: Deus uero qui hominẽ fecit, uera eſt uita. Similitudinem Dei itaq; qui amiſit, amiſit ſimul & uitæ affinitatẽ, ut impoſſibile ſit in uita eſſe beata eũ, qui extra Deum eſt. Redeamus igitur ad priſtinam gratiam quam initio habuimus à qua per peccatum abalienati ſumus, iterumq; nos iuxta imaginem Dei ornemus, per affectionum alienationem conditori noſtro conformes facti. *διὰ τῆς ἀπαθείας.* Is enim demum imaginem Dei in anima ſua recepit, quoniam alienationẽ iſtam affectionũ quæ eſt in diuina natura quantum poſſibile eſt imitatur. Qui autem Deo iuxta dictam rationem ſimilis factus eſt, is utique & diuinæ uitæ ſimilitudinem adeptus eſt, perpetuò in ſempiterna felicitate permanens. Si itaque per affectionum alienationem imaginem Dei recipimus, imago uero Dei, uitæ perennitatem ac ſoliditatem nobis largitur, neglectis reliquis omnibus, ad id ſtudij nos conferamus, ut animam noſtrã ita cuſtodiamus, ne ulli unquam affectioni ſeruiliter ſubijciatur, ſed mens noſtra recta & immota in tentationum incurſibus permaneat, quo diuinæ felicitatis participes reddamur. Ad huiuſmodi aũt propoſitum ac ſtudiũ admodũ cõducit *Virginitas.*

uirgini-

uirginitas,ijs qui donum illius cum ratione exercent. Non enim in eo ſolo acquiri- C
tur & perficitur uirginitatis donū quod à liberorum procreatione abſtinetur, ſed opus eſt ut tota uitæ ætas, uita ipſa, & mores quoque uirginitatem reſipiant, ut in quouis ſemper uitæ inſtituto uirginitatis incorruptio oſtendatur. Poteſt enim fieri, ut & ſermone quis ſcortetur, & oculo adulteretur, & per auditum polluatur, ac corde immunditiem accipiat, perq; cibi & potus intemperantiam caſtitatis & pudicitiæ limites excedat. Qui nanq; in his omnibus ſub canone uirginitatis ſeipſum per continentiam conſeruat, uerè perfectam oſtendit in ſe per omnia conſummatam & abſolutam uirginitatis gratiam. Proinde, ſi characterem animæ noſtræ ſecundum ſimilitudinem Dei per affectionū alienationem ornare cupimus, ut per hunc uitæ quoq; perpetuitatem acquiramus, attendamus nobiſipſis ne quo pacto quod profeſſione noſtra ſit indignum facientes, incidamus iu iudicium Ananiæ. Erat enim primum in poteſtate Ananiæ nō polliceri Deo uenditum agrum: uerum poſteaquā humanam gloriam ſpectans, agrum Deo per promiſſionem conſecrauerat, ita ut liberalitatis gratia celebris redderetur apud homines, ubi de precio illius aliquid ſuffuratus eſt, talem contra ſe mouit Domini indignationem, cuius miniſter erat Petrus, ut neq; ad pœnitentiam aditum inuenerit. Ad hunc itaque modum ante profeſſionem grauis ac religioſæ uitæ, liberum eſt uolenti iuxta conceſſam & legitimam uiuendi rationem coniugio ſeſe tradere: cum uero qui ſeſe iam propria profeſſione obſtrinxit, Deo ſe conſeruare conuenit, tanquam anathema quoddam ſacrum, ne ſacrilegij ſeſe iudicio reddat obnoxiū, ſi corpus, per promiſſionem Deo conſecratum, denuò communis uitæ ſeruitute polluat. Hec autem dicens non ad unam duntaxat affectionum ſpeciem reſpicio: ſicut nōnulli pu- D
tant, in ſola corporis cuſtodia uirginitatis uirtutē ſeruantes, ſed ad id magis, ut qui Deo illibatum ſe conſeruaturus ſit, in omni prorſus affectionum diſpoſitione id curet, ne ullo mundano deſiderio polluatur. Ira & inuidentia, iniuriarum memoria, mendacium & ſuperbia, mentis euagatio, garrulitas, deſidies ad orandum, deſiderium eorum quæ non habentur, mandatorum negligentia, ueſtium ornatus, facierum ornandarum ſtudium, congreſſus & colloquia extra decorum & neceſſitatem, hæc omnia tantam exigunt cuſtodiam ab eo, qui Deo ſe per uirginitatem conſecrauit, ut propè idem ſit periculi uno iſtorum uitio comprehendi, atq; in deploratum quoddam peccatum incidere. Quicquid enim per affectionem committitur, animæ puritatem admodum corrumpit, & diuinæ uitæ conſortium impedit. Huc ergo reſpiciendū eſt ei, qui ſeculo renuntiauit, ne ullo ſe pacto, uelut uas Dei, impuro per affectionem uſu inquinatum reddat. Illud autem potiſſimum reputare debet, quod qui angelicam uitam elegit, humanæ naturæ ſuperatis terminis ad ſpiritalem conuerſationem ſeſe tranſtulerit. Eſt enim hoc angelicæ naturæ propriprium à coniugio liberum eſſe, neq; aliam aliquam pulchritudinem ſuſpicere, ſed in faciem Dei indeſinenter intendere. Proinde qui ad angelicam dignitatē tranſlatus humanis maculatur affectibus, ſimilis eſt pelli Pardi, cuius pili nec albi prorſus, nec omnino nigri ſunt, ſed mixtura aliter atque aliter coloratorum punctata, nec cum albis nec cum nigris connumeratur. Igitur hæc quidē generalem habent admonitionem ad eos, qui uitæ cōtinentiam & caſtitatem elegerunt. Quoniam autem & de his opus eſt diligenter tractare, quæ ſingularia ſunt, neceſſarium fuerit

A & de iſtis breuem relinquere admonitionem. Qui à communi uita ſeceſſerunt, & ad diuiniorem conſequendam ſeſe exercent, ſtudium illorum nec ſit proprij arbitrij, nec ſolitarium. Conuenit enim eiuſmodi uitam ita inſtituere, ut non ſit ſine teſtibus, ne prauæ ſuſpicioni reddatur obnoxia. Et quemadmodum ſpiritalis lex nō uult eos eſſe infra numerum duodenarium, qui myſticum paſcha edere debeant, ita & hic curandum, ut denarium numerum ſuperent potius, quàm imperfectum relinquant, qui ſpiritalis uitæ conuerſationem exercere uolunt. Dux honeſtæ huic uitæ unus præficiatur, qui experientia uitæ & morum, & omnis honeſtæ conuerſationis reliquis potior iudicatus, & ſimul ætate prouectiore præditus ſit, ut cæteris uenerandus eſſe queat. Plus enim quodam modo reuerentiæ habet in natura hominum, quod plus habet honoris & dignitatis. Hic autem tantum habeat poteſtatis, fratribus illi ſpontanea tractabilitate & humilitate obedientibus, ut nemini in ea congregatione illius uoluntati contradicere liceat, ſicubi quod ad honeſtatem & religionis perfectionem facit, decreuerit: ſed quemadmodū Apoſtolus poteſtatibus a Deo ordinatis non eſſe reſiſtendum dicit, eo quòd ordinationi Dei reſiſtere iudicentur, qui hoc faciunt: ita & hic perſuaſos eſſe conuenit fratres, talē præpoſito ſuo poteſtatem non eſſe temerariam & fortuitam, ſed conſilio diuino traditam ad hoc, ut expeditiſſimus ſit uitæ ſecundum Deum inſtitutæ profectus, dum & iſte quicquid ad animarum utilitatem & commoditatem facit, conſulit, & fratres obſequenter bona illius conſilia amplectuntur. Quoniam igitur omninò cōuenit, ut fratrum contubernium morigerum ſe & ſubditum exhibeat præpoſito, neceſſarium eſt, ut talis cōuerſationis iſtius dux & moderator eligatur, cuius uita ad ipſum

B reſpicientibus omnis boni ſit exemplar, & ſicut Apoſtolus dicit, qui ſit ſobrius, modeſtus, honeſtus, ad docendum appoſitus. Ita mihi uidetur & huius comprobandam eſſe uitam, non in eo tantum, an ætate ſit ſenior. Poteſt enim fieri ut in canicie quoque & rugis, mores deprehendantur iuueniles, ſed in hoc præſertim, an & ingenium & mores honeſtatis caniciem præferant, ita ut quicquid uel dixerit, uel fecerit fratribus, legis & canonis loco eſſe poſſit. Victus uerò ratio, eos qui iſtiuſmodi uitam inſtituunt, ea decet, quam Apoſtolus præſcribit, ut manibus operātes quod honeſtum eſt, ſuum ipſorum panem edant. Operandi uerò ſtudium diſponēdum eſt per ſenem aliquem, qui uitæ honeſtate ſit cōmendatus, qui opera manuaria ea deligat, quæ ad neceſſarios uſus requiruntur, ut & mandatum dei ſeruetur, quo dictum eſt: In ſudore uultus tui ueſcere pane tuo, & honeſtas irreprehēſibilis & iuculpata maneat, dum nullo pacto fratres in publicum uictus neceſſarij gratia prodire coguntur. Optima uerò abſtinentiæ meta ac regula hæc ſit, ut neq; delitiæ, neq; corporis afflictio ſpectentur, ſed utrobiq; uitetur immodeſtia, ne uel corpulentia grauetur, uel morbidum factum imbecillum reddatur corpus, ad obeundum mandatorum exercitium. Pari enim damno anima utrinque afficitur, dum aut immorigera per corporis habitum caro in abſurdos motus laſciuit, aut languida, remiſſa & immota doloribus diſtinetur. Non enim uacat animæ in tali corporis cōſtitutione, ut cœleſtia liberè ſuſpiciat, ſed ſumma neceſſitate deuicta doloris ſenſu occupatur, & ad corporis afflictionē humiliata deflectitur. Sit igitur uictus neceſſitati cōmenſuratus, & uinū neq; abominabile putetur, ſi medendi gratia uſurpetur, neq; ſtudioſè citra neceſſitatem affectetur, & reliqua omnia ſimiliter neceſſitati religioſorum, non deſiderijs ſeruiant. Orandi tēpus ſit tota uita. Quoniā uerò pſallendi & genu-

flectendi aſſiduitas quibuſdã interſtitijs quietis gratia dirimenda eſt,ſequendę po- C
tiſſimum ſunt horæ illæ ad precandũ,quas uſus ſanctorũ præfixit. Dicit itaq; ma-
gnus ille Dauid: Media nocte ſurgebã ad confitendũ tibi,ſuper iudicijs iuſtificatio-
nis tuę. Quẽ & Paulus,& Silas conſectati circa noctis mediũ,deũ in carcere laudãſ-
ſe inueniũtur. Deinde idẽ Propheta dicit: Veſperè,& manè,& meridiè. Sed & ſpiri-
tus ſanctus circa tertiã horã aduenit, ſicut in Actis didicimus. Cum eñ diſcipulos
phariſæi uarijs linguis loquẽtes irriderent,dixit Petrus nõ eſſe ebrios iſta loquẽtes:
hora eñ,inquiẽs,tertia eſt. Nona uerò dominicæ paſſionis memoriã habet, quã il-
le noſtri gratia ſubijt. Quoniã aũt Dauid dicit: Septies in die laudẽ dixi tibi ſup iu-
dicijs iuſtificationis tuæ, cõmemorati uerò tẽporis articuli non adimplent ſeptena-
rium orandi numerũ,meridionalis oratio diuidẽda eſt,ut pars ante,pars poſt refe-
ctionẽ impleatur,ut iuxta hunc typũ & nos deũ ſepties per diẽ,hoc eſt, totã diei pe-
riodũ laudemus. Ingreſſus ad officinas laborũ mulieribus occludãtur: uiri uerò nõ
omnes ingrediãtur,ſed ij tantũ,quibus à præceptore permittitur: Fit eñ plerũq; ut
introeũtis negligẽtia,dũ intẽpeſtiua & inutilia loquitur,uanarũ & inutiliũ cogitatio-
num ſeminaria cordibus fratrũ inſerat. Et huius gratia cõmunis lex eſto, ut præce-
ptor tantũ interrogetur & reſpõdeat ijs,quæ neceſſariũ exigunt ſermonẽ,reliqui ue-
rò nõ reſpondeãt,multa inania garriẽtibus,ne cõſequẽter ad otioſa uerba deducãt.
Apotheca ſit omnibus una cõmunis,nec propriũ quicq; alicui dicatur,nõ ueſtimen-
tũ,nõ calciamentũ, nõ quid aliud eorũ quæ ad corporis uſum neceſſaria ſunt,ſed in
poteſtate præceptoris ſit quid ex cõmunibus bonis ſingulis uſui eſſe poſſit, idq; iu-
xta præpoſiti ſententiã. In cõmuni uerò iſta ſocietate ſeparatas amicitias & ſodalita-
tes dilectionis lex nõ admittit. Omninò nãq; neceſſe eſt ſeparatas affectiones plu- D
rimũ detrimenti adferre cõmuni cõcordiæ. Nunc aũt cõuenit ut omnes, quiſq; ſuo
modo animi affectibus ſeſe mutuò reſpiciãt,ut una dilectionis menſura in tota con-
gregationis plenitudine obtineat. Si uerò deprehenditur quiſq̃,maiore dilectionis
affectu erga monachũ aliquẽ fratrẽ,uel cognatũ,uel aliũ quempiã quacũq; occaſi-
one præditus,caſtigetur tanq; iniurius in publicũ. Abũdantia nanq; affectus erga
unã perſonã in eo plurimũ habet reprehenſionis, quòd reliqui minus diliguntur.
Pœnæ uerò eius qui delicti alicuius gratia condẽnatur,mẽſuræ peccati reſpõdeant,
ſiue prohibeatur a cœtu pſallentiũ,ſiue ad precãdi conſortiũ nõ admittat̃, ſiue à cõ-
muni refectione reijciat̃, ubi iuxta lapſus quãtitatẽ pœnã ei qui deliquit, definiat is
cui cõmunis ordo & ſtatus religionis cõmiſſus eſt. Cõmuni aũt fratrũ cõuentui per
uices adminiſtret̃,duobus ex ordine per ſeptimanã unã omnẽ neceſſariã diligentiã
& officioſitatẽ adimplentibus, ut & humilitatis merces cõmunis ſit, nec cuiq; liceat,
ne in bono quidẽ reliquos excellere,& æqua omnibus ſit refocillatio. Partim eñ la-
borare,& partim quieſcere laboris ſenſũ adimit laborantibus. Poteſtatẽ habet qui
ordini præpoſitus eſt,quos uoluerit ad neceſſarios ꝓgreſſus emittere, & domi reti-
nere quibus ꝓdeſſe nouit,ut domi maneãt. Fit eñ ſępenumero ut adoleſcẽtioribus
corporibus,etiã ſi q̃ maximę abſtinẽtiæ adflictio & labor exerceatur, per ætatẽ in-
ſit florida colorũ elegãtia,& affectionis occaſionẽ colloquẽtibꝰ exhibeat. Proĩde ſi
q̃s corporis flore adhuc iuueneſcat,in abſcondito talẽ corporis uenuſtatẽ obſcuret,
donec ea parte qua patet,cõuenientẽ cõſtitutionẽ acquirat. Iræ aut iniuriarũ memo-
riæ,aut inuidiæ,aut cõtentionis nec ſpecies ſit inter fratres,nec geſtus,nec uerbũ,nec
aduerſarius aſpectus, nec uultꝰ ad cõmoti animi ſignificationẽ cõpoſitio, aut aliud

quid hu-

A quid huiuſmodi,quod cõuictori iræ ſolet adferre cõmotionem. Si uerò quicquam horum ex eo cuiq̃ acciderit,quod nõnihil offenſus ſit antea, ne id quidẽ ſatis eſt ad defẽſionẽ & excuſationẽ delicti, quo quis obnoxius deprehẽditur. Malũ eñ quocunq; tẽpore præſumptũ æqualiter malũ eſt. Iuramentũ prorſus è religioſorũ catalogo exterminetur. Capitis aũt nutus,& uocis aſſenſus iuramẽti loco reputẽtur, tã dicenti,q̃ audienti.Quòd ſi quiſq; nudę ac ſimplici aſſeuerationi fidẽ adhibere noluerit,propriã ipſe conſcientiã incuſabit, ꝙ nondũ ſuũipſius ſermonẽ à mẽdacio repurgauerit, & huius gratia inter delinquẽtes à pręceptore deputabitur & pœna, qua curetur,caſtigabitur.Elapſo iã die & quouis opere diurno,ſeu corporali,ſeu ſpiritali ad finẽ deducto, ante quietẽ conſcientiã ſuã quiſq; in corde ſuo examinare debet, & ſi quid præter q̃ quod oportebat, cõmiſſum fuerit,aut cogitatũ aliqd quod uetitũ ſit,uel dictũ extra decorũ,uel deſidies obrepſerit circa orationẽ,aut tædiũ in pſalmodijs,aut ſecularis uitæ deſideriũ,nõ celetur delictũ,ſed cõmunioni fratrũ indicetur,ut cõmuni oratione morbus eius,qui malo eiuſmodi cõprehẽſus eſt, curet. ὑπὸ τοῦ προκαθηγουμένου

[redacted]

VNicum ſcopũ habet uita religioſa,animæ uidelicet ſalutẽ,& ut quicquid ad id propoſiti conducit, cũ timore, nõ ſecus atq; mandatũ dei cuſtodiatur. Neq; enim ipſa dei mãdata aliò reſpiciũt, q̃ ad hoc ut qui obediũt,ſaluentur. Oportet itaq; more eorũ qui balneũ ingredientes omnibus indumẽtis ſepoſitis nudãtur, ita etiã ad religioſã uitã accedentes omni ſeculari negotio nudatos philoſophiæ huius uitã ingredi.Primariũ igitur eſt,& quod Chriſtianũ potiſſimũ curare cõuenit,ut exuantur malitiæ affectiones uariæ illæ & differentes,quibus anima polluitur.Dein-
B de ſecũdo loco & facultatũ externarũ abnegatio pręſtãda eſt ad ſublimẽ hanc uitã reſpicienti,propterea ꝙ terrenarũ rerũ cura & ſolicitudo animæ multũ exhibeat occupationis & diſtractionis. Quãdo itaq; cõplures ad eũdẽ ſalutis ſcopũ ſpectãtes, cõmunem hanc inter ſe religioſę uitæ conuerſationẽ amplectũtur, cũ primis hoc inter eos obtinere debet,ut cor ſit omnib⁹ unũ, & uolũtas una, deſideriũ unũ, & ſicut Apoſtolus præſcribit, tota congregationis plenitudo unũ corpus ex uarijs mẽbris compactũ fiat.Id aũt alia ratione pręſtari nequiuerit, niſi hoc obtineat,ut nihil cuiquã determinatè nũcupetur,neq; ueſtimentũ,neq; inſtrumentũ, neq; aliud quicq̃ eorũ quę ad cõmunem uitę ſuſtentationẽ uſurpãt, ut ſingula iſta neceſſitatis ſint, non poſſidentis.Et ſicut paruũ indumentũ maiori corpori nõ conuenit,aut minori quod grãdius eſt,ſed quod cuiq; cõmenſuratum eſt,id ei & utile & congruũ eſt, ita & reliqua omnia,lectus,ſtragula,calidum regumentũ, calciamentũ, eius eſſe debet qui plus illis opus habet,nõ eius qui ea poſſidet. Quẽadmodũ eñ pharmaco non qui ſanus,ſed qui uulneratus eſt,utitur: ita & his quæ ad corporis recreationẽ inuẽta ſunt,nõ qui delitiatur,ſed qui recreatione opus habet frui debet. Quoniam uerò uarij ſunt hominũ mores,nec omnes pari ratione de rebus utilibus iudicãt,ne diſſidium oriatur,ſi quiſq; iuxta propriæ uolũtatis arbitriũ cõuerſetur,cõuenit unũ aliquem,qui intellectu, & conſtãtia,uitæq; perfectione probatus reliquos antecedat, præficere ad hoc,ut alios inſtituat,ut quod in illo bonũ eſt omnibus eũ imitãtibus cõmune reddatur. Sicut eñ cũ plures pictores unius faciei characterẽ depingunt, omnes illius imagines ſimiles inter ſe ſunt,propterea ꝙ ad unius faciei ſimilitudinẽ formatæ ſunt,ita & multorũ mores, ſi ad unius imitationẽ fuerint intenti, in omnibus ſimiliter bonũ uitæ characterẽ repræſentabũt:uno atq; reliquis propoſito ceſ-

ſabunt ſingularia aliorũ & priuata arbitria, & ad primariũ illud & excellẽs omnes conſequẽter formabuntur, obtẽperantes Apoſtolico præcepto quo omnes animæ C poteſtatibus eminentioribus ſubijci iubentur, eo ꝗ reſiſtentes iudiciũ ſibi ipſis ſint accepturi. Vera aũt & perfecta obedientia ſubditorũ erga præceptorẽ in eo oſtenditur, ut non ſolũ ab his quæ nõ conueniũt, iuxta præpoſiti conſiliũ abſtineant, ſed ne laudabilia quidẽ citra illius ſententiã faciãt. Abſtinẽtia nanq; & omnis corporalis adflictio ad aliquid quidem conducit. At ſi quis proprijs motibus obſequutus, quod ſibi ipſi probatur, fecerit, & prępoſiti cõſilijs nõ acquieuerit, plus habebit delicti ꝙ uirtutis. Qui em̃ poteſtati reſiſtit, ordinationi dei reſiſtit. Et obedientiæ merces maior eſt abſtinẽtiæ uirtute. Dilectionẽ uerò ita cõmunem & parem omnibus inuicẽ eſſe conuenit, quemadmodũ erga ſingula mẽbra ſua naturaliter affectus eſt homo, pariter totius corporis ſanitatẽ affectans, unde & cuiuſq; mẽbri labor parẽ corpori moleſtiã exhibet. Verũ quemadmodũ in nobis cuiuſq; infirmi membri labor totũ corpus ex æquo quidẽ attingit, ſunt tamẽ alijs alia mẽbra potiora (nõ em̃ eodem modo circa oculũ, & circa pedis digitum afficimur, licet utrinq; pariter laboretur) ita & cõdolendi quidẽ & diligendi affectũ omnibus & ſingulis inter ſe in congregatione uiuẽtibus parẽ eſſe cõuenit, honor uerò, iuxta quod rationi cõſentaneũ eſt. utilioribus & potioribus auctior impẽdetur. Quoniã uerò debitores ſunt inter ſe omnes, ut alius aliũ ex æquo diligat, iniuſtũ eſt, ſi in cõgregatione priuata & ſeparata conuenticula & cõturbernia deprehendãtur. Qui enim unũ diligit præ alijs ſeipſum incuſat, quòd erga alios nõ habeat perfectã charitatẽ. Itaq; ſimiliter abijcienda eſt à cõgregatione tã ſeparatus diligendi affectus, ꝙ indecens cõtentio. Nã è cõtentione quidẽ inimicitia, è particulari quidẽ & ſeparata amicitia & ſodalitate ſuſpiciones & inuidię ſtimuli gignũtur. Vbiq; em̃ quod æqualitati detrahitur, inferioribus inuidiæ & inimicitię cauſam & initiũ parit. Quapropter & mandatũ à domino D accepimus, ut bonitatẽ ipſius imitemur, qui ſolem ſuũ æquè ſuper malos ac bonos producit. Quemadmodũ itaq; deus cõmunem dat omnibus lucis participationẽ: ita & imitatores dei cõmunem & parem omnibus dilectionis ſuæ radiũ inferãt: ubi nanq; dilectio deficit, ibi planè ſuccedit odiũ. Si uerò, ſicut Ioãnes dicit, deus eſt dilectio, omninò neceſſe eſt odiũ eſſe diabolũ. Sicut igitur deũ habet, qui dilectionẽ habet: ita qui odiũ habet, diabolũ in ſeipſo nutrit. Quocirca cõuenit dilectionẽ quidem in omnibus erga ſingulos parẽ & ſimilem eſſe: honorẽ uerò cuiq;, iuxta quod decet, exhiberi. Inter eos aũt qui ad hũc modũ coadunati ſunt, corporalis cognatio in dilectione nihil habebit prærogatiuæ: neq; ſi quis frater, etiã cuiuſpiã, ſit ſecundum carnẽ, aut filius, aut filia in maiori dilectionis affectu erga eum, qui genere cognatus eſt, pluſꝙ alios, ſanguinis erit propinquitas. Qui em̃ in iſtis naturã ſequit̃, ſeipſum incuſat, ꝗ nondum perfectè naturæ affectus deſeruerit, ſed adhuc à carne ducatur. Sermo uerò inutilis, & quæ per mutuas cõfabulationes eſt intempeſtiua uerborũ euagatio prohibeatur, ſed ſi quid ad animarũ ędificationẽ accõmodũ eſt, de hoc tãtum ſermo fiat. Et ipſa quoq; utilia ordinatè & tẽpeſtiuè ab illis dicenda ſunt perſonis, quibus ſermonis munus cõmiſſum eſt. Suſurri uerò & ſecretę illæ cõfabulationes, quæ in aurẽ fiunt, & indicia per nutus tradita, omnia hęc reprobẽtur, propterea ꝗ obtrectationis ſuſpicionẽ habeat ſuſurrus, & indiciũ per nutus traditũ argumentũ fratri obijcit occultæ cuiuſpiã rei dolũ ſubeſſe. Talia aũt & odij & ſuſpicionis primordia adferunt. Quando uerò neceſſitas exigit, ut colloquia mutua miſceantur,

ſceātur,moderatio uocis neceſſitati reſpōdeat,ita ut cū eo qui prope eſt placidiore uo
A ce ſermo fiat,& is qui remotior eſt maiore aduocetur. Eū aūt qui uel cōſulit cuipiā aut nōnihil præcipit,maiore & obiurgatiore uoce uti, tanq̄ cōtumelioſum in fratrū cōgregatione nō feratur. Egreſſus uerò,dēptis ordinatis ac neceſſarijs, è monaſterio nō ſit. Quoniā uerò non uirorū ſolū cōgregationes habentur, ſed & uirginū, reliqua quidē omnia quæ dicta ſunt,cōmunia erūt & iſtis,& illis:unum uerò ſciendū eſt,uidelicet ꝙ maiorē & ampliorē exigit honeſtatē in mulieribus uitæ cōuerſatio,& paupertatis uirtutem,& ſilentij,& obedientiæ,& mutuæ charitatis,& egrediendi colloquēdiq; cautionem & cuſtodiā,& mutuū inter ſe affectū, & ut nō habeant ſeparatas ſodalitates. Nā in his omnibus maiore cū diligentia uirginū cōuerſatio cōſeruari & inſtitui debet. Ea uerò cui ordinis ſtat⁹ cōcreditus eſt:nō quærat quod ſororibus ſit iucūdū, neq; ſtudeat illis gratificari per ea quæ ſunt accepta,ſed perpetuò grauis, metuēda,& reuerenda habeatur. Sciendū eñ illi eſt,ꝙ omniū eorū, quæ contra decorū & iuſtū in congregatione delinquuntur, deo ſit redditura rationē. Nec ulla in tota cōgregatione quod iucundum eſt a Præpoſita petat,ſed quod utile eſt & cōmodum.Neq; diſceptet de illis quæ præcipiuntur. Nā talis conſuetudo ad gubernationis deſtructionē meditationē habet & progreſſum,ſed quemadmodū mādata domini indiſcuſſe cōplectimur, ſciētes,ꝙ omnis ſcriptura diuinitus inſpirata eſt & utilis, ita & ſorores præpoſitæ mandata abſq; ulla diſceptatione ſuſcipiāt, quicquid cōſulitur cum animi alacritate adimplētes,nō ex triſtitia,neq; ex neceſſitate,ut mercedis capacē habeant obedientiā.Obtēperent aūt nō ſolū ubi quæ ad uitæ perfectionē faciūt,docētur,ſed & ſicubi ieiuniū præcipitur,aut cibus ad recreādas uires ſumendus,aut aliud quippiā eorū quæ ad recreationē faciūt,ita neceſſitate exigēte cōſulitur,omnia pari ratione perficiāt, quicquid à præ-
B poſita dicitur,legē eſſe perſuaſæ.Quòd ſi neceſſitatis gratia de quibuſdā neceſſarijs loquendū eſt,ſiue cū uiro aliquo, ſiue cum eo cui monaſterij cura cōmiſſa eſt, aut cū alio quopiā qui cauſę,de qua quęrendū eſt ꝓdeſſe poteſt,cōuenit ſermonē fieri per ipſam præpoſitā præſente una aut altera ſorore,quibus iā per ætatē abſq; periculo ſit ad uiri alicuius cōſpectum & colloquiū uenire. Si uero quæpiā ex ſororibus utile quippiā penes ſe cogitauerit,præpoſitā huius admoneat,& per illā dicat quod dicendū fuerit.

EIVSDEM DEFINITIONES LATIORES [redacted]

Quoniā gratia dei in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti in unū cōuenimus, qui unū & idē uitæ ſecundū pietatē inſtitutæ ꝓpoſitū auſpicaturi ſum⁹,& uos cōſpicue aliquid quod ad ſalutē faciat,diſcere deſideratis,mihi uerò neceſſitas incūbit ut noctes ac dies iuſtificationes dei annuntiē,memor Apoſtoli dicētis: Per trienniū noctes ac dies nō ceſſaui cū lacrymis admonēs unūquenq;: tempus aūt præſens hoc accōmodiſſimū eſt, & locus hic quietē & ſummū otiū ab externis tumultuationibus exhibet: precemur hoc mutuò,ut & nos cōſeruis noſtris in tēpore tritici mēſurā demus, & uos ſermonē, uelut in terrā bonā amplexi perfectū & multiplicatū in iuſtitia fructū reddatis,ſicut ſcriptū eſt:Obſecro itaq; uos per dilectionē domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſe ipſū pro nobis dedit,aggrediamur aliquādo animarū noſtrarū curā, cōtriſtemur propter præteritæ uitæ uanitatē,ſoliciti ſimus de futuris ad gloriā dei, et Chriſti ipſius,& adorandi ac ſancti ſpiritus.Ne maneamus in iſta ſocordia & diſſolutione,ne præſens quodq; tēpus per ſocordiā ꝑpetuò perdētes,bonorū uero operū auſpicationē in craſtinū differētes, tandē ab eo qui animas noſtras repetet,ꝙ opera bona attinet,imparati deprehenſi,à gaudio ſpōſi abijciamur,fruſtra & inutiliter fleamus, præteritā uitā

malè tranſactã tunc deplorãtes, quãdo nihil amplius pœnitere profuerit. Nũc tẽpus
eſt acceptũ,inquit Apoſtolus, nũc dies ſalutis. Hoc ſeculũ reſipiſcẽtiæ eſt, futurũ uerò c
retributionis:hoc operationis ac ſtudij,illud præmij: hoc patientiæ,illud cõſolationis.
Nũc adiuuat deus à uia mala recedẽtes:tunc terribilis erit & humanarũ actionũ & co/
gitationum infallibilis iudex: nunc illius lenitate utimur,tunc iuſtũ iudicium cognoſce/
mus,quando reſurgemus alij ad ſuppliciũ æternũ, alij uerò ad uitã æternã, & recipiet
quiſq; iuxta quod geſſit. Quouſq; differimus obedientiã Chriſti,qui nos ad regnum
ſuũ cœleſte uocauit? Nõ euigilabimus? Non reuocabimus nos ipſos à cõſueta uitæ cõ
uerſatione ad Euangelij perfectionẽ? Non ante oculos ſtatuemus diẽ domini terribi/
lem illũ & illuſtrẽ,in qua regnum cœlorũ eos quidẽ accipiet, qui bonorũ operũ gratia
dexteræ domini aſſiſtẽt:gehẽna uerò ignis & tenebrarũ eos in ſempiternũ abditos ha
bebit,qui bonis operibus uacui ad ſiniſtrã cõſtituti abijcientur? Illic erit,inquit, fletus
& ſtridor dentiũ. Nos uerò id de nobis quidẽ dicimus, ꝙ regnũ cœlorũ expetamus:
ea uerò nõ curamus unde illud acquiritur:ſed nullũ pro mandato domini laborẽ am/
plexi, paria cũ illis præmia per ſenſus noſtri uanitatẽ nobis pollicemur, qui ad mortẽ
uſq; peccato reſtiterunt. Quis cũ ſationis tẽpore domi deſederit,aut dormierit tẽpore
meſſis ſinũ ſuũ manipulis adimpleuit? Quis uitẽ uindemiabit, quã ipſe nõ plantauit?
Illorũ ſunt fructus, quorũ ſunt & labores. Honores & coronæ eorũ ſunt,qui certãdo
uicerũt Quis coronabit eũ,qui ne aggreſſus quidẽ eſt aduerſariũ, quandoquidẽ nõ ſo
lũ uincere,ſed & legitimè certare iuxta Apoſtolũ oportet,hoc eſt,nec modicũ aliquid
negligere eorũ quæ præcepta ſunt,ſed quæq; ita facere,ſicut facere iuſſi ſumus? Beatus
enim,inquit,eſt ſeruus ille,quẽ dominus cũ uenerit,nõ ſimpliciter ac temerè, ſed ſic fa/
cientẽ inuenerit. Et ſi rectè quidẽ obtuleris,nõ aũt rectè diuiſeris, peccâſti. Nos aũt u/
num aliquod mandatũ feciſſe nos rati(non eñ dixerim ꝙ fecerimus. Nã omnia inter D
ſe iuxta ſanæ doctrinæ ſententiã ita cohærẽt, ut uno ſoluto & reliqua neceſſariò diſſol
uantur)nõ propter neglecta irã dei expectamus,ſed eius gratia,quod in ſpeciẽ præſti
timus præmia ſperamus. Qui ex decẽ depoſiti talentis, uno aut duobus ſubtractis ac
retentis,reliqua reddit,nõ ob id probus iudicatur,quòd potiorẽ debiti partẽ reſtituit,
ſed iniuſtus & impoſtor deprehẽditur & arguitur,ꝙ aliquã,licet minorẽ partẽ ſubtra/
xit. Quid dico ſubtraxit? quãdo is qui unũ talẽtum acceptũ idẽ ipſũ integrũ & illibatũ
quod acceperat reſtituẽs,ob id condẽnatur,quòd non aliquid ex eo lucratus eſt? Qui
toto quidẽ decennio patrẽ honorat, tandẽ uerò uel ſemel tantũ uerberat, nõ uelut be/
neficus in patrẽ honore afficitur,ſed tanq; patricida condẽnatur. Euntes,inquit Chri
ſtus,docete omnes gẽtes,docẽtes eos nõ alia quidẽ ſeruare,alia uerò negligere,ſed ſer
uare omnia quæcũq; mandaui uobis. Et Apoſtolus cõſentanea ſcribens: Nullã pror/
ſus ulla in re dãtes offenſionẽ, ne uituperetur miniſteriũ, ſed in omnibus cõmendãtes
nos ipſos tanq; miniſtri dei. Niſi eñ nobis omnia dei mãdata ad ſalutis propoſitũ ne
ceſſaria eſſẽt,nõ eſſẽt utiq; omnia cõſcripta,nec eſſet omniũ cuſtodia neceſſariò præce
pta. Quid mihi ꝓderũt reliqua rectè facta,ſi ubi fratrẽ fatuũ dixero,futurꝰ ſum obno
xius gehennæ? Quid eñ profuerit à multis eſſe liberũ,ſi ab uno ad ſeruitutẽ detineor
& occupor? Qui enim peccatũ facit,inquit,ſeruus eſt peccati. Quid lucri habet in mul/
tis quidẽ paſſionis eſſe expertẽ,ſi uno aliquo morbo corpus corrũpitur? Dicet quiſq;:
Ergo Chriſtianorũ multitudo nõ omnia dei mandata cuſtodiẽs,fruſtra quædã cuſto
diet? Bonũ hic fuerit beati Petri meminiſſe,qui poſt tam multa rectè facta,poſt tales
felicitatis deprædicationes,unius dũtaxat errati gratia audiuit: Si nõ lauero te,non ha/
bebis

bebis partem mecũ. Taceo quòd erratũ illud nec ſocordiæ, nec contemptus, ſed hono
A ris ac reuerẽtię ſignificationẽ habuerat. Attamen, inquiet aliquis, ſcriptũ eſt: Quiſquis
inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Igitur & ipſa inuocatio nominis dei ſaluare po
teſt inuocantẽ. Verũ audiat iſte uiciſſim Apoſtolum dicentẽ: Quomodo inuocabunt
in quẽ non credũt? Si uerò credis, audi dicentẽ dominũ: Non omnis qui dicit mihi do
mine, domine, intrabit in regnũ cœlorũ, ſed qui fecerit uoluntatẽ patris mei, qui in cœ-
lis eſt. Quandoquidẽ & qui uoluntatẽ domini facit quidẽ, nõ aũt ſecundũ uoluntatem
dei, neq; ex dilectionis erga deũ affectu facit, inutile habet operis ſtudiũ, iuxta ipſius
domini noſtri Ieſu Chriſti ſententiã, dicentis: Faciũt eñ ut ſpectentur ab hominibus.
Amen dico uobis, receperũt mercedẽ ſuã. Vnde & Apoſtolus inſtitutus dicit: Etiã ſi
erogauero omnẽ ſubſtantiã meã, & ſi tradidero corpus meũ, ut cõburat, charitatẽ aũt
nõ habuero, nihil mihi proderit. In ſumma aũt tres iſtas ego affectus ad irrecuſabilẽ
obedientiæ neceſſitatẽ differentias cõſidero. Aut eñ ſuppliciorũ metu à malo recedi-
mus, & ſeruili affectu detinemur, aut mercedis lucra ſectantes, noſtræ ipſorũ utilitatis
gratia quæ præcepta ſunt adimplemus, & hactenus ſimiles ſumus mercenarijs, aut
propter bonũ ipſum & dilectionẽ erga eũ qui legẽ nobis dedit, gaudentes, q̃ tam glo
rioſo & optimo deo ſeruire, digni habemur: & hoc pacto affectu filiorum præditi ſu-
mus. Neq; igitur qui in timore dei mandata ſeruat, & perpetuò ſocordiæ ſuppliciũ ob
oculos habet, alia quidẽ eorũ quæ ſibi pręcepta ſunt faciet: alia uerò negliget, ſed quã-
uis trangreſſionis ultionẽ pariter ſibi metuẽdam arbitrabitur, & huius gratia beatus
prædicatur, qui timoris gratia omnia cõtemnens, firmus in ueritate perſiſtit, ut dicere
queat: Prouidebã dominũ in conſpectu meo ſemper, quoniã à dextris eſt mihi ne cõ-
mouear, tanq̃ nihil uolens negligere eorũ, quæ facienda ſunt. Et: Beatus uir qui timet
B dominum. Quare? Quoniã in mandatis eius uoluntarius erit admodũ. Non eſt igitur
eorũ, qui timore dei præditi ſunt, aliquod mandatorũ dei omittere, aut negligenter ea
facere, ſed neq; mercenarius aliquod eorũ quæ præcepta ſunt, tranſgredi uolet. Quo-
modo enim operis uineæ impenſi mercedẽ reportabit, ſi nõ omnia quæ ex pacto fa-
cienda ſunt, adimpleuerit? Etenim ſi unũ aliquid ex neceſſarijs omiſerit, inutilẽ ſe ei à
quo cõductus erat, cõſtituet. Quis igitur accepto dãno mercedẽ adhuc dabit ei à quo
iniuriã eſt paſſus? Tertiũ genus erat miniſterij quod per dilectionẽ exhibetur. Quis
itaq; filius cuius ſcopus eſt ut patri placeat, in maioribus quidẽ illum exhilarare, in mi
nutis uerò cõtriſtare uolet? præſertim & Apoſtoli memor dicẽtis: Et ne cõtriſtetis ſpi-
ritũ dei bonũ, in quo obſignati eſtis. Quo igitur numero haberi uolunt, qui maximã
mandatorũ dei partẽ tranſgrediuntur, neq; uelut patri deo miniſtrantes, neq; tanquã
ingentia bona pollicito obtẽperantes, neq; ſicut domino ſeruientes. Si eñ pater ego
ſum, inq̃t, ubi eſt honor meus? Et ſi dominus ego ſum, ubi eſt timor meus? Qui nãq;
dominũ timet, inquit, in mandatis illius uoluntarius erit admodũ. Per trãſgreſſionem
uerò legis, inquit Apoſtolus, deũ dehoneſtas. Quomodo itaq; cum uitę ſecundũ do-
mini mandatũ inſtituendæ eã, quæ uoluptatum eſt, præferamus, æternæ uitæ felicita
tem & conuerſationem ei, quæ ſanctorum eſt conformem, & angelica gaudia in facie
Chriſti nobis pollicemur? Stolidi certè animi ſunt talia phantaſmata. Quomodo e-
ro cum Iob, qui ne uulgarem quidem adflictionem cum gratiarum actione comple-
ctor? Quomodo cum Dauide, qui erga inimicum nullo ſum lenitatis affectu prædi-
tus? Quomodo cum Daniele, qui non aſſidua continentia & deprecatione ſedula de-
um quæſiui? Quomodo cum ſingulis ſanctis, qui ueſtigia illorũ non ſum inſequutus?

omnia inter ſe cohęreant,& quod principij rationẽ attinet,cuncta ſint ſibi inuicẽ æqualia, ut liberũ ſit uolenti,uelut in orbe quodam undelibet initium petere.

A QVAESTIO ueſtra antiqua eſt,& iam olim in Euangelijs propoſita, eo nẽpe loci,ubi legiſperitus quidã ad dominũ accedens,dixit: Magiſter,quod eſt primum mandatũ in lege? Et dominus reſpondit: Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo,& ex omni anima tua,& ex omni fortitudine tua,& ex omni mẽte tua. Hoc eſt primũ & magnũ mandatũ. Secundũ uerò ſimile eſt illi,uidelicet: Diliges proximũ tuũ ſicut teipſum. Ipſe itaq; dominus mãdata ſua in ordinẽ collocauit, dum primũ & maximũ eſſe mandatũ de diligendo deo definiuit. Secundũ uerò ordine & primo ſimile,imò quo primũ adimpletur,& quod à primo dependet de diligẽdo proximo. Itaq; ex iam dictis & conſimilibus alijs diuinæ ſcripturæ locis inuenire eſt in omnibus mandatis domini ordinem quendam & conſequentiæ rationem ſeruari. RESPONSIO.

Differatur igitur primũ nobis de dilectione erga deum. Quòd eñ diligẽdus quidẽ ſit,audiuimus,quomodo uerò ſit diligendus ſcire cupimus.

DILECTIO quidẽ dei doceri non poteſt. Neq; enim luce gaudere,& uitã affectare ab alio quopiã didicimus: neq; diligere parẽtes aut nutritores alius nos docuit. Ad hunc itaq; modũ,uel certè multo magis diuinũ hoc deſideriũ nõ poteſt aliundè per externã doctrinã diſci, ſed cõſtitutioni hominis ſeminaria quædã indita eſt ratio,quæ in ſeipſa haberet cauſas & affectus familiariter diligendi,quã acceptã mandatorũ dei magiſteriũ cum cura & diligentia colere, & cũ ſcientia nutrire, & ad perfectionẽ per gratiã dei prouehere ſolet. Quapropter & nos ueſtrã diligentiã tãq; pietatis propoſito neceſſariã probantes,dante deo,uobiſq; ueſtrã per precandi ſedulitatem opẽ conferentibus inditã nobis diuini deſiderij ſcintillã pro data ſpiritus facultate excitare conabimur. Sciendũ aũt eſt q; mãdatum hoc unũ quidẽ eſt,uerũ B ea uirtute prẽditũ,ut omnia reliqua mandata perficiat,& in ſe cõplectatur. Qui eñ me diligit,inquit dominus,mandata mea ſeruabit. Et iterũ: A duobus hiſce mãdatis omnis lex & prophetæ pendent. Nos aũt in præſentiarũ nõ conabimur exactè pręcepti huius rationẽ tractare(nã ita omnẽ mãdatorũ dei cauſſã per imprudentiã unius partis ueluti circulo includeremus) ſed quantũ & noſtræ facultati cõmenſuratum,& pręſenti ſcopo congruũ fuerit,de dilectione deo debita charitatẽ ueſtrã admonebimus,ubi illud primũ dixerimus,quod omniũ mãdatorum, quæ à deo nobis præſcripta ſunt, facultatẽ & potentiã quoq; ab ipſo deo iam antea accepimus, ut neq; moleſtè feramus,quaſi inſolẽtius aliquid à nobis petatur: neq; extollamur quaſi amplius aliquid quàm accepimus,deo offeramus. Et ſi facultate illa diuinitus accepta rectè & competẽter uſi & operati fuerimus, uirtutis uitam piè adimplebimus: ſi uerò operationem illius corruperimus, ad malitiã dilabemur. Et hæc eſt malitiæ definitio, prauus & contra Chriſti mãdatum uſus eorum quæ ad bonum nobis à deo ſunt data, ſicut uiciſſim uirtutis, quæ à deo requiritur, definitio eſt, uſus donorum dei,qui ſit ex bona conſcientia,iuxta mandatum Domini. Cum hoc itaq; ad hunc modum habeat,idem & de dilectione dicemus. Igitur qui mãdatum diligendi deũ accepimus, ijdem ſtatim in prima noſtri cõſtitutione & diligẽdi facultatem unà nobis inſitam adepti ſumus. Et huius nulla eſt extraria demõſtratio,ſed quiſq; hoc poterit à ſeipſo,& in ſeipſo cognoſcere. Ex natura nanq; quę bona ſunt affectamus, licet aliud alij bonũ eſſe uideatur. Et amoris affectu erga familiares & cognatos abſq; ulla doctrina ducimur,& in benefactores omnẽ ſponte beneuolẽtiam oſten- CAP. II.

tiã oſtẽdimus. Quid aũt pulchritudine dei præclarius? Quid magnificẽtia dei gra- C
tius & iucũdius excogitari poterit? Quod nã deſideriũ animæ adeò uehemẽs eſt,&
graue,atq; id eſt quod animæ ab omni malitia repurgatę à deo inditur, quæ & ex
uero dilectionis affectu dicit. Quoniã dilectione uulnerata ſum. Pulchritudinis dei
fulgor omninò indicẽdus & inenarrabilis eſt. Nec ſermo illũ poteſt exprimere, nec
auditus cuiuſq; percipere. Et ſi Luciferi fulgorẽ dixeris,aut lunæ ſplendorẽ,uel ſolis
lucẽ, omnia imparia ſunt ad gloriæ diuinæ ſimilitudinẽ, & minus ad ueræ lucis col-
lationẽ faciũt,q̃ ſi obſcura,inamœna, & tenebricoſa nox ſereniſſimæ meridiei cõfe-
ratur. Pulchritudo iſta dei carnalibus oculis inuiſibilis, & ſoli animæ ac menti com-
prehenſibilis,ſicubi ſanctorũ aliquos circũfulſit, & intolerabilẽ illũ amoris ſtimulũ
infixit illi moleſtia præſentis uitæ,& tędio affecti dixerunt: Hei mihi quia incolatus
meus prolõgatus eſt. Quando ueniã & cõparebo in cõſpectu dei. Et illud: Diſſolui
& eſſe cũ Chriſto multo melius eſt. Et: Sitiuit anima ad deũ fontẽ illũ & uiuẽtẽ. Et:
Nũc dimittis ſeruũ tuũ domine. Hac uita tãq; carcere quodã grauati,ita impatiẽti-
bus erãt affectibus,quorũ animas diuinus amor accẽderat,qui quoniã diuinæ pul-
chritudinis cõtẽplatione ſatiari nõ poterãt,dilectionẽ illã quã in domino ſentiebãt,
in ſempiternã uitã extendi optabãt. Ad hunc itaq; modũ naturaliter quæ pulchra
ſunt amamus. Quod aũt bonũ eſt propriè,pulchrũ eſt & amabile. Deus uerò bo-
nus eſt. Bonũ aũt omnia appetũt. Deũ itaq; omnia appetũt. Quod ergo ex animi
ſententia præſtandũ eſt,naturaliter nobis ineſt,ijs ſaltẽ quorũ cogitationes per ma
litiã non ſunt peruerſæ. Debitũ igitur neceſſariũ dilectio uidelicet erga deũ à nobis
exigitur,cuius defectus animæ malorũ omniũ grauiſſimũ eſt. A deo nãq; abaliena
ri ac ſeparari pœnis etiã gehennæ grauius eſt. Sicut oculo luce,etiã ſi dolor abſit, &
animãti uita priuari moleſtũ eſt. Quòd ſi parẽtes naturaliter à liberis amant,quod D
& in animãtium irrationaliũ affectu mõſtratur,& ab ineutne ætate hominibus na-
turalis quidã erga matres ineſt amoris affectus, ne deprehẽdamur minus habere
rationis infantibus ipſis, neq; beſtijs immaniores, ſine dilectione,& alieno erga eũ
qui nos cõdidit affectu præditi,quẽ,etiã ſi per bonitatẽ ipſius nõ perſuademur,uel
ob id tantũ diligere & uehemẽter amare debemus,q; ab eo facti ſumus, & ab illius
recordatione pendere continuò: ſicut à matrum memoria dependent páruuli, mul
to etiam amplius cum ipſe ſuis erga nos beneficijs quoſuis ſuperet,qui à nobis na-
turaliter diliguntur. Et hoc non ſolum hominum eſt proprium, ſed & omniũ pro-
pè animantium, ut familiarius afficiantur erga eos, qui boni quicquam dederunt.
Cognouit, inquit, bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui. Abſit au-
tem ut quæ ſequuntur de uobis dici queant: Iſraël autem me nõ cognouit,& popu-
lus me non intellexit. De canibus enim & multis alijs eiuſmodi animantibus quid
attinet dicere, quantũ illa beneuolẽtiæ & gratitudinis erga nutritores ſuos oſtẽdãt?
Quòd ſi naturaliter ita animati ſumus, ut beneuolentiam & amorem erga benefa-
ctores noſtros concipiamus,nec laborẽ aliquẽ ſubire,quo beneficium rependere li-
ceat,detrectemus,quis ſermo cõdignè dona dei explicare poterit, quæ tã ſunt mul-
ta,ut numero comprehendi nequeãt,tamq; magna & talia,ut unũ illorum abundè
nos queat datori ad omnem gratiarum actionem debitores conſtituere? Reliqua
tranſibo, quæ etiam ſi in ſeipſis magnitudine & gratia ſunt eximia,à maioribus ta-
men,ueluti à ſolis radijs ſtellæ obſcurata,de gratia ſua nonnihil amittunt. Neq; eti-
am uacat,ut potiora relinquẽtes,ex minoribus benefactoris bonitatem metiamur.

πρὸς τὸν θεὸν τὸν ἰσχυρὸν τὸν ζῶντα.

Omittimus

A Omittimus igitur ſolis ortus, lunæ periodos, temperiem aëris, anni tempeſtatū uiciſſitudines, aquam cum ex nubibus, tum ex terra, ipſum mare, uniuerſam terram, & quæ ex terra naſcuntur, quæq́; in aquis, quæ in aëre degunt, innumeram animātium differentiam, & quæcunq; ad uitæ noſtrę ſuſtentationem ordinata ſunt. Illud uero tranſire ne uolentibus quidē poſſibile eſt, & eam gratiā obticere omnino non poterit, qui ſana mente & ratione ſaltē prædītus fuerit, multo minus cōdignè de illa loqui; uidelicet, quòd cū hominē deus ad imaginē dei fecerit, ſuiq́; cognitione donauerit, & ratione præter omnia animātia honorauerit, & in paradiſi uenuſtate nemini imitabili delectari fecerit, omniūq́; terreſtriū principē cōſtituerit, poſt iſta ſerpētis fraude circunuentū, & peccato factū obnoxiū, perq́; peccatū morti, & quæ mortem cōſequuntur, nō tamen deſpexit, ſed primū lege muniuit, angelorū illi cuſtodiā & curam deputauit, prophetas miſit, qui & de malitia illū reprehenderent, & uirtutem docerent, malitiæ motus additis cōminationibus amputauit, alacritatem ad ea quę bona ſunt per promiſſa excitauit, & utriuſq; uſę finē in uarijs ſępenumero perſonis ad aliorū admonitionē præoccupādo mōſtrauit, & in iſtis ac cōſimilibus omnibus adhuc inobedientiæ immorātes non eſt auerſatus. Neq; eñ bonitate Domini deſtituti ſumus, neq; dilectionē ſuam erga nos abſcidit, licet nullo honorum iſtorū ſenſu prædīti in benefactorē cōtumelioſi fuerimus, ſed reuocati ſumus ex morte, & denuò ab ipſo domino noſtro Ieſu Chriſto uiuificati, in quo & modus diuinæ beneficentiæ plus habet admirationis. Cū enim in forma dei eſſet, nō eſt rapinā arbitratus æqualē eſſe deo, ſed ſeipſum exinaniuit ſumpta ſerui forma. Et infirmitates noſtras ſuſcepit, & morbos noſtros portauit, & pro nobis uulneratus eſt, ut liuore

B illius ſanaremur: & à maledicto nos redemit, factus pro nobis maledictū, & ignominioſiſſimā mortē ſuſtinuit, ut nos ad glorioſam uitā reduceret: nec contentus eſt quòd nos cū mortui eſſemus, uiuificauit, ſed & diuinitatis dignitatē largitus eſt, & recreationem parauit æternam, omnem humanū intellectum lætitiæ magnitudine excellentē: & adeò bonus eſt, ut nihil retributionis exigat, ſed ſatis habeat, ſi ſaltē diligatur pro his quæ largitus eſt. Quæ omnia quoties mente reuoluo (ut quid mihi accidat edicā) in horrorē quendā & mentis exceſſum incido, metuēs ne quo pacto per animi ſocordiā, & negligentiā, aut occupationē circa res uanas ex charitate dei delapſus probrū adferā Chriſto. Qui eñ nobis iā imponit, & animas noſtras perdendi gratia impetēs, & probri ſtudio inuadens in benefactoris obliuionē inducere conatur, olim noſtrā negligentiā corā deo traducet, & de noſtra inobedientia & apoſtaſia gloriabitur, ꝙ nos neq; uel ob id quòd cōdidit, uel ꝙ pro nobis eſt mortuus ſectatores ſuos habuit deus, propter mandatorū ſuorū inobedientiā & negligentiā. Hoc probrū illud quod domino impingimus, hanc iactantiā inimici maioris moleſtiæ reputo, ꝗ ſint pœnæ gehēnæ, nēpe, ꝙ hoſti Chriſti cauſam damus, & occaſionē gloriādi & ſuperbiendi cōtra eū, qui pro nobis eſt mortuus & reſurrexit, & huius gratia amplius debitores ſumus, ſicut ſcriptū eſt. Et tantū quidem de dilectione erga deum.

DE DILECTIONE ERGA PROXIMVM.

Conſequens fuerit de mandato, & ordine, & uirtute diſſerere.

QVOD IGITUR facultates eas lex quæ ſeminarij uice in nobis ſunt, colat & nutriat, ſuperiori iam tractatu diximus. Quoniā uerò proximū diligere iuſſi ſumus, probemus nos ipſos, an & ad huius mandati perfectionem facultatem à deo accepimus. Quis itaq; ignorat hominem eſſe manſuetum & ſociale animal, non ſoli- CAP. III.

A dictione diuina cohoneſtati, curis ad Deum pertinentibus, ut quæ ſimul admini-ſtrari nequeant, oppoſuit: dicens: Qui uero nupſit, curat quæ ſunt mundi, quomodo placeat uxori. Ita & diſcipulis Dominus poſtquam eſſe cœperant animo ſyncero & nõ fluctuanti, teſtimonium dedit, dicens, uos nõ eſtis ex hoc mundo. Rurſus impoſſibile eſſe ut mundus cognitionem Dei aut ſpiritum ſanctum ſuſcipiat, proteſtatus eſt, dicens. Nam pater, inquit, iuſte, mundus te nõ nouit. Et, ſpiritus ueritatis, quem mundus non poteſt accipere. Neceſſe eſt igitur, ut liber ſit à uinculis ſecularium affectionum, qui uerè cupit Deum ſequi. Hoc autẽ acquiritur per omnimodam ſeparationem & obliuionẽ priſtini ingenij, ita ut niſi abalienemus nos ipſos & à carnali cognatione & conuictu reliquorum mortalium, quaſi in alium mundũ per animi habitum tranſlati ſecundum eum qui dixit: Noſtra conuerſatio in cœlis eſt, impoſſibile ſit ad ſcopum diuini beneplaciti pertingere, Domino decernente ac dicente, Ita quiſquis ex uobis non renuntiauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Poſtquã autẽ hoc præſtitimus, omni diligentia cuſtodire conuenit cor noſtrum, ne unquam cogitationes de Deo reijciat, aut memoriam mirabilium eius inanium rerum phantaſijs polluat, ſed iugi ac pura memoria piam de Deo cogitationem animis noſtris uelut indelebilem obſignationem impreſſam circunferat. Nam hoc pacto obtineri poterit erga Deum dilectio, quæ nos ſimul ad mandatorum Domini perfectionẽ excitet: & uiciſſim ab illis ad hoc, ut conſtans ſit nec intercidat, cõſeruetur. Et hoc oſtendit Dominus dicens aliquãdo: Si dilexeritis me, mandata mea ſeruabitis: aliquando uero, Si mandata mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea. Et quod plus urget, Sicut ego mandata

B patris mei ſeruaui, & maneo in ipſius dilectione. Quibus nos inſtruit, ut nunquam non propoſito aliquo mandati diuini opere, ad uoluntatem ſimul eius qui id præcepit, uelut ſcopum quendam præfixum ſtudium noſtrum dirigamus, ſicut & alibi dicit. Quoniam deſcendi de cœlo, non ut faciam uoluntatem meam, ſed uoluntatem eius qui miſit me patris. Quemadmodum enim artificia ad uictum pertinẽtia, fines quoſdam certos ac proprios habent, ad quos particulares operationes coaptantur ac diriguntur: ita cum & noſtris operibus unus ſit propoſitus finis & Canon, ut mandata Dei ad ipſius beneplacitum ſeruemus, impoſſibile eſt ut opus mandatorum Dei ritè perficiat, qui illud non iuxta uoluntatem legiſlatoris perficit. Vbi uero diligenti diuinæ uoluntatis ſtudio mandatum Dei perficitur, fit ut animus Deo per illius memoriã coniungatur. Quemadmodum enim faber ferrarius, ſi dum ſecurim fabricat, memor fuerit eius qui id operis iniunxit, & in mẽte illum retinens, de forma & magnitudine operis præſcripta cogitabit, & opus ſuum ad uoluntatem eius cum quo pactus eſt diriget: ſi uero huius oblitus fuerit, aliud quid, & alienum ab eo quod iniunctum erat efficiet: ita & Chriſtianus, quicquid uel modici uel magni momenti faciendum ſit, ſi omne ſtudium ſuum ad uoluntatem Dei direxerit, ſimul & opus ſuum iuſta perfectione ornabit, & eius qui mandatum dedit, mentem & cogitationem ſeruabit: & dictum illud Dauidis implebit. Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper: quoniam à dextris eſt mihi ne commouear, & perficiet mandatum Apoſtoli, dicẽtis, Siue edatis, ſiue bibatis, ſiue aliud quid faciatis, omnia ad gloriam Dei facite. Qui uero in opere mandati diuini integritatem illius corrumpit, manifeſtum de ſe iudicium dat, quod cir-

ca memoriam Dei langueat. Studioſum itaq; mandatorum Dei, memorem eſſe oportet diuinæ uocis dicentis. Non cœlum ac terram ego repleo? dicit Dominus. Et, Deus è uicino ſum ego, & nō Deus è longinquo. Item, ubi duo ſunt uel tres cō-gregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum, & omnem operationem tanquā ſub oculis Dei, & quamcunq; cogitationem uelut in illius conſpectu abſoluere. Nam ita & timor Dei perpetuò illi inerit qui odit iniuſtitiam, ſicut ſcriptum eſt, & contumeliam & ſuperbiam, & uias peruerſorum, & dilectio perficietur, quæ quod à Domino dictum eſt adimplet, nempe: Quoniam non quæro uoluntatem meā, ſed uoluntatem eius qui miſit me patris, dum anima continuò perſuaſa eſt, quòd bonæ actiones iudici & athlothetæ uitæ noſtræ probentur: & contrariæ ex ſeipſis condemnationem habeant. Arbitror autem hoc pacto & illud acquiri, quòd ne ipſa quidem Domini mandata, ſi quis ita comparatus fuerit, propter humanum applauſum ſit facturus. Nemo enim certus de potioris alicuius præſentia, hoc curabit, ut inferiori placeat: ſed ſi contigerit ut opus ſuum probare queat, & gratum reddere illuſtrioris uiri conſpectui: interim uero tenuiori & abiectiori cuipiam inconſultum & deteſtabile uideatur, pluris faciens, quòd excellentiori placet, minoris reprehenſionem & querelas contemnet. Quod ſi ita comparatum eſt inter homines, anima uerè ſobria, & ſano iudicio, in diuinæ præſentiæ certa perſuaſione conſtituta, ſi quando neglecto diuini beneplaciti ſtudio ad humanam gloriam cō-uertitur, & mandatorum Dei oblita moribus ſeruit humanis, certum eſt quòd aut communi mortalium opinione occupata, aut dignitatibus & honoribus ſuperata, hoc faciat. Talis erat affectus eius qui dicebat. Narrauerunt mihi iniqui fabulas, ſed non ut lex tua Domine. Et iterum. Et loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu Regum & non confundebar.

Neceſſarium eſſe ut ſeparatim ac ſeorſum habitetur.

CAP. VI. CONDVCIT autem ad animi ſtabilitatem ſeruandam & hoc, ut ſeparatim habitetur. Noxium enim eſt, uitam ducere coniunctam illis qui nullo ſunt timore Dei præditi, & erga exactam mandatorum Dei cuſtodiam negligenter affecti, quod & Salomonis ſententia oſtendit, qua nos inſtruit dicens: Ne ſis amicus & ſocius uiro feroci, & amico iracundo ne cohabites, ne forte diſcas uias eius, & incidat in laqueos anima tua. Et illud, Exite de medio eorum & ſeparemini dicit Dominus, ad idem ſpectat. Itaque neque per oculos neque per aures illectamenta peccati hauriamus, ne paulatim illi aſſueſcamus, & quaſi formæ quædam & characteres eorum quæ uidentur & audiuntur animæ ad exitium & perditionem immorentur. Et ut precationi incumbere ualeamus, ſeparemur primum habitatione. Nam ita & priſtinos mores ſuperabimus in quibus alienam à mandatis Chriſti uitam duximus. (Eſt autem non parum laboris inſumendum ei, qui propriæ conſuetudinis uictor euadere conatur. Conſuetudo quippe longo tempore roborata, naturæ uires induit) & peccati maculas ſedula prece & cōtinuo placitorum Dei exercitio expungere poterimus, quibus tamen incumbere in negotijs plurimis nō licet, quæ animam diſtrahunt, & occupationes ſeculares infligunt. Et illud, Si quis uult poſt me uenire abneget ſemetipſum, quando adimplere poterit qui ſecularibus occupatur? Oportet enim primum abnegare noſipſos, & crucem Chriſti tollere, &

A lere, & ſic demũ illum ſequi. Abnegatio uero noſtri ipſorum eſt omnimoda præ/
teritorum obliuio, & à noſtris deſiderijs receſſus, quem ſanè qui negligenti con
ſuetudini obnoxius eſt, difficillimè, ne dicam planè non poterit præſtare. Quin
& ab eo ut crucem quiſque ſuam tollat, & Chriſtum ſequatur, impediemur, ſi e/
iuſmodi uitæ coniuncti fuerimus. Promptum enim eſſe ad mortem pro Chriſto
ferendam, & mortificare membra quæ ſuper terram ſunt, & conſtanter erga peri
cula pro Chriſti nomine irruentia animatum eſſe, & ad præſentem uitam nihil af
fici, id demum eſt crucem tollere, ad quod uidemus quàm ſint magna impedi
menta, quæ nobis ex communis uitæ conſuetudine accidunt. Et præter reliqua o/
mnia, quæ ſanè multa ſunt, ubi anima multitudinem eorum qui iniquè agunt re
ſpicit, primum quidem tantum ſibi otij & occaſionis non ſumit, ut propria delicta
ſentiat, ſeq; ipſam peccatorũ pœnitudine cõterat, ſed ex priorũ collatione in id phã
taſiæ labitur, ut putet ſe nonnihil etiã uirtutis poſſidere. Deinde diſturbationibus
& occupationibus quas uita cõmunis adferre ſolet à memoria dei, quæ pluris erat
facienda auellitur, & non ſolum id detrimenti capit ut nequeat in Deo gaudere &
exultare, & delectari in Domino, & dulcedinem uerborum ipſius experiri, ac dice
re, Memor fui Dei & lætatus ſum. Et, quàm dulcia ſunt faucibus meis eloquia
tua, ſupra mel ori meo, ſed & contemptui & obliuioni iudiciorum ipſius prorſus
aſſueſit, quo malo nullum poterit aliud maius & pernitioſius accidere.

Quoniam igitur perſuaſit nobis ſermo tuus periculoſum eſſe, ſi quis ha
bitare uelit cum ijs qui mandata Domini contemnunt, conſequenter
diſcere cupimus, an oporteat eum qui ab iſts receſſit, ſeparatim apud
B ſemetipſum uel cum fratribus eiuſdem animi, & qui eundem pietatis
ſcopum elegerunt, uitam ſuam inſtituere.

MULTIS nominibus plurium conuictum utiliorem eſſe cognoui. Primum CAP. VII.
quidem, quoniam nemo noſtrum, ne quod corporis quidem neceſſitates attinet,
ſibi ipſi ſufficiens eſt, ſed ad neceſſariorum ſubminiſtrationem alij aliorum opera *Vita ſolitaria.*
indigent. Quemadmodum enim pes partim quidem ſuis uiribus utitur, partim
uero opus habet alienis, & ſine reliquorum membrorum auxilio, neque ſuam ipſi
us energiam quicquam ualentem, aut ſibi ipſi ad ſubſiſtentiam ſufficientem repe
rit, neque alicunde ſolatium habet, ita & in uita ſolitaria, & hoc quod habetur inu
tile eſt, & quod deeſt aliunde acquiri non poteſt, ita ſtatuente Deo qui nos condi
dit, ut mutua inuicem opera indigeamus: ſicut ſcriptum eſt, ut inter nos quoque
coniungamur. Et alioqui ipſa dilectionis Chriſti ratio non permittit, ut quiſque
quod ſuum eſt ſpectet. Dilectio enim, inquit, non quærit quæ ſua ſunt. At ſolita *Solitaria uita*
ria illa ac ſeparata uita unicum ſcopum habet, ut quiſque quod ſuum eſt ſpectet. [redacted]
Id autem legi dilectionis manifeſtè repugnat, quam Apoſtolus adimpleuit non
quærens quod ſibi ſed quod multis prodeſſet, ut ſaluarentur. Deinde in receſſu
illo & hoc accedit, quòd non facile defectum & erratum ſuum agnoſcit qui ſolus
eſt, cum non habeat à quo in manſuetudine & affectu miſericordiæ arguatur &
corrigatur. Reprehenſio nanque ſæpenumero, etiamſi ab inimico fiat, emendatio
nis deſiderium adfert bono uiro. Emendatio uero peccati cum ſcientia ab eo qui

ſyncerè diligit inſtituitur & perficitur. Qui enim diligit, inquit, diligenter caſtigat. C At talem in uita ſolitaria haud facile eſt inuenire, cum nemo ſit ſolitario iuxta uitæ rationem aliquandiu iam antea conciliatus & unitus, ut facile illi accidere queat, quod ſcriptum eſt: Væ ſoli, quoniam ſi ceciderit, non habet qui erigat. Et mandata Dei à pluribus unitis facile perficiuntur: ab uno uero ſolo non ita. Dum enim is unum exequitur, aliud impeditur, utpote dum infirmos uiſitat, impeditur ſuſceptio peregrinorum, & in largiendo & communicando & maximè, ſi in longinquum ſubeundum ſit communicandi miniſterium, impeditur operandi alia ſtudium ac diligentia, ita ut huius gratia maximum ac ſerium Dei mandatum irritetur, dum neque eſuriens paſcitur neque nudus amicitur. Quis ergo otioſam & infrugiferam hanc uitam, frugiferæ, & mandata Dei obſeruanti præferat. Si uero omnes ad unam uocationis ſpem aſſumpti, unum corpus ſumus, caput habentes Chriſtum, ſinguli autem ſingulorum membra, ſi non ad unius corporis harmologiam in ſpiritu coadunamur, ſed quiſque noſtrum ſolitudinem appetit, non ad communem utilitatem iuxta diuinum beneplacitum œconomia ſua ſeruiens, ſed arbitrij ſui affectus adimplens, quo pacto diuiſi ac ſeparati membrorum inter nos habitum ac ſubminiſtrationem, aut obedientiam capiti noſtro Chriſto debitam ſeruare poterimus? Neque enim in huiuſmodi uitæ diſſidio uel glorificato membro congaudere, uel malè adfecto condolere licebit, cum nequeat quiſque quid geratur cum proximo cognoſcere, deinde & is qui ſolus eſt omnia ſpiritalia dona accipere, haud ualeat, ſed ſecundum proportionem fidei quæ in unoquoque eſt, & ſubminiſtrationis ſpiritus quæ eſt in uitæ communicatione, cuiuſque proprium donum commune fiat eorum qui unà conuerſantur. Nam alij quidem, inquit, datur ſermo ſapientiæ, alij uero ſermo ſcientiæ, alij fides, alij prophetia, alij dona curationum & quæ ſequuntur, quorum quodque non magis ſuijpſius qui accepit, quàm aliorum gratia habet, ut neceſſe ſit in uita communi quæ in unoquoque eſt ſpiritus ſancti operationem ſimul ad omnes pertingere. Qui igitur ſeparatus uiuit: unum aliquod donum habet, idq; per otium in ſeipſo defoſſum inutile reddit, quod quanti ſit periculi, noſtis planè, quotquot Euangelia legiſtis. Qui uero in multorum conuictu conſtitutus eſt, & proprio dono fruitur, licet communicando illud multiplicet, & quæ aliorum ſunt uelut propria lucrifacit. Habet autem & alia plura commoda conuictus ille bonorum, quæ omnia non facile fuerit adnumerare. Eſt enim utilior ad conſeruationem bonorum quæ à Deo nobis ſunt data, quàm ſit uita ſolitaria, & ad cautionem contra extrarias inimici inſidias, ſecurius eſt per eos qui uigiles ſunt excitari, ne quando ſolitariè uiuenti obdormiſcere contingat ſomnum illum qui eſt ad mortem, quem, ne nobis accidat, deprecari docti ſumus à Dauide dicente: Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in mortem. Et qui in multorum conuictu peccat, à peccato facilius abducitur: dum condemnationem quæ à compluribus concorditer infertur magis ueretur, ut competat illi illud Pauli. Sufficit ei qui huiuſmodi eſt increpatio iſta quæ fit à compluribus. Qui uero quæ recta ſunt facit, multam habet plerophoriam ex eo quod operi ipſius multorum accedit iudicium & conſenſus. Si

A ſus. Si enim quodcunque uerbum in duorum uel trium teſtium ore confirmatur, multo certè ſolidius qui quod bonum eſt operatur in complurium teſtimonio confirmabitur. Præterea periculoſa eſt uita ſolitaria. Primum illius & maximum periculum eſt, quod ſolitarius ſibi ipſi perplacet. Cum enim neminem habeat qui opus ipſius probare queat, ad mandati diuini ſe perfectionem pertigiſſe putat. Deinde quoniam habitum uirtutis, quem habet, perpetuo ſine ullo exercitio incluſum retinet, neque quid ſibi deſit agnoſcit, neque quantum in operibus bonis promoueat intelligit, propterea quòd omnis illi in mandatis Dei operandi materia ſublata eſt. Vbi enim animi humilitatem oſtendet, cum neminem habeat, quo ſe humiliorem poſſit exhibere? In quo commiſerationis affectum declarabit: à plurium conſortio diuiſus? Ad animi uero lenitatem quomodo ſeſe exercebit, nemine deſiderijs ipſius obluctante? Si uero ſibi quiſquam ad morum emendationem doctrinam ſcripturarum ſufficere dixerit: perinde faciet atque is, qui cum fabricandi artem didicerit quidem, nunquam tamen quicquam fabricat: & qui ærariam cū doctus ſit, ea tamen quæ didicit in opus perducere nō ſuſtinet, ad quē Apoſtolus dicit: Non auditores legis iuſti ſum apud Deū, ſed factores legis iuſtificabuntur. Ecce enim ipſe Dominus propter beneuolentiæ ſuæ erga nos excellentiam nō fuit cōtentus ſermonis tantū doctrina, ſed ut exactè ac dilucidè nobis in dilectionis perfectione humilitatis exemplū traderet, linteo pręcinctus diſcipulorū pedes lauit. Quē igitur lauabis? Quē curabis? Quo poſterior eris, apud teipſum ſolitariè uiuens? Illud quoque: Bona & iucunda eſt fratrū unanimis cohabitatio, quam unguento de ſummi ſacerdotis capite reſpiranti ſpi-
B ritus ſanctus comparat, quomodo ab eo qui ſolitariè habitat adimplebitur? Cōiuncta itaque & unita fratrum cohabitatio certandi ſtadium eſt, & expeditum ad profectum pietatis iter, & continuum mandatorum Domini exercitium & ſtudium, ſcopum quidem habens gloriam Dei ſecundum mandatum Domini dicentis: Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant opera ueſtra bona, & glorificent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt: characterem uero ſeruans, qui in ſanctorum operibus uiſus eſt: de quibus ſcriptum eſt: Omnes autem qui credebant, erant coniuncti, & habebant omnia cōmunia. Et iterum. Multitudinis autē credentium erat cor unum & anima una. Et ne unus quidem ipſorum quicquam eorum quæ poſſidebat ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia.

An primum ſit renuntiandum omnibus & ſic tandem ad conuerſationem ſecundum Deum inſtitutam accedendum.

QVONIAM Dominus noſter Ieſus Chriſtus poſt magnam & multis modis confirmatam demonſtrationem ad omnes dicit: Si quis uenit ad me, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me: Et iterum. Itaque quiſquis ex uobis non ad hunc modum renuntiauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus, arbitramur hoc præceptum ad multa extendi, quorum abnegatio neceſſaria ſit. Nam & Diabolo ante omnia, deinde & deſiderijs carnis renuntiamus, abdicantes abſcondita turpitudinis, poſtea & cognationibus corporalibus, & amicitijs hominum, & prauis uitæ moribus, qui perfectioni Euan- CAP. VIII

gelij ſalutis repugnant, & quod magis eſt neceſſarium, ipſe ſibi ipſi renuntiat, qui C
ueterem hominem cum actibus ſuis exuit: qui corrumpitur iuxta deſideria erroris. Renuntiat etiam omnibus huius mundi affectionibus quæ pietatis ſcopum impedire ualent. Parentes igitur eos qui talis eſt ueros agnoſcet, à quibus per Euangelium in Chriſto Ieſu natus eſt: fratres uero eos, qui eundem adoptionis ſpiritum acceperunt, facultates autem omnes, quæcunque ſint, alienas à ſe reputabit: ut ſummatim uno uerbo dicam: Cui propter Chriſtum totus mundus crucifixus eſt, & ipſe mundo quomodo poterit adhuc mundi ſeruire partibus, cum Dominus noſter Ieſus Chriſtus illum uſque ad ſummum animæ propriæ odium & ſui ipſius abnegationem primum ducat, dicens. Si quis uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & tunc ſubiungat, & ſequatur me. Et iterum: Si quis uenit ad me, & non odit patrem ſuum ac matrem ſuam, & uxorem ac liberos, & fratres & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Itaque perfecta renuntiatio eſt, ſi quis ne ipſam quidem uitam amplius affectet, ſed mortis ſententiam in ſe habeat, ne in ſe ipſo confidat. Orditur autem talis per abnegationem externorum, utpote facultatum, inanis gloriæ, conſuetudinis & conuictus ſecularium, affectationis rerum inutilium, ſicut & ſancti nobis diſcipuli Domini oſtenderunt: Iacobus quidem & Ioannes, relicto ipſorum patre Zebedæo, & ipſo nauigio, in quo erat totum ipſorum uitæ ſubſidium. Mathæus uero in eo quod relicto telonio Dominum ſequutus eſt, non ſolum lucra illius ſpernens, ſed & pericula contemnens: quæ & ipſi & domeſticis eo nomine à poteſtate futura erant, quod rationes telonij imperfectas deſerebat. Paulo uero & totus mundus crucifixus erat & ipſe mundo. Ita qui ue- D
hementi deſiderio Chriſtum ſequendi tenetur, ad nihil amplius quod hanc uitam concernat auerti poterit: nec ad parentum nec ad domeſticorum amorem, ſi Chriſti aduerſetur mandatis. Tunc enim locum habet illud: Si quis uenit ad me, & non odit patrem ſuum & matrem, & quæ ſequuntur, neque per terrorem humanum cohiberi ab ijs quæ ſunt utilia, quemadmodum & ſancti dixerunt: Oportet Deo magis obedire quàm hominibus, neq; propter irriſionē alienorũ à pietate, bonis illudentium, committere, ut illorum ſubſannatione uincatur. Si quis uero diligentius & manifeſtius cognoſcere uoluerit, quàm ſit firmum eorum deſiderium, qui Dominum ſequuntur, recordetur Apoſtoli, de ijs, quæ ſe concernunt, ad noſtram doctrinam differentis ac dicentis: Si quis uidetur fiduciam habere in carne, ego magis, circuncisus octauo die, ex genere Iſraël, de tribu Beniamin, Ebræus ex Ebræis, ſecundum legem Phariſæus, iuxta zelum perſequutus Eccleſiam, ſecundum iuſtitiam quæ eſt ex lege irreprehenſibilis. Sed quæ mihi lucra erant, ea pro detrimento duxi propter Chriſtum. Quin omnia damnũ eſſe iudico propter excellentiam cognitionis Chriſti Ieſu Domini noſtri, propter
σκύβαλα quem omnia damnum reputaui: & reiectamenta eſſe duxi, ut Chriſtum lucrifaciam. Si enim (ut audenter quidem uerè tamen dicam) ijs quæ prorſus abijcimus à corpore noſtro, & reſpuimus, & à quibus liberari admodum properamus, præroga-

A tiuas illas legales pro tempore à Deo datas comparauit, tanquam impedimenta cognitionis Chriſti, & iuſtitiæ quæ in ipſo eſt, & configurationis ad mortem eius, quid dicendum eſt de ijs quæ per homines ſunt decreta? Et quid opus eſt noſtris cogitationibus & ſanctorum exemplis fidem habere, cum liceat ipſa Domini uerba proponere, perꝗ illa religioſæ menti perſuadere, quibus clarè nos & abſque ulla contradictione conteſtatur dicens. Ita quiſquis ex uobis non renuntiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et alibi, poſtquam dixit: Si uis perfectus eſſe, primum adiecit, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, deinde, & ueni ſequere me. Et parabola illa negotiatoris, cuiuis bono, ad hunc ſcopum ducens, manifeſta eſt. Similis eſt, inquit, regnum cœlorum homini negotiatori quærenti pulchras margaritas, qui inuenta una precioſa margarita, abiens uendidit omnia quæ habebat, & emit eam. Liquet enim pretioſam margaritam ad exprimendam regni cœleſtis ſimilitudinem uſurpatam eſſe, quod acquirere nos impoſſibile eſt iuxta ſermonem Domini, niſi omnia noſtra, ſiue diuitias, ſiue gloriam, ſiue genus, ſiue quicquid aliud eſt eorum quæ à pleriſque ambiuntur, pro illius acquiſitione & pretio expenderimus. Deinde impoſſibile quoque eſt animo in uarias curas diuiſo, id ſtudij perficere, quod Dominus determinauit dicens: Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire. Et iterum. Non poteſtis Deo ſeruire ac Mammonæ. Vnus itaque nobis eſt eligendus theſaurus, uidelicet cœleſtis ille, ut in illo ſit cor noſtrum. Nam ubi theſaurus tuus eſt, ibi erit inquit & cor tuum. Itaque ſi quam retinuerimus nobis terrenam poſſeſſionem & corruptibilem facultatem, mente hic quaſi in cœno quo-
B dam ſepulta, neceſſe erit animam contemplatione Dei priuari, & ad cœleſtium & in promiſſis Dei repoſitorum bonorum deſiderium immotam fieri, quæ acquirere nunquam poterimus, niſi indiuulſo & uehementi deſiderio ad illorum deſiderium agamur, & in quouis labore illorum gratia ſubeundo alacres reddamur. Eſt igitur renuntiatio, ſicut ſermo Chriſti docuit, ſolutio uinculorum corporalis huius ac temporariæ uitæ, liberatio ab humanis moleſtijs illam comitantibus, idoneos nos reddens ad ingrediendum uiam Dei; & expedita occaſio ad poſſeſſionē & uſum bonorū, quæ pretioſa ſunt pluſquam aurū & lapis admodū pretioſus: Et ut breuiter dicam, tranſlatio humani cordis ad conuerſationē cœleſtē, ut dicere queamus: Noſtra cōuerſatio in cœlis eſt, & quod maximū eſt, principium ad ſimilitudinē Chriſti, qui noſtri gratia pauper factus eſt, cū diues eſſet, quam niſi adepti fuerimus, impoſſibile erit Euangelicam ordiri conuerſationem. Quando eñ uel cor contritū, uel animi humiliatio, uel ab ira, mœſtitia, curis, & ut breuiter dicā, ab exitialibus animæ paſſionibus liberatio, in diuitijs & ſecularibus curis & aliorū affectatione & conſuetudine acquiri poterit? Omnino autē cui ne de neceſſarijs quidem, utpote cibo & indumento ſolicitū eſſe permiſſum eſt, quæ ratio illi permittet quaſi ſpinis quibuſdā peruerſis diuitiarum curis intricari, quæ ſemētis animabus noſtris à Chriſto inſitę fertilitatē impediunt, dicente Domino.

Qui in ſpinas ſeminati ſunt, ij ſunt, qui à curis diuitiarum & uoluptatibus uitæ C
ſuffocantur, ne fructum adferant.

Quibus debeamus noſtra relinquere.

CAP. IX. NVM oportet eum qui ſeruis Dei ſociari uult, propinquis ſuis inſenſatis indifferenter quæ peculiaria habet relinquere? BASILIVS Cum Dominus dicat, uende quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo & ueni ſequere me. Et iterum, uendite quæ habetis & date eleemoſynam, arbitror, eum qui de ſuis egreditur iſto propoſito, non debere negligenter erga facultates ſuas affectum eſſe, ſed tentare, num omnia ſua ſtudioſè corraſa, tanquam Domino deinceps conſecrata, cum omni pietate diſpenſare poſſit, uel per ſe ipſum, ſi ualeat, ac ſciat, uel per alios magna cautione delectos, de quibus certum habeat experimentum quod fideliter & prudenter res ſuas diſpenſaturi ſint, cum ſciat, non carere periculo, ſi ſua uel cognatis relinquat, uel per quemlibet diſpenſet: Si enim qui commiſſos habet Regios theſauros, etiam ſi nihil illorum defraudet, quæ ſæpenumero in promptu ſunt, negligat tamen quæ lucrifieri poterant, culpa non abſoluitur: quæ non condemnatio illis eſt expectanda, qui remiſſè ac negligenter erga ea afficiuntur: quæ Deo nominatim ſunt dicata, & tamen ultionem non metuunt, nec putant ſe iudicio obnoxios eſſe, de quo ſcriptum eſt: Maledictus omnis, qui facit opus Domini negligenter: Cauendum autem eſt ubique, ne unius mandati prætextu, alud deſtruere deprehendamur. Neque enim nobis licet uel diſcordes eſſe uel decertare hoſtiliter contra inſenſatos cognatos, quandoquidem ſeruum Domini oportet non eſſe pugnacem, ſed ſi iuxta carnem cognati inſenſatè contra nos egerint, meminiſſe debemus Domini dicentis. D
Quoniam nemo eſt, qui ſi uel domum, uel fratres, uel ſorores, uel patrem, uel matrem, uel uxorem, uel liberos, aut agros, non ſimpliciter ac temere, ſed mei & Euangelij gratia reliquerit, non ſit recepturus centuplum in hoc tempore, & in futuro ſeculo uitam æternam. Conteſtari autem inſenſatos cognatos oportet, ne ſacrilegij peccatum committant, iuxta mandatum Domini quo dixit: Si peccauerit aduerſum te frater tuus, uade, argue ipſum. & quæ ſequuntur. At iudicio contendere contra ipſos, apud extranea tribunalia, uetuit pietatis doctrina, ubi à Domino dictum eſt, uolenti tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte & pallium. Et in Apoſtolo: Audet quiſquam ueſtrum, negotium habens cum altero iudicium experiri ſub iniuſtis, & non ſub ſanctis? Et ſub illis in iudicium uocare poterimus, ſed ita ut potior ſit fratris ſalus, quàm copia pecuniarum. Nam & Dominus, poſtquam dixit: Si te audierit, ſubiecit: lucratus es, non pecuniam ſed fratrem tuum. Poteſt autem aliquando fieri, ut manifeſtandæ ueritatis gratia, uocante nos ad præſcriptam iudicij diætam eo qui primus aduerſum nos iniquè agere cœpit, conſentiamus, ſed tanquam prouocationi obtemperantes, & non proprio iræ aut contentionis affectui obſequundantes, ſed ueritatem patefacientes. Nam hoc pacto, & aduerſarium etiam inuitum à malis eripiemus, & ipſi mandata Domini non tranſgrediemur, tanquam miniſtri Dei à contentione & auaritia liberi, propter ueritatis declarationē conſtan

tet

A ter comparantes & nullo pacto præſcriptam diligentiæ menſuram excedentes

An oporteat quoſuis accedẽtes ſuſcipere, uel certos aliquos tantũ,& an illi ſtatim ſint admittendi,uel antea probandi, & quomodo probandi.

CVM benignus Deus & Seruator noſter Ieſus Chriſtus quaſi præconis modo clamet ac dicat, Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos, tutum non erit repellere eos qui Domino cupiunt per nos accedere, & ſubire ſuaue illius iugum & mandatorum onus, quod ad cœlum uſque nos attollit. Attamen admittendi non ſunt, qui illotis pedibus ad doctrinæ grauitatem irrumpant, ſed quemadmodum Dominus noſter Ieſus Chriſtus accedentem ad ſe adoleſcentem de præterita uita percontatus eſt primum, deinde ubi quantum profeciſſet cognouit, quod ad perfectionem illi deerat adimplendum mandauit, & ſic demum ut ſe ſequeretur permiſit: ita uidelicet & nos conuenit primum præteritam uitam eorum qui nos accedunt cognoſcere, & ijs quidem quibus iam aliquid perfectum eſt, perfectiorem doctrinam tradere: eos uero qui uel ex mala uita mutata ſententia, uel ex indifferenti ad exactam diuinæ cognitionis conuerſationem adſpirant examinare, ac quibus ſint moribus præditi dijudicare, ne forſan ſint inſtabiles, & ad iudicandum mobiles. Nam tales plerunque de animi mutabilitate ſunt ſuſpecti, qui non ſolum nihil utilitatis ſibijpſis acquirunt, ſed & alijs nocumento ſunt, probra, & mendacia, & blaſphemias prauas operi ac ſtudio noſtro offundentes. Quoniam uero ſtudio & diligentia omnia ſuperantur, & timor Dei nullis non animæ uitijs dominatur, neque de iſtis ſtatim deſperandum eſt, ſed competentibus exercitijs applicandi ſunt, ut temporis diuturnitate & moleſtia iniunctæ diligentiæ iudicium & experimentum de
B illis ſumi, & ſi ſolidi deprehendantur, ſecurè admitti: Sin minus, adhuc extrarij repudiari queant, ita ut talium tentatio nihil detrimenti adferat fraternitati. Probandum autem eſt, ſi quis peccatis præoccupatus ſit, an reiecto pudore turpitudinis ſecreta reuelet, & accuſator ſui ipſius factus, ſpernat pariter ac repudiet eos, quos facinorum habuit cooperarios, cum eo qui dixit: Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem, & cautionem ſibi ipſi in futurum, ne in eaſdem affectiones denuò incidat, comparet. Generalis autem erga quoſuis probandi modus ſit, an ad omnis generis humilitatem citra uerecundiam appoſiti ſint, ita ut & uiliſſima artificia iniungi ſibi ſinant, quo certa ratione probetur, num utile futurum ſit illorum ſtudium, & quoniam quacunque inquiſitione ab ijs quiſque probandus eſt, qui cum ſcientia talia poterunt inueſtigare, an inſtar utilis inſtrumenti Domino, & ad omne bonum opus parati probetur, cum ijs connumerentur, qui Domino ſeipſos dedicârunt. Maximè uero, ſi relicta quiſquam illuſtriore uita ad eam adſpirauerit animi humilitatem, quæ eſt ad ſimilitudinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, illi decernenda & iniungenda ſunt talia quædam, quæ apud ſeculares homines turpia ducuntur, & obſeruandum, an cum omni diligentia ſe non pœnitendum Domino operarium exhibeat.

De Seruis, an ſuſcipi debeant, & quando

SER

A De ijs, qui cũ ſeipſos Deo deſponderint ſponſionẽ caſſare conantur.

CENSENDUS eſt aũt quiſq; eorũ qui ad fraternitatẽ ſuſcepti ſunt, ſi profeſſionẽ poſtea irritã reddat, in deũ peccare, cui & ſub quo fidẽ pactorũ profeſſus eſt. Si uero in deũ quiſquã peccauerit, inquit, quis precabitur pro eo? Nã qui ſeipſum Deo obtulit, ſi poſtea ad aliud uitę genus reſiliat, ſacrilegus redditur dum ſeipſum furatur. & oblationẽ Deo factam aufert. Iſtis cõuenit poſtea ne ianuã quidem fratrum aperire, etiam ſi aliquando tranſeundo uiſendi gratia, ex animo cupiant intromitti. Canon nanq; Apoſtolicus manifeſtè iubet, ut ſubtrahamus nos ab omni fratre qui inordinatè uiuit, nec illi commiſceamur, ut pudefiat. CAPVT XIIII.

Cui ætati permittendum ſit, ut ſeipſum quiſquã Deo conſecret, & quãdo uirginitatis profeſſio firma reputari debeat.

CVM Dominus dicat: Sinite paruulos uenire ad me, & Apoſtolus eum laudet, qui ſacras literas ab infantia didicerat, deinde præcipiat quoque liberos educare in diſciplina & correctione Domini, arbitramur omnem primæuam ætatem appoſitam eſſe ad ſuſceptionem accidentium, ita ut orphanos noſtra ſponte, ut ſecundum zelum Iob patres ſimus orphanorum: eos uero, qui ſub parentibus ſunt, ab ipſis parentibus oblatos, adiunctis multis teſtibus ſuſcipiamus, ne demus occaſionem, qui occaſionem quærunt, & omne os loquentium aduerſum nos blaſphemiam obſtruatur. Suſcipiendi itaque hac quidem ratione ſunt, non tamen ſtatim fratrum corpori ac ſocietati connumerandi & accenſendi, ne ſi degeneres reddantur, uitæ ad pietatem inſtitutæ probrum naſcatur, ſed educendi in omni charitate, tanquam communes fraternitatis liberi: uerum ita ut ſeparatis manſio- CAP. XV.
B nibus & educatione ſeiuncti ſint maſculi & fœmellæ, ne immodicam parrheſiam & confidentiam erga ſeniores ſuos induant, & ut raritate conuictus & commercij erga ſuperiores ſuos reuerentiam ſeruare diſcant, & ne ſi perfectiores propter negligentiam faciendorum reprehendi uideant, ſuperbire aliquando incipiant, & delinquendi facilitatem & animi elationem paulatim imbibant, ſi obſeruauerint in ijs labi ſeniores, quæ ipſi præſtare didicerunt (Nihil enim differt ab ætate paruulo, qui mentis defectu iam paruulus eſt, ut mirũ nõ ſit, ſi utrique ijſdem deprehendantur affectibus obnoxij) neue, ſi quia uiderint ſenioribus impendi quæ illis ætatis gratia competunt, ipſi iuniores propter uitæ conſortium ante temporis maturitatem ad eadem indecenter anhelent. Diſpenſationis igitur huius & reliquæ grauitatis gratia, ſecretas eſſe puerorum ac perfectiorum manſiones oportet. Et præterea tumultuatione carebit monachorum domus in exercitio doctrinæ iunioribus neceſſariò. Verum preces quidem communes ſint & pueris & ſenioribus, quæ per diem ſtatæ habentur. Nam ita & pueri per æmulationem à ſenioribus ſtimulabuntur, & prouectioribus non parum compendij ad precandum adferent pueri, at exercitia peculiaria & diætæ cum ſomni tum uigiliæ, deinde & refectionis tempus & menſura & qualitas pueris competenter diſcernantur. Præficiatur autem talibus qui ætate ſit prouectiore, & rerum experientia reliquos antecedat, teſtimoniúmque lenitatis habeat, ut & paterno poſſit affectu & ſermone ſcito & accommodo errata adoleſcentum emendare, & unicuique delicto propriam impendere curam, ita ut ſimul erratum reprehendat, & lapſi mentem

ad apathiam exerceat, utpote, ira quiſquam erga coætaneum ſuum commotus eſt, cogatur illi ſupplicari & ſeruire, iuxta rationé delicti. Exercitium nanq; ad humilitatem comparandam, faſtum ex mentibus noſtris excidit, cum ex animi elatione plerunq; iracundia naſcatur. Cibum uſurpauit intẽpeſtiue? Maiore diei portione ieiunus maneat. Immodeſtè & turpiter comedit? Tempore refectionis cibo prohibitus cogatur alios ſcitè ueſcentes contueri, ut & abſtinentia puniatur, & grauitatem diſcat. Otioſe quid loquutus eſt? Conuitiũ dixit proximo? Mentitus eſt? Aut aliud quid eorum dixit quæ prohibita ſunt? Et ieiunio & ſilentio caſtigetur. Oportet aũt & literarũ curam propriam ac peculiarem huic inſtituto deputare, ut & ſacræ ſcripturæ nominibus utantur, & loco fabularum ſelectæ illis & eximiæ hiſtoriæ narrentur, & ſententijs prouerbialibus ex Salomone inſtituantur. Proderit illis & pręmia polliceri, ſi & nomina & geſta ſcripturæ in memoria contineant, ita ut cum delectatione ac recreatione abſq; ulla moleſtia & inoffenſe id ſtudij perficiant. Vt autem mẽte ſint attenta, & cogitationum fluctuationem uitare diſcant, facile poterunt per rectam inductionem adſuefieri, ſi à præfectis continuè exigantur, ut dicant, cui rei mentem intendant, quid in cogitationibus uerſentur. Simplicitas nanq; & ſynceritas eius ætatis fraude carens, & ad mentiendum ineptum, facile mentis ſecreta reuelat. Talis autem, ne continuè deprehendatur quæ prohibita ſunt mente uerſari, abſurdas cogitationes auerſabitur, ſeq; ipſum ſæpius à turpibus reuocabit, reprehenſionis turpitudinem ueritus. Animum itaq; pueri, adhuc tractabilem ad fingendum, & ſimplicem, ceræq; inſtar, formarum impreſſionem facile admittentis, morigerum, ſtatim ab initio ad omnis generis bonarum rerum exercitium inſtituere oportet, ut accedente rationis uſu, & diſcernendarum rerum habitu, ex primæua inſtitutione, & traditis pietatis formulis uitę curſum ordiatur, ratione quid utile ſit, cõſuetudine uero facilitatem gerendarum rerum ſuppeditante. Et tunc demum ad uirginitatis profeſſionem accedendum eſt, tanquã iam ſolidam, & ex animi ſententia & proprio iudicio poſt iuſtam rationis perfectioné factam, poſt quam & pręmia & ſupplicia uel recte agentibus uel delinquentibus iuxta factorum rationem à iuſto iudice parantur. Huius autem animi teſtes Eccleſiarum præſules aſſumendi ſunt, ut per ipſos corporis ſanctimonia, ueluti quædã oblatio Deo conſecretur, & firmum ſit quod factum eſt, per eorum teſtimonium. In ore enim, inquit, duorum uel trium ſtabit omne uerbum. Nam hoc pacto & fratrum diligentia calumniæ non erit obnoxia, & ijs qui ſeipſos Deo ex profeſſione dedicârunt, ſi poſtea quod polliciti ſint caſſare conẽtur, impudentiæ occaſio amputatur. Qui uero uirginitatis propoſitum nõ accipit, ut qui non poterit quæ Domini ſunt curare, coram ijſdem teſtibus abſoluatur ac dimittatur. Eum autem, qui poſt multam ſuijpſius examinationem & inquiſitionem quam illi compluſculos dies ſeorſum permittere conuenit, ne quo pacto ſe circunuentum à nobis eſſe putet, uirginitatis profeſſionem fecit, ſic demum ſuſcipere oportet & fraternitati connumerare, & ad habitationis & diætæ perfectiorum cõſortium admittere. Quod uero obliti eramus, ne nunc quidem intempeſtiuum fuerit adijcere, uidelicet quòd nõ abnuimus eos pueros qui ad præcipuas artes, quibus ab ineunte ætate ſtudendum eſt, accõmodi ſunt, artiũ illarum præceptoribus per diem cõuiuere, ita tamen ut neceſſariò apud coætaneos ſuos & noctu ſint, & cibum capiant.

CAP.

A An ei qui ſit piè uicturus, opus ſit abſtinentia.

QVOD abſtinentiæ doctina neceſſaria ſit, manifeſtum eſt, primum quidẽ ex eo, quod abſtinentiam Apoſtolus inter fructus ſpiritus connumerat: deinde & ex eo quod miniſterium per hanc inculpatum ſeruari dicit, ubi ait, in laboribus, in uigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, & alibi. In labore & moleſtia in uigilijs frequẽter. Et iterũ. Quiſquis aũt certat ab omnibus abſtinet. Et corpus quoq; nulla alia re tantum maceratur & in ſeruitutẽ redigitur, atq; per abſtinentiã. Iuuentutis enim feruor, & motus indomiti, abſtinentia quaſi freno quodã coercẽtur. Stulto nanq;, ſecundum Salomonis ſententiam, delitiæ non proſunt. Quid enim carne bene ſaginata, & per iuuentutem temere quiduis tentante inſipientius? Quocirca & Apoſtolus dicit. Et carnis curam ne feceritis ad concupiſcentias. Et uidua quæ in delitijs eſt, uiuẽs mortua eſt. Et exemplum delicati diuitis, abſtinentiam nobis neceſſariam eſſe probat, ne quando quod diues audiuit, audituri ſimus & nos. Nempe, accepiſti bona tua in uita tua. Quàm uero periculoſa ſit uictus intemperãtia, & Apoſtolus oſtendit, ubi illam inter ea connumerauit, quæ ad apoſtaſiam pertinent, dicens. In poſtremis diebus, inſtabũt tempora periculoſa. Erunt enim homines ſui ipſorũ amantes, & poſt multas malitiæ ſpecies adnumeratas, ſubiunxit, calumniatores, intẽperantes. Et delictũ Eſau, cuius gratia culpatus eſt, maximũ erat intẽperantia, qui pro uno eſculento primogenituram ſuam uendidit. Prima quoq; inobediẽtia hominem per intemperantiam cœpit. Aſtinentiæ uero teſtimoniũ habent omnes ſancti. Et omnis ſanctorum ac beatorum uita, & ipſius domini in carnis diſpenſatione traditum exemplum, ad id inſtituti nobis profuit. Moſes per prolixam ieiunandi & precandi aſſiduitatem legem accepit, & oracula diuina audiuit, uelut ſi loquatur quis, inquit, amíco ſuo. Elias tunc uiſionem dei promeruit, quando eandem & ipſe abſtinentię menſuram ſeruauit. Quid Daniël? An ille non poſt uigeſimi diei ieiunium in mirabiliũ uiſionem uenit? Et tres pueri, quomodo uim ignis extinxerunt? An non per abſtinentiam? Et tota uitæ Ioannis auſpicatio abſtinentiæ exordiũ habet. Ab illa & ipſe dominus manifeſtationem ſuam cœpit. Abſtinentiã uero dicimus non qua prorſus à cibis abſtinetur (nam ea uiolenta quædam eſt uitæ deſtructio) ſed abſtinentiã uoluptatum, quæ ad deſtruendum carnis affectum, propter pietatis propoſitum accommoda eſt. Et ut ſemel dicam, quorum uſus ijs qui ex carnis affectibus uiuunt, delectabilis eſt, ab illis neceſſario eſt abſtinendum pietatis ſtudioſis. Neq; enim abſtinentiæ exercitium circa ſolam ciborum uoluptatem fugiendam abſoluitur, ſed ad fugam omnium eorum, quæ impediunt, extenditur. Itaq; qui perfecte abſtinens eſt, non uentri quidem dominabitur, humana uero gloria ſuperabitur: non turpes quidem concupiſcentias uincet, diuitias uero, aut alium aliquem degenerem affectum, utpote, iram, aut mœſticiam, aut quæcunq; ignauas animas in ſeruitutẽ deijcere ſolent, nõ uincet. Nam fere quod in omnibus mandatis dei uidemus, quod inter ſe cohereant, & ſeparatim aliud ſine alio perfici nequeat, id potiſſimum & in abſtinentia uſuuenire uidetur. Qui enim ab inanis gloriæ ſtudio abſtinet, humilis eſt, & qui circa pecuniæ deſiderium abſtinens eſt, Euangelicam paupertatis menſuram adimplet. Et qui ab excandeſcẽtia & ira abſtinet, mitis eſt, & linguæ modum, & oculorum fines & aurium curioſum auditum, exacta abſtinentiæ ratio determinat, in quibus qui non permanet, intemperans eſt & incontinens. Vides quo- CAPVT XVII.

B

modo circa unũ hoc mandatũ omnia reliqua inſtar chori cuiuſdã inter ſe cohęreãt. C

Et riſu abſtinendum eſſe.

CAPVT XVII. EST autẽ & hoc, quod à pleriſq; contemnitur, haud mediocri cuſtodia dignũ religioſis. Nam impotenti & effuſo riſu corripi, ſignum eſt intemperãtiæ, & quod animi motus non ſint repreſſi, nec animæ mollities diligenti ſtudio cohibita. Placidè nanq; ſubridere, & animi letitiam indicare, indecorum non eſt, quod ſcriptura illa oſtendit quæ dicit, corde exhilarato uultus floret. Ridere uero cum uocis ſtrepitu, & corpore exilire, non eius eſt qui animi motus reprimat, neque uiri probati, neque eius qui ſibi ipſi dominetur. Et hoc confirmat ſapientiſſimus Salomon, dicens, Stultus in riſu exaltat uocem ſuam. Vir autem ſapiens uix tacitè ſubridet. Hoc autem genus riſus & Eccleſiaſtes tanquam potiſſimum animæ ſoliditatẽ perturbans, refutat cum dicit. Riſum dixi errorem. Et parœmiaſtes. Sicut uox ſpinarum ſub olla: ita riſus ſtulti. Et dominus neceſſarios quidem corporis affectus pertuliſſe uidetur, & quæcunque uirtutis habent teſtimonium, utpote laborem, & afflictorum cõmiſerationem, riſum uero ſuſcepiſſe nunquam, quantum ex hiſtorijs Euangeliorum patet, ſed magis miſeros pronuntiaſſe eos qui riſu detinentur. Ne autem imponat nobis homonymia riſus. Solet enim plerunque ſcriptura animæ gaudium, & hilarem in bonis affectum, riſum nominare. Vt cum Sara dicit. Riſum fecit mihi deus. Et illud. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Et quod in Iob poſitum eſt. Os autem ueracium riſu implebit. Nam hæc nomina omnia pro hilaritate, de animæ exultatione, ſumpta ſunt. Itaq; qui quouis affectu ſuperior eſt, nec aliquam uoluptatis iritationem admittit, ſed omni noxia oblectatione abſtinet, ſeque ipſum cohibet, is demum habeatur pro abſtinente. Qui autem eiuſmodi eſt, ab omnium certe peccato liberatus eſt. Vſuuenit autem aliquando, ut & à licitis ac neceſſarijs ad uitam ſit abſtinendum, ſi quando id cedat ad utilitatem fratrum, ut Apoſtolus inquit. Si cibus meus offenderit fratrem, non edam carnes in ſempiternum. Et cum haberet poteſtatem uiuendi ex Euangelio, poteſtąte illa non eſt uſus, ne offendiculum aliquod daret Euangelio Chriſti. Eſt itaq; continentia, ablatio peccati, abalienatio carnalium affectuum, mortificatio corporis, & ipſorum quoq; naturalium affectuum & deſideriorum, initium ſpiritalis uitæ, conciliatio æternorum bonorum, in ſeipſa uoluptatis ſtimulum exterminans. Eſt enim uoluptas magna quædam mali ineſcatio, ꝑpter quam potiſſimum ad peccatum procliues reddimur homines, à qua omnis anima quaſi hamo quodam ad mortem trahitur. Itaq; quiſquis ſpreta illius titillatione, continentiãm ſeruauerit, uniuerſam peccatorum fugam adeptus eſt. Qui uero licet pleraq; effugerit, ab uno tamen ſuperatur, continens non erit. Quemadmodum & qui una corporali paſſione moleſtatur, ſanus non eſt: nec liber, qui unius domini, etiam cuiuſcunq; imperio ſubiectus eſt. Itaq; reliquæ quidem uirtutes, quæ in ſecretò perficiuntur raro conſpicuæ ſunt hominibus: continentia uero, ex ipſo conuictu continentem prodit. Vt enim corpulẽtia & uultus bene coloratus athletam notat, ita Chriſtianum corporis macies, & color qui continentiãm deceat, uere athletam eſſe mandatorum Chriſti oſtendit, qui in corporis infirmitate aduerſus hoſtem ſuum luctetur, & potentiam in pietatis certaminibus demonſtret, iuxta quod dictum eſt. Quando infirmor, tunc potens ſum. Quantum utilitatis habet duntaxat uidere continentẽ hominem, D

quàm

A quàm ægrè & paulatim etiam quæ neceſſaria ſunt attingat, & quaſi miniſterium quoddam iniunctum eſſet, ita naturæ ſeruiat, ac tempus quod in huiuſmodi rebus inſumendum eſt, moleſtè ferat, & quàm ſubito relicta menſa ad operandi diligentiam reſiliat. Arbitror enim animam hominis intemperantis & uentris ſtudio dediti nulla alia ratione æquè compungi, & ad reſipiſcentiam induci, atque ſolo conuictu continentis. Et hoc eſt, ut apparet in gloriam dei edere ac bibere, quod admonet Apoſtolus, ut & in menſa opera noſtra bona reluceant, ad glorificandum patrem noſtrum qui eſt in cœlis.

Ex quibuſlibet cibis, quæ nobis apponuntur, deguſtandum eſſe.

NECESSARIVM ſanè fuerit & hoc definire, quod ad macerationē quidem corporis irrecuſabiliter pietatis ſtudioſis neceſſaria eſt continentia. Nam quiſquis certat, ab omnibus abſtinet. Ne uero coniungamur inimicis dei, conſcientias cauterio notatas habentibus, & ideò à cibis abſtinentibus, quos deus creauit ut ſumantur à fidelibus cum gratiarum actione, de quolibet nobis ſumendum eſt, ſi occaſio incidat, oſtendendi præſentibus ac uidentibus, quòd mundis omnia ſunt munda; & quòd omnis creatura dei bona eſt, & nihil reijciendum, quod cum gratiarū actione ſumitur. Sanctificatur enim per uerbum dei & precationem. Seruandus autē ſimul eſt & ſcopus continentiæ, qui in hoc uerſatur, ut uilioribus ac neceſſarijs ad uitam utatur, & in iſtis quoque ſatietatē declinet: ea uero quæ ad uoluptatem faciunt prorſus fugat. Etenim hoc pacto & uoluptuariū morbū amputabimus, & cōſcientias cauterio notatas habentibus, quantū in nobis eſt medebimur, & nos ipſos utraque tū incontinentiæ tum ſuperſtitionis ſuſpicione liberabimus. Vt quid enim, inquit, libertas mea iudicatur ab aliena cōſcientia? Continētia oſtendit hominē Chriſto commortuum, & qui membra ſua quæ ſunt ſupra terram mortificauerit. Hanc ſcimus eſſe modeſtiæ matrem, ſanitatis conciliatricem, & quæ bonorum in Chriſto fertilitatem impedientia abundè ſummoueat. Siquidem iuxta domini uocem curæ huius ſeculi, & uoluptates uitæ, & reliquorum deſideria ſermonem ſuffocāt, ut fructu deſtituatur. Hanc & dæmones fugiūt, ita docente nos domino ac dicente, Genus hoc dæmoniorum non egreditur niſi in precatione & ieiunio.

CAPVT XVIII.

B

Quis ſit abſtinentiæ modus.

CAPVT XIX.

QVOD animi affectiones attinet, unicus eſt abſtinētiæ modus, ut prorſus abalienemur ab ijs, quæ noxiam uoluptatem promouent. In cibis uero, quemadmodū alia eſt aliorum neceſſitas, cum iuxta ætatem tum ſecundum exercitiorum differentiam, & corporis habitum, cuiq; ſua, & diuerſa, ita ſanè & cibi menſura diuerſa eſſe debet, & reficiendi modus, ut impoſſibile ſit omnes uno comprehendi canone, qui in pietatis ſunt exercitio. Determinata uero eorum qui ſani ſunt reficiendi menſura, ijs quibus oeconomia commiſſa eſt permittimus, ut ab illa, in caſibus qui ſingulis accidere poſſunt, in refectione uarient. Neq; enim poſſibile eſt ſingula ſermone complecti, ſed quæ communem & generalem doctrinam concernunt. Infirmorum ſiquidem in reficiendo ſolatium, aut eius qui continuis operibus fatigatus eſt: uel etiam eius qui labori deſtinatur, utpote moleſtæ alicui profectioni: aut ſi quid aliud eſt, quod moleſtum ſit & laborioſum, qui neceſſitati fratrū ex officio ſemper adeſſe debent, diſpenſabunt imitantes illud quod in actis ſcribitur, dabatur ſingulis iuxta quod cuiq; opus erat. Neq; tempus igitur reficiendi omnibus idem conſtitui poteſt, neq; modus, neq; menſura. Sed cōmunis quidem ſcopus ſit, ut ſatis fiat nē-

ceſſitati. Ventrē enim plus æquo replere,& cibis aggrauari,& maledictione dignū C
eſt(dicente domino,uæ,qui nunc ſaturati eſtis)& corpus ad operandum inutile reddit & ineptum, & ad ſomnos procliue, morbiſq; ac læſionibus magis expoſitum. Neq; enim uoluptas debet edendi finis conſtitui,ſed uitæ neceſſitas, repudiata uoluptatis intemperantia. Voluptatibus enim ſeruire nihil eſt aliud quàm uentrē conſtituere deum. Quoniā enim corpus noſtrū perpetuo uacuatur ac defluit, & opus habet ut repleatur(unde & naturalis eſt cibi appetitio) recta edendi ratio id dictat, ut quod euacuatur tantū repleatur,quantū exigit uitalis ſubſiſtentia,ſiue arido ſiue humido cibo opus ſit.Quicunq; itaq; cibus, minore nos ſumptu à neceſſitate liberat,is eſt uſurpandus.Oſtendit aūt hoc & ipſe dominus, ubi fatigatam populi multitudinem,ne in itinere deficeret refectione ſicut ſcriptū eſt,excepit. Cum enim miraculoſam eam refectionem,in ſolitudine, poſſet ſumptuoſorum eduliorum excogitatione extendere & auguſtiorem reddere, adeò tenuiter eos & frugaliter, reiecto ſuperfluo,cibauit, ut panes hordeaceos & partē piſcis pani adiunctam propoſuerit. De potu uero ne mentionem quidem fecit: propterea quòd aquæ potus omnibus ut naturalis & neceſſitati ſufficiens propoſitus eſt, ſed ita, ut ſi cui propter infirmitatem fuerit noxius,iuxta conſilium Pauli Timotheo datum,ſit recuſandus. Et quæcunq; palam ſunt noxia,recuſanda ſunt. Non enim conſentaneū eſt rationi, ut,cum cibos ad corporis ſuſtentationē appetamus, per eos ipſos corpus oppugnemus,& à mandati exequutione remoremur. Et hoc ipſum nobis exēplo ſit, ut animam noſtram aſſuefaciamus ad fugiendum quæ noxia ſunt, etiam ſi iucunda ſint. Curandum eſt aūt omnino,ut quod parabilius eſt,reliquis præferatur,ne abſtinētiæ prætextu quæ pretioſiora ſunt quæramus,& ſumptuoſiores cibos ex cōdimen D
tis precioſis componamus, ſed quod in quaq; regione parabile eſt,& uile, & multorum uſui accommodum uſurpemus:peregrinis uero ijs tantum quę ſummè ſunt ad uitam neceſſaria utamur,utpote, oleo & ſimilibus, & ſi quid ad neceſſarium infirmorum ſolatium eſt accommodum,idq; ita,ut abſit omnis curioſitas,tumultuatio & occupatio in acquirendo.

Quis modus ſeruandus ſit in ſumendo cibo.

CAP. XX STVDIVM inanis gloriæ, & hominibus placendi, & oſtentationis, prorſus in uniuerſum interdictū eſt Chriſtianis, quandoquidē etiam ille qui mandatū dei ad hoc facit ut ſpectetur & glorificetur ab hominibus, mercedē illius amittit. Qui uero omne genus humilitatis propter domini mandatū ſuſceperunt, quemuis modum illi inanis gloriæ ſummopere fugere debent.Quoniam autem ſeculi homines, paupertatis pudorem non ferentes, ſi quando aduenam aliquem prandio excipiunt,omnem abundātiam ac ſumptuoſitatem ciborum apparare uidemus, metuo, ne idem morbus clanculum ac ſenſim nos quoq; corripiat, ut & nos paupertatis à Chriſto beatificatæ pudorem declinare conuincamur. Quemadmodum igitur indecorum nobis eſt,ſi uelimus nobis aliunde uaſa argentea,aut aulæa purpurea,uel ſtratum delicatum, aut uela pellucida comparare: ita nec cibos conuenit à noſtra admodum diæta alienos conquirere.Diſcurrere nanq; & inquirere quæ ad neceſſarium uſum non pertinent, ſed miſeræ uoluptatis & inanis ac pernicioſæ gloriæ gratia excogitata ſunt, non ſolum turpe nobis eſt, & propoſito noſtro incongruum, ſed & non uulgariter noxium,quando nos,qui delitiantur, & uoluptate uentris felicitatem metiuntur, circa eaſdem curas, quibus & ipſi ſtudent, uerſari uident. Si

nanq;

A nanqꝫ malæ ſunt delitiæ & fugiendæ, certe nunquam illas amplecti debemus. Nihil enim ullo tempore accommodum nobis eſſe poteſt quod condemnatum eſt ac uetitum. Qui delitiantur & præcipuis unguentis delibuti, uinũ defecatũ bibũt à ſacra ſcriptura accuſantur. Et uidua propter delitias uiuẽs, mortua eſſe dicitur. Diues ille Euangelicus propter uitæ huius delitias paradiſo priuatus eſt. Quid igitur nobis & luxui? Aduenit peregrinus aliquis? Si quidẽ frater, & eiuſdem uitæ propoſito fuerit, agnoſcet familiarem menſam. Etenim quæ domi reliquit, eadem reperiet apud nos. At ex itinere fatigatus uenit? Tantum illi proponamus, quantum ſatis ſit ad ſolamen laboris. Alius quiſquam è ſeculi hominibus uenit? Diſcat ex ipſo opere, ad quæ uerbis induci non potuit, & typum accipiat & præſcriptum quo contentus in ueſcendo eſſe diſcat. Reſideant illi in memoria monumenta Chriſtianæ menſæ, & quàm paupertas propter Chriſtum pudore uacet. Si uero nihil horum obſeruat, ſed magis irridet, ſecundo nobis moleſtus non erit. Nos autem, ſi quos diuitum oblectationem uoluptatũ inter præcipua bona deputare uiderimus, altum ingemiſcimus, quod uniuerſam uitam ſuam & facultatem in uanitatem inſumunt, & uoluptates ſuas numinis inſtar colentes, non ſentiunt quomodo in hac uita bonorũ ſuorũ partem auferant, & per huius ſeculi delitias ad paratum ignem & illius ardorẽ tranſeant, nec piget nos iſta, ſi occaſio ſit, corã ipſis reprehendere. Iam ſi uoluerimus & ipſi ſectari eadẽ, & iuxta uniuerſam noſtram facultatẽ, quæ uoluptatis ſunt inquirere & ad oſtentationẽ inſtituere, timeo ne quæ deſtruximus eadẽ reædificare deprehendamur, & quæ in alijs condẽnamus, illis in noſtro cõuictu ad faſtũ abuti, & in aliã atqꝫ aliam formã transmutari. Niſi forſan & ueſtes noſtras immu-
B tabimus, ſi quãdo cũ illuſtrioribus cõuerſandũ eſt. Si uero id turpe eſſet, multo turpius eſt propter delicatos aliquos menſę noſtræ frugalitatẽ mutare. Vniformis eſt Chriſtianorũ uita, unicũ habẽs ſcopũ, gloriã dei. Nam ſiue edatis, ſiue bibatis, aut aliud quid faciatis, omnia in gloriã dei facite, inquit, in Chriſtio loquutus Apoſtolus. Multiformis uero & uaria eſt ſecularium hominũ uita, qui aliud atqꝫ aliud ad placitũ præſentium fingũt ac refingunt. Itaqꝫ & tu cũ multitudine & luxu ciborum menſam fratri præter ſolitum ad uoluptatem paras, luxuriæ illum accuſas, & gulæ probris per ea quæ inſtituis dehoneſtas, dum arguis, quòd huiuſmodi luxus uoluptate delectetur. An non ſæpenumero & genere & modo apparatus conſpecto cõiecturamus quis ſit & qualis, qui expectatur? Martham nõ laudauit dominus, animo in uaria diſtractam, ſed ſolicita es, inquit, & turbaris erga plurima. Paucis aũt, uel uno certe, opus eſt. Paucis uidelicet quod attinet ad apparatum: uno uero, quod ſcopum concernit, nempe, ut neceſſitati ſatisfiat. Ipſe uero dominus qualem cibum appoſuerit quinqꝫ millibus, non ignoras. Et Iacob cum precaretur dominum, ſi dederis, inquit, mihi panem ad edendum, & ueſtimentum quo amiciar, non ait, ſi delitias dederis mihi & luxum. Quid uero ſapientiſſimus Salomon? Diuitias, inquit, aut paupertatem ne dederis mihi, ſed diſponas mihi quæ uictui ſint neceſſaria, ne ſatiatus mendax fiam ac dicam, Quis me uidet? aut paupertate preſſus furer ac periurem nomen dei mei, diuitias ſatietatem, paupertatem uero omnimodam eorum quæ ad uitam neceſſaria ſunt, penuriam definiens, & per ſufficientiam eam facultatem intelligens, quæ nec minus habeat nec amplius quàm exigat neceſſitas. Sufficientia uero alij eſt alia, ſecundum corporis habitum, & neceſſitatem propoſiti. Nam

alij quidem propter laborem opus eſt ut pluribus ac ſolidioribus ueſcatur, alij uero tenuiora ac faciliora conueniunt, & per uiciſſitudinem omnia, propter infirmitatem, in genere autem omnibus uiliora & parabiliora. Vbiq; ſanè curandum eſt ne accuratius ac lentius apparando terminos neceſſitatis noſtræ excedamus. Sed hic ſcopus eſto ſuſcipiendorum aduenarum, ut cuiuſuis neceſſitas ſpectetur. Tanquam utentes, inquit, hoc mundo, & non abutentes. Abuſus autem eſt ſumptus non neceſſarius. Pecuniam non habemus? Eſto non habeamus. Non ſunt plenæ noſtræ apothecæ? Victus noſter quotidianus eſt, & manu acquiſitus. Quid igitur alimoniam eſurientibus à deo datam in uoluptates delicatorum inſumimus? utrinque peccantes, dum pauperum ex penuria moleſtiam intendimus, & diuitibus ſatietate nocemus. C

Quomodo tempore prandiorum & conuiuiorum, uſurpandæ ſint cathedræ, & capiendi accubitus.

CAP. XXI. QVONIAM præceptū domini eſt, ubiq; nos ad humilitatē aſſuefacientis, ut ad cōuiuia uocati, poſtremū accubitus locū capiamus, neceſſe eſt eum qui omnia cupit iuxta præceptū domini facere, ne hoc quidē negligere mandatū. Quòd ſi ſeculares quidā ſimul accumbent, exemplū illis dabimus quàm non debeant ſuperbire, neq; priores captare. Et de iſtorū numero qui hoc faciant nos eſſe cōuenit. Vbi uero omnes qui cōueniunt eiuſdē ſunt propoſiti, idē eſt faciendū, ut quauis occaſione experimentū humilitatis noſtræ demus. Rurſus admonendū eſt & hoc, quod poſtremū quidē locū capeſſere omnibus ex mandato domini cōpetit: attamen ſi hoc contētioſe fiat, ut alius aliū pellat, improbabile eſt, ut quod & honeſto ordini derogat, & cauſam generat tumultuationis. Et præterea ſi nemo inter nos cuiquam cedat, & quiſq; de poſteriore loco contendat, pares illis erimus, qui priores ambiūt. Quocirca oportet nos & hoc loco circumſpectè & diligenter cōſiderare quid nos deceat, & conuiuatori diſcubitus ordinē permittere, quemadmodū & dominus innuit, ubi patrifamiliâs horū diſpoſitionē cōpetere dixit. Hoc pacto nanq; & nos in dilectione mutuo feremus, omnia honeſtè & ordine faciētes, & nō ad oſtentationē corā multis, neq; populariter humilitatis ſtudiū, per huiuſmodi ſeueritatē & contentionē oſtendemus: ſed magis per obtemperantiā animi ſubmiſſionem præſtabimus. Euidentius enim argumentū ſuperbiæ exhibet iſta cōtentio, q̃ ſi primo loco accumbat quis, ſi quando id ex mandato fiat. D

Quod indumentum Chriſtiano conueniat.

CAP. XXII. IAM antea ſermo noſter oſtendit, neceſſariā eſſe humilitatē, & tenuitatē, & quicquid quauis in re uile eſt & modici ſumptus, ut nō multa nobis ex corporali neceſſitate occupationū detur occaſio. Idem nobis & in ratione indumentorū ſpectandū eſt. Si enim ſatagendū nobis eſt, ut omniū ſimus poſtremi, & indumentis uidelicet, quod poſtremū & uiliſſimū eſt, præferre debemus. Quemadmodū enim qui inani gloriæ ſtudent, ex ueſtiū ſplendore gloriā aucupantur, & ut ſumptuoſi ueſtitus gratia ſuſpiciantur & magni æſtimentur, annituntur: ita conuenit & eum, qui per humilitatē ad abiectū ſe & nouiſſimū uitæ genus demiſit, & in ueſtitu poſtremas omniū amplecti. Sicut enim in cœna publica incuſantur Corinthij, quod ſuis ſumptibus, qui diuites erant, eos qui non habebant pudefaciebant: ita uidelicet & in communi ac publico indumentorū uſu, habitus qui multos pretio excellit, uelut per collatio-

nem

A nem pudefacit pauperẽ. Cum aũt Apoſtolus dicat. Non alta ſapientes, ſed humilibus uos conformantes, examinet quiſq; ſeipſum, quibus nam ſe Chriſtiani ueſtitu cõpetentius cõforment, an ijs qui in aulis Regũ ſunt, ac mollibus ueſtiuntur: uel angelo illi & dominici aduẽtus prçconi; quo maior inter natos mulierũ ſurrexit nemo. De Ioanne loquor, filio Zachariæ, cuius indumentum erat ex pilis cameli. Et ſancti quoq; priſci, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis. De hoc aũt ueſtitus ſcopo admonuit Apoſtolus unica dictione, cũ dixit, habentes alimẽta & quibus tegamur, iſtis cõtenti ſumus, eo quòd ſolo tegumento in uſu ueſtium opus habeamus, nec committendum ſit, ut ueſtium uarietate & ornatu in prohibitam mollitiem incidamus, ne quid peius dicam. Nam iſta in uitam humanam inanis artificij ſtudio & curioſitate inducta ſunt. Eſt autem & primus ille tegumentorũ uſus manifeſtus, quem primis hominibus uelut nudis ipſe dominus dedit. Fecit enim illis, inquit ſcriptura, tunicas pelliceas. Nam ad cõtegendum quç inhoneſta ſunt corporis, talium tunicarum uſus ſufficiebat. Quoniã uero & alius indumentorũ ſcopus concurrit, uidelicet, ut per tegumenta foueamur, neceſſe eſt uſum ueſtiũ ad utrunq; finẽ adaptare, cũ ut quæ inhoneſta ſunt obtegamus, & tempeſtatũ nocumenta arceamus. Quoniã aũt in his ipſis alia ſunt utiliora alia minus, rationabile eſt ea præferre quæ ad uſum neceſſariũ amplius poterunt accommodari, ut nec paupertatis ſeruandæ rationem lçdamus, nec alia nobis ſint ad oſtentationẽ, alia uero ad uſum parata domeſticum, & rurſus alia quibus per diẽ, & alia quibus noctu utamur, ſed tale quoddã indumenti genus excogitemus, quod unicũ nobis ad omnia ſufficere poſſit, tam ad honeſtũ diei, quàm neceſſariũ noctis ueſtitum accommodũ. Ex eo aũt ſequetur, ut
B & habitu inter nos cõmunicemus, & uelut propriũ quendã characterem ex ueſtitu habeat Chriſtianus. Quç nanq; ad unũ ſcopũ tendunt hoc pacto multa inter nos eadẽ ſunt, & id quoq; utilitatis hinc eſt, ut quemq; ueſtitus proprietas prouocet, & teſtificando urgeat ad præſtandã uitç ſecundũ deum inſtitutæ profeſſionẽ, ut cõſequẽter & actus ipſi profeſſioni correſpondentes, per eos à nobis exigantur cũ quibus aliquid interceſſerit negotij. Quod enim indecorũ eſt & inhoneſtũ, non ita conſpicuum eſt in uulgaribus atq; in ijs qui magna profitentur. Nam ſi quis plebeium aliquem hominem, aut alioqui uulgarem uiderit publicè uel percutere quenquam uel percuti, & uoces parum decoras emittere, & tabernis immorari, atque alia iſtis conſimilia inhoneſta committere, non facilè rationẽ illius habebit, cogitans iſta toti uitæ illius propoſito conuenire. Eum uero qui in profeſſione perfectionis eſt, etiam ſi leuiculum aliquid eorum quç ſe concernunt neglexerit, omnes obſeruant, & probri loco obijciunt, facientes illud Chriſti dictum. Et conuerſi lacerabunt uos. Itaq; uelut pçdagogia quædam infirmioribus habitus eſt profeſſio, ad hoc, ut uel inuiti à malis cohibeantur. Vt igitur proprium quiddam habet ueſtis militaris, & aliud habitus ſenatoris, aliud alterius, unde cuiuſque plerunque notatur dignitas: ita decet & Chriſtiani hominis aliquam eſſe ueſtis proprietatem, quæ traditam ab Apoſtolo habitus honeſtatẽ decenter & congruè ſeruet qui aliquando & Epiſcopũ honeſtè ornatum eſſe debere definit, & aliquando mulieres habitu ornato eſſe iubet, ornato uidelicet ſecundum propoſitum Chriſtianornm. Eadem autem mihi & de calciamentis dicuntur, ut quod nõ ſit curioſum, quod parabile, & ad neceſſitatis ſcopum ſufficiens calciamentorum genus, hoc quouis tempore uſurpetur.

De cingulo.

CAPVT XXIII. CINGVLI uero uſum neceſſarium eſſe & priſci ſancti demonſtrant. Ioannes quidẽ zona pellicea lumbos ſuos cinxit. Et ante illum Elias. Scriptũ enim eſt, ad deſignandã ueluti propriã notam, uir hirſutus, & zonã pelliceã habens circa lumbos. Et Petrus quoq; zona uſus oſtenditur, ut patet ex angeli uerbis quibus ad illũ ita dixit. Præcingere, & ſubliga ſoleas tuas. Et beatus Paulus, ex Agabi prophetia de ipſo, zona uſus apparet. Virum enim, inquit, cuius eſt hæc zona, ita ligabunt Hieroſolymis. Et Iob à domino iubetur, ut ſeſe præcingat. Eſt enim uelut fortitudinis cuiuſdã & ad operandũ promptitudinis ſymbolũ, zonæ uſus. Præcinge, inquit, uelut uir lumbos tuos. Manifeſtũ aũt eſt, quod & omnibus domini diſcipulis uſus cinguli conſuetus fuerit, ex eo quòd illis præcepit, ne haberent æs in zonis ſuis. Et alioqui operaturũ aliquid neceſſe eſt ſuccinctũ eſſe & expeditũ ut moueri poſſit. Itaq; & cingulo opus habet, quo tunica corpori aſtringatur, quæ illũ & magis hoc pacto undiq; circũplicata fouebit, & expeditũ ad operandi motus reddet. Quandoquidẽ & ipſe dominus, cũ ſe ad miniſtrandũ diſcipulis pararet, accepto linteo, ſeſe pręcinxit. De indumentorũ multitudine nihil opus fuerit dicere, eo quòd hanc rem in ſermone de paupertate ſatis diſcuſſerimus. Si eñ qui duas tunicas habet, nõ habẽti dare iubetur, prohibitũ eſſe liquet, ne quiſquã ſui ipſius gratia plures poſſideat. Quibus igitur uetitũ eſt duas habere tunicas iſtis quid cõuenit de uſu ueſtium præſcribere?

Poſtquàm iſta nobis iam ſufficienter ſunt tradita, cõſequens eſt ut doceas nos quo pacto mutua ſit inter nos inſtituenda conuerſatio.

CAPVT XXIIII. CVM Apoſtolus dicat, omnia decenter & ordine fiant eam conuerſationẽ uitæ decentem & in cõiunctione fidelium bene diſpoſitã arbitramur, in qua membrorũ corporis ratio & ſimilitudo ſeruatur, ita ut ſit qui oculi uicem gerat, cui concredatur cõmunis aliorum cura, ut & quæ geruntur probet, & quæ gerenda ſunt prouideat & cõſideret, deinde alius ſit qui auſcultando, aurem, alius qui operando cõpetentia manũ prebeat, & cõſequenter quiſq; alterius ſit membum. Sciendũ itaq; eſt, quòd quemadmodũ in corpore nulli membro tutum eſt & innoxiũ, quæ neceſſaria ſunt & ſibi congrua negligere, aut non uiciſſim alterius opera, ad quam ab opifice deo cõditum eſt, nolle uti. Niſi enim uel manus uel pes oculi ductui & moderamini morem gerant, neceſſe quidem eſt manum ex corruptione totius corporis exitio corripi, pedem uero uel offendere uel in præceps ruere. Et ſi oculus claudatur, ut uidere nequeat, neceſſe eſt & ipſum unà cum alijs membris eadem patientibus corrumpi. Ad hunc modum neq; pręposito ſine periculo eſt, ſi uelit eſſe negligens, propterea quòd omnium eorum, quę malè geruntur, gratia, ſit iudicandus & condemnandus, neq; ſubiecto innoxium ac ſine damno, ſi ſit immorigerus, ſed etiam hoc nomine periculoſius, quòd alijs ruinæ cauſam adminiſtrat. Igitur quiſq; ſuo loco diligentiæ ſedulitatem oſtenderis, & mandatum Apoſtoli adimplens, quo dicit. Studio non pigri, alacritatis ſuæ laudem habebit: ſi uero negligens fuerit à contrario miſeriam ſibi ipſi conciliabit, & uæ illud de quo ſcriptura, Maledictus, inquit, omnis qui facit opus domini negligenter.

Terribile eſſe iudicium præpoſiti ſi peccantes non arguat.

CAPVT XXV. QVAPROPTER cui aliorũ cõmunis cura cõcredita eſt, ut de unoquoq; ſubdito ſit ipſi reddenda ratio, ita affectus ſit, ut qui ſciat ſanguinẽ fratris delinquẽtis, iuxta

ſcripturam,

A ſcripturam, requirendum de ſua manu, ſi de iuſtitia dei illum non præmonuerit, aut ſi poſt lapſum illum in delicto non oſtenſo emendationis modo perdurare permiſerit, & maximè, ſi non per ignorantiã aliquid corũ quæ deo placent, neglexerit, ſed cuiuſq; mala per aſſentationẽ palpauerit, atq; ita diligentiã politiæ Chriſtanæ diſſoluerit. Qui enim felices, inquit, uos dicunt, decipiunt uos, & ſemitã pedum ueſtrorum diſturbãt. Qui uero uos perturbat, portabit iudicium ſuum, quiſquis tandem ille ſit. Quocirca ne idem & nobis accidat, ſequendus nobis eſt canon Apoſtolicus, in conuerſatione iſta cũ fratribus inſtituta. Neq; enim unquã, inquit, fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis, neq; in occaſione auaritiæ, deus eſt teſtis, neq; gloriã ab hominibus quæſiuimus nec à uobis nec ab alijs. Qui ergo ab iſtis affectibus purus fuerit, ſynceriũ forſan poterit ſibiq; meritoriũ & alijs ſalubrẽ adminiſtrare ducatum. Etenim qui neq; apud homines quærit eſſe in pretio, nec hoc curat, ut delinquentibus gratus ſit & iucundus, dum nulla in re illos offendat, is tandẽ uerè, in dilectione, & cum magna fiducia ſermonem abſq; ullo dolo ſyncerè adminiſtrabit, non cupiens ueritatẽ aliqua in re fraudulenter inuertere, ut congruant illi etiam quę ibi ſequũtur, ſed fuimus placidi in medio ueſtri ueluti ſi nutrix foueat liberos ſuos, ita propenſo in uos animo exiſtentes, cupiebamus uobis tradere non ſolũ Euangelium dei, ſed & noſtras ipſorũ animas. Qui uero ad iſtum modũ cõparatus non eſt, cæcus dux eſt, & ſeipſum & ſectatores ſuos in foueã præcipitans. Quantũ itaq; malũ ſit, ſi qua fratri detur erronei ducatus cauſa, ex dictis iam ſignis cõſiderari poteſt. Iudiciũ autẽ eſt neq; dilectionis mandatũ à tali duce perfici. Nemo enim pater, negligit filiũ ſuum, quem ſciat in foueã caſurũ: aut ſi inciderit, perire in illa ſinit. Quid
B ergo dicemus? Debitor igitur eſt fraternitati, ut pro animabus illorum excubet & pro cuiuſq; ſalute curã habeat, tanquã rationẽ daturus, tantamq; curam habeat, ut ad mortẽ uſq; ſalutẽ illorũ procurare ſtudeat, non ſolũ ad normam cõmunis mandati de dilectione omnibus à domino præſcripti, ut animam ſuam quis ponat pro amicis ſuis, ſed ſecundum peculiare illud Apoſtoli dicentis ita propenſo in uos animo exiſtentes, cupiebamus uobis tradere non ſolum Euangelium dei, ſed & noſtras ipſorum animas.

Omnia in fidem præpoſiti, etiam cordis arcana, deponenda eſſe.

OPORTET unumquenq; ſubditorũ, ſi cupiat inſignẽ aliquẽ oſtendere pietatis profectũ, & habitũ eius uitæ acquirere, quæ ſit cõformiter mandatis domini noſtri Ieſu Chriſti inſtituta, nullum nec motum animæ in abdito ſibi ipſi ſeruare, nec ſermonem temere proferre, ſed arcana cordis ſui illis reuelare, quibus infirmorum fratrum cum affectu paterno & compatiente habenda ratio concredita eſt. Hoc nanq; pacto, quod laudabile eſt confirmabitur, & quod reprobũ, cõpetenti cura potieť, & ex iſto exercitio paulatim nobis accreſcente profectu, perfectio acquireť. CAPVT XXVI.

Admonendũ eſſe prępoſitũ ab illis qui p̃cipui ſunt inter fratres, ſi quãdo errauerit.

QVEMADMODVM præpoſiti officiũ eſt ad omnia fratribus ducẽ agere: ita rurſus cõuenit & reliquis, ut illũ admoneãt, ſi qua delicti cõtra ipſum inoleuerit ſuſpicio. Ne aũt turbetur rerũ ordo, admonitio iſta cõmittẽda eſt illis qui reliquos & ætate & prudentia excellunt. Quòd ſi quid emendatione dignũ fuerit, lucrabimur fratrem, & nos ipſos per illum, ſi eum qui ueluti regula quædam eſt uitæ noſtræ, & ſua rectitudine quod in nobis incuruum ac tortum eſt, arguere debet, ad rectum ac planum reduxerimus. Si uero præter rationem quidam illius nomine turbati fuerint CAPVT XXVII.

erint, per manifeſtationem falſæ ſuſpicionis perſuaſi, ab hæſitatione, quam erga ipſum conceperant, liberabuntur. C

Quomodo debeant erga inobedientiam omnes eſſe affecti.

CAPVT XXVIII. EI quidem qui ad obediendũ mandatis domini ſegniter eſt affectus, principiò tanquã infirmo membro condolendũ eſt ab omnibus, & à pręposito tentandũ, an ſuis ipſum laudibus ab ea infirmitate reſtituere ualeat. Perdurantẽ uero in ea inobedientia, emẽdationemq́; reſpuentẽ, ſeuerius corã omnibus fratribus arguere oportet, & cũ omni adhortatione ut medelã ſuſcipiat inducere. Quòd ſi poſt multã correptionẽ nec pudorẽ induerit, nec ſeipſum re ipſa curauerit, tanquã, ut in prouerbio eſt, ſui ipſius corruptorẽ & ueluti corruptũ & prorſus inutile membrũ multis cũ lacrymis ac lamẽtis, ad exemplũ medicorũ, à cõmuni corpore amputet. Etenim illi ſi quod membrũ incurabili morbo correptum inuenerint, ne ad ulteriora malũ illius ꝑſerpat, ꝓpter uicinitatẽ proxima quęq; corrũpens, inciſionibus illud & uſtionibus auferre ſolent, quod & nobis erga eos neceſſariò faciendum eſt, qui inimico animo pręditi, & impedimento ſunt mandatis domini, idq́; iuxta mandatũ domini dicentis. Si tibi oculus dexter obſtaculo fuerit, erue ipſum, & proijce abs te. Erga tales eñ humanitas ſeruata, ſtultę illi placiditati Eli nõ abſimilis eſt, qua erga filios ſuos contra placitũ dei uſus arguitur. Proditio igitur ueritatis eſt, publicũq́; nocumentũ, & aſſuefactio quædã ad cõtemnenda quęuis mala, perſonata illa & falſa comitas, cum illud amplius non fit, quod ſcriptũ eſt. Et non magis luxiſtis ut tolleretur è medio ueſtri, qui hoc facinus perpetrauit: neceſſariò uero accidit, quod ſequitur. Modicũ enim fermenti totã conſperſionẽ fermentat. Peccantes aũt, inquit, Apoſtolus, coram omnibus argue. Et mox cauſam ſubdit dicens, ut & cæteri timorẽ habeant. Omnino aũt, qui medelã à fratre admotã non admittit, à ſeipſo diffidet. Si enim ſubdi non ſuſtinet, & ſuam ipſius uoluntatẽ ſectatur, ut quid etiam cũ illo uiuit? quemobrem ipſum uitæ ſuæ præpoſitũ uocat? cur ſemel illi placuit reliquorũ fratrum acceſeri corpori, ſi hæſitat & detrectat membrum eſſe ſubiectũ? Quòd ſi quid ultra uires præcipi uidetur, iudicio in eum qui præcipit deriuato, obedientiã eſſe ac ſubiectionẽ ad mortẽ uſq; oſtendit, memor domini, qui obediens factus eſt uſq; ad mortem, mortẽ autẽ crucis. Detrectare uero & contradicere multorũ malorũ ſpecimen habet, utpote fidei morbidæ, ſpei hæſitãtis, faſtus, ac morũ arrogantiũ. Neq; enim obtemperare detrectat, niſi qui prius conſultorẽ condemnauit. Nec qui promiſſionibus dei fidẽ habet, & firmam in illis ſpem collocat, detrectabit aliquando præceptis dei obedire, etiamſi grauia ſint & moleſta, ſciens præſentis temporis adflictiones non eſſe pares, collatæ ad gloriam quæ futura eſt ut reueletur. Et qui perſuaſus eſt, quòd qui ſeipſum humiliat ſit exaltandus, plus alacritatis ad obediendũ oſtendit, quàm à præceptore expectabatur, gnarus, quòd momentanea & exilis tribulatio mire ſupra modum æternum pondus gloriæ parit. D

De eo qui cum animi ęlatione aut obmurmurando operatur.

CAPVT XIXX. EIVS ſanè opus, qui uel murmurare, uel animo eſſe elato inter laborandum deprehenditur, commiſcendum non eſt labori, qui fit ab humilibus corde, & ſpiritu contritis, nec prorſus inſumi debet in uſus religioſorum: propterea quòd abominatio coram deo eſt, quod altum inter homines eſt. Et præceptum Apoſtoli eſt dicentis Neq; murmuretis, ſicut nonnulli ipſorum murmurârunt ac perierunt ab exterminatore. Et illud. Non ex mœſtitia, neq; ex neceſſitate. Ingratum igitur eſt

A talium opus, ſicut oblatio uitioſa, ideoq; illicitum, ut reliquorũ labori cõmiſceatur. Si enim qui ignem alienum ad aram obtulerunt, tantam iram ſunt experti, quomodo periculoſum non eſt, opus affectu deo deteſtabile factũ, ad oeconomiam mandatorum aſſumere? Quæ nanq; communicatio eſt iuſtitiæ & iniquitati? Aut quæ pars fideli cum infideli? Quapropter & lex dicit, qui uitulum mactat, tanquam qui canem occidit: & qui ſimilam offert, perinde eſt atq; qui ſanguinem ſuillum offert. Neceſſarium itaq; eſt opera detrectatoris ac contradictoris ſeparare ab uſu fratrũ. Et hanc rem diligenter curare debent præpoſiti, ut neq; ipſi ſentẽtiam eius corrumpant qui dixit. Qui ambulat in uia immaculata, is mihi miniſtrabat. Non habitauit in medio domus meæ, faciens ſuperbiam, neq; ſuffulciant eum, qui delictum præcepto immiſcet, & ſocordia laboris aut animi elatione ſeſe ſupra reliquos efferentis opus ſuum commaculat, ut in iſta peruerſitate permaneat, quod fit, dum operam ipſius approbant, non ſinentes eum ad proprij defectus peruenire ſenſum. Oportet itaq; perſuaſum hoc eſſe prępoſito, quòd grauem ſibi & ineuitabilem ultionem accerſat, niſi competenter præſit fratri tali (Nam ſanguis illius de manu eius requiretur) & obedientem ita inſtituat, ut nullum præcepti genus, etiam difficilimum, detrectet, certus, quòd merces multa ſit in cœlis. Quapropter obedientem ſpes glorię exhilaret, ut cum omni gaudio & patientia opus domini perficiatur.

Quo affectu curam fratrum gerere debeant præpoſiti.

PRAEPOSITUM autem officij dignitas non extollat, ne & ipſe ab humilitatis & modeſtiæ felicitate decidat, aut inflatus incidat in iudicium diaboli: ſed hoc certò ſciat, quòd multorum cura ſuſcepta, ſimul exigat, ut multis ſeruiat. Quemadmodum igitur qui multis uulneratis ſeruit, & primum cuiuſq; uulneris ſaniem expurgat, deinde & competentia iuxta cuiuſq; uulneris malitiam admouet medicamina, miniſterium hoc nõ ueluti elationis, ſed magis humilitatis, ſolicitudinis & laboris occaſionem uſurpat: ita multo amplius qui fratrũ infirmitates ſanandas accepit, tanquã omniũ ſeruus, & rationẽ de omnibus daturus affectus, & ſolicitudine præditus eſſe debet. Nam hoc pacto propoſiti cõpos euadet, dicente domino. Si quis uult inter uos eſſe primus, ſit omnium poſtremus, & omnium miniſter. CAPUT XXX.

B

Suſcipiendum eſſe miniſterium à præpoſito.

OPORTET pleroſq; corporale quoq; miniſteriũ ab ijs qui reliquis uidentur eſſe præſtãtiores, in cõuictu fratrũ exhibitũ ſuſcipere. Doctrina nanq; humilitatis & maiorem admonet, ut miniſtret: & minori, ut miniſtrari ſibi ſinat, non incongruũ eſſe oſtendit. Nam ad hoc exemplo domini manuducimur: cum quòd ipſe diſcipulorum ſuorum pedes non eſt dedignatus lauare: tum quòd illi non ſunt auſi id miniſterij recuſare. Sed & Petrus ipſe, qui primum præ magna qua tenebatur erga dominum reuerentia miniſterium hoc domini recuſauerit, cognito ſtatim inobedientiæ periculo ad obedientiã ſeſe mutata ſententia paratum exhibuit. Non eſt igitur in huiuſmodi obtemperanti fratri timendum, ne ſi maioris admittat miniſterium, humilitatis & modeſtiæ propoſitum perdat. Nam id miniſterium maioris, doctrinæ illi inſtar eſt, & potius humilitatis exemplum, imò ſæpenumero neceſſarium. Oſtendat itaq; humilitatem & modeſtiam ſuam obtemperando & imitando, nec ſub modeſtię prętextu reluctando, faſtus & arrogantiæ opus faciat. Cõtradictio nanq; imperiale quiddam & immorigerum reſipit. Magis igitur inflationis CAPUT XXXI.

& contem-

& cõtemptus notam habet quàm humilitatis & omnimodæ obedientiæ. Quapropter neceſſarium eſt obedire dicenti, tolerantes uos inuicem in charitate. C

Quo affectu erga cognatos ſecundum carnem eſſe debeant fratres.

CAPVT XXXII. QVIBVS ſemel in conſortio fratrum locus eſt datus, à præpoſito permitti nõ debet, ut ad alia mentis intentum auertant, aut ſub prætextu uiſendi cognatos à fratribus ſecedant & ſine teſtium conſcientia uitam agant, uel curam cognatorũ ſecundum carnem ſuſcipiant. Doctrina nanq; ueritatis omnino illud meum ac tuum inter fratres dici uetat. Erat enim omnibus, inquit, qui crediderãt cor unum & anima una, & nemo quicquam ſuorum ſuum eſſe dicebat. Si quis itaq; parẽtes habet uel fratres, ſiquidem ſecundum deum uiuunt, ab omnibus fratribus tanquam communes patres aut cognati colãtur. Quiſquis enim, inquit, dominus, fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis eſt, hic frater meus, & ſoror, & mater eſt. Et horũ curam præpoſito competere decernimus. Si uero communi mortalium uita adhuc implicati tenentur, nihil nobis erit cum illis commercij, quorum ſtudium eſt, ut honeſtam & deo familiarem uitam indiuulſe ſeruemus. Nam alioqui præterquàm quod illis nihil utilitatis adferemus, noſtram etiam ipſorum uitam tumultuatione & diſturbatione complebimus, & peccatorum occaſiones inueniemus. Sed neq; admittere eos conuenit, ſi ad uiſendũ cognatos olim ſuos ueniant, qui mandata dei contemnunt, & opus ac ſtudium pietatis extenuant, tanquam non diligentes dominũ qui dixit. Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Quæ autẽ participatio iuſtitiæ cum iniquitate? Aut quæ portio fideli cum infideli? Et omnibus modis præterea ſatagẽdum eſt ut delinquendi occaſiones adimantur ijs qui adhuc uirtutem exercitio detinentur, quarum maxima eſt præteritæ uitæ recordatio, ne quo pacto illis accidat quod de Iſraële dictũ eſt. Et conuerſi ſunt cordibus ſuis iterũ in Ægyptũ, quod plerunq; uſuuenire ſolet ubi cõtinua colloquendi cum cognatis copia datur. In uniuerſum autẽ neq; cognatis permittendum eſt, neq; alienis, ut ſermones cum fratribus miſceant, niſi de illis certi ſimus quod ad ædificationem & inſtitutionẽ animarum facturi ſint. Quòd ſi omnino neceſſe eſt colloqui illis, cum quibus iam ſemel intercidit congreſſus, fiat hoc ab illis quibus donum ſermonis concreditum eſt, qui eam habent facultatem, ut ſcite ad ædificationem fidei poſſint & loqui & audire, quoniã aperte docet Apoſtolus, non quibuſuis eſſe ſermonis facultatem, ſed id doni paucis contingere, ubi dicit: Nam alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij uero ſermo ſcientiæ. Et alibi. Vt potens ſit ad exhortandum in ſana doctrina, & contradicentes reuincere. D

Quomodo colloquendum ſit ſororibus.

CAPVT XXXIII. QVI ſemel nuptias ſpreuit, ſpernet uidelicet multo prius curas eas, quas matrimonio iunctum habere dicit Apoſtolus, quomodo placeat uxori ſuæ, & repurgabit ſe in uniuerſum ab omni ea cura, quę in gratiam uxoris tendat, ueritus iudicium dicentis. Quoniam deus diſſipabit oſſa eorum qui hominibus placẽt. Itaq; ne uiro quidem tolerabile eſt, ut uxori ad gratiam ac placitum cohabitet. Veruntamẽ propter debitum obſequium, quod unicuiq; ſecundum mandatũ domini à proximo debetur, exigente neceſſitate, cum ea conuerſabitur. Attamen neq; uolentibus ſimpliciter permittendus eſt congreſſus. Neq; quouis tempore, nec quouis loco commodum eſt, ſed ſiquidem uoluerimus iuxta mandatum Apoſtoli inoffenſi eſſe &

Iudæis

A Iudæis & Græcis, & Eccleſiæ Dei, deinde & omnia honeſtè & ordine, & omnia ad ædificationem facere, neceſſe eſt ut competenter & cum delectu ſecernamus perſonas, tempora, neceſſitates, & loca, per quæ omnia malæ ſuſpitionis omnis uel umbra pellatur, grauitatis uero & † modeſtię demonſtratio quouis modo ap pareat, in ijs, qui ad hoc probati habentur, ut inter ſe alius alium uidere & de rebus Deo placitis ſiue quod ad corporalem neceſſitatem, ſiue animarum curam attinet conſultare poſſint. Sint autem non minores duabus perſonis ex unaquaque parte. Vna nanq; ſi ſola ſit ſuſpitionis calumniæ patebit, ne quid amplius dicam, & minus roboris habebit ad dictorum confirmationem, ſcriptura manifeſtè decernente ac dicente, in ore duorum ac trium teſtium ſtabit omne uerbum: & rurſus numerum ternarium non excedant, ne operandi ſedulitas, quæ propter mandatũ Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruanda eſt, non impediatur. Quòd ſi neceſſitas exigit, ut & reliquorum nonnulli quæ ſua peculiariter referant uel dicant uel audiant, non opus eſt, ut ipſi inter ſe ad mutuum congreſſum committantur: ſed ſelecti ad hoc ſeniores cum ſelectis aniculis cauſam illorum exequantur, atq; ita per iſtorum mediationem loquendi neceſſitas adimpleatur. Iſti itaque conueniant cum omni ubiq; religione ac grauitate, cum prudentes ad interrogandum & reſpondendum tum fideles & ſapientes ad eorum quæ dicuntur diſpoſitionem, ut & eorum neceſſitatem quorum curam ſuſceperunt, exequantur: & eorum in ſe, quæ mouentur, certitudinem habeant. Miniſtrent autem & neceſſitatibus corporis alij quidem, probati & ipſi, & ætate prouectiores, & quod ad grauitatem ac mores attinet honeſtiores, ne cuiuſquã conſcientia ſiniſtra ſuſpitione lædatur. Vt quid enim mea li B bertas ab aliena conſcientia iudicatur?

† pudicitiæ.

Quales eſſe oporteat, quibus quæ fratribus neceſſaria ſunt diſpenſanda committantur.

CAPVT XXXIIII.

ET inter eos quoq;, qui in ipſo fratrum conuictu neceſſaria diſpenſant, erunt omnino in unoquoq; contubernio, quidam, qui eos imitari ſciant, de quibus illud eſt in Actis, & dabatur unicuiq; iuxta quod opus erat, multam prouidentiam ad miniſtrantes, animo & amicè affecto ac leni erga quoſuis, & qui nullam ſiniſtræ affectionis aut propenſionis in quoſdam ſuſpitionem de ſe præbeat: iuxta mandatũ Apoſtoli dicentis, nihil faciens ſecundum animi propenſionem, uel contentionem quam ueluti alienam à Chriſtianis, idem ipſe Apoſtolus reprobat, dicens: Si quiſquam uidetur contentioſus eſſe, nos talem cõſuetudinem non habemus, neque Eccleſiæ Dei, ne alijs quidem neceſſaria ſubtrahant, ſi contra quoſdam æmulationis & contentionis ſtudio flagrent, in alios autem ſupra quam neceſſe eſt pleraq; profundant, ſi animo in quos ſint propenſiore, quorum alterum fraternum odiũ, alterum uero animi propenſionẽ reſiperet, eam ſcilicet, quæ maximè reprobatur, unde nobis dilectionis concordia inter fratres conuelleretur, & ſiniſtræ ſuſpitiones & æmulationes & contentiones ſimul & operandi ſocordia, in illius locum ſuccederent. Puros igitur eſſe eos cum ab animi affectione tum contentione, propter ea quæ diximus & huiuſmodi alia multa, ſummoperè neceſſarium eſt, qui neceſſaria fratribus adminiſtrant: debentq; huius ſibi affectus conſcij eſſe, & tantum oſtendere diligentiæ, tã ipſi quàm qui aliud quoddam miniſterij genus ad commodum fratrum obeunt, ut ſciant ſe non hominibus ſed ipſi miniſtrare Domino, qui pro

pter ingentem bonitatem quicquid honoris & officij in eos impenditur qui ſibi de diti ſunt, ſibi ipſi impenſum reputat: & regni cœleſtis hæreditatem illorum nomine pollicetur. Venite enim, inquit, benedicti patris mei poſſidete regnum, quod paratum eſt uobis à conſtitutione mundi. Quoniam quicquid feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Debent etiam ex contrario negligentiæ periculum cognoſcere, memores dicentis. Maledictus omnis qui facit opera Domini negligenter. Non enim regno ſolum eijciuntur, ſed & terribilē illam & horrendam Domini contra tales ſententiā expectant, qua dicet: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & angelis eius. Qui uero ad curam hanc & miniſteriū fratrum adſpirant, tantū inuenient diligentiæ lucrum, ac tantū negligentiæ iudiciū recipient, quantū laboris neceſſarium eſt ijs, qui miniſterij beneficio potiuntur ad hoc, ut dignos ſeſe appellatione fratrū Domini exhibeant, propter doctrinam Domini dicentis: Quiſquis enim fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis eſt, ille meus eſt frater, & ſoror & mater. Proinde qui uoluntatem Dei non totius ſibi uitæ ſcopū præfixit, ut uel in ſanitate dilectionis laborem, ſtudio operū Domini, uel in infirmitate conſtitutus: omnē tolerantiam & animi lenitatem cum gaudio oſtendat: periculoſe habet. Primū quidem & potiſſimū, quod à Domino & conſortio fratrū ipſius abalienatus eſt, propterea quòd uoluntatem Dei non faciens, ſeipſum abſcidit. Deinde, quod indignè participare audet de his quæ dignis parata ſunt. Quapropter & hic neceſſariū eſt meminiſſe Apoſtoli dicētis. Cooperantes aūt obſecramus etiā ne in uanū gratiā Dei recipiatis, ne qui in locū fratrum Domini uocati ſunt, talē Dei gratiā contumelia afficiant, necꝙ tantā dignitatē per uoluntatis diuinæ negligentiā prodāt, ſed obtēperent potius Apoſtolo dicēti: Obſecro uos ego uinctus in Domino, ut dignè ambuletis uocatione qua uocati eſtis. D

An debeant in eodem oppido plures fratrum haberi conuictus.

CAPUT XXXV.

MEMBRORUM exēplum, quod accommodatur ad plurima, propoſitam nobis quæſtionē utiliter explanat. Nam ſuprà cōmemoratum eſt, corpori, quod bene & congruè ad omnē membrorum energiam compactū eſſe debeat, neceſſariū eſſe, ut oculos habeat, & linguam, & ſi qua alia neceſſaria ſunt & principaliora membra: Eſt aūt moleſtū & inuentu difficile, animā eſſe poſſe pluribus præditam oculis. Si enim perfectio & ſeueritas huius inſtituti talem exigit præpoſitum, qui & prouidus ſit, & † ſermonis facultate ſufficienter inſtructus, deinde & ſobrius & paterno affectu præditus, cordeꝙ perfecto iuſtificationes Dei quærens, quomodo poſſibile eſt in eodem oppido pluribus ad hunc modum comparatis potiri? Si uero contingat etiam ut aliquando reperiantur duo aut tres, quod non adeò facile uſuuenit, nec unquam accidiſſe nouimus, multo ſatius eſt ut communicata inter ſe cura, laborem releuent, utpote ſi alter peregrè abſit, aut aliâs occupetur, uel caſus quidam accidat, quo contingat unum illorū à fratribus ſecedere, alter ſolaminis uice deſerto gregi eſſe poſſit: uel ſi hoc nō ſit, melius eſt, ut alter ad aliud fratrum contubernium ſeſe recipiat, duce deſtitutum. Poterit autem nobis hac in re & externarum rerum experientia plurimum commodare. Quemadmodum enim qui eiuſdem ſunt artificij, æmulationis inter ſe ſtudio tenentur, ipſo artificio clanculum contentionem generante, ita & in iſtius uitæ propoſito plerunque accidere ſolet. Mox enim atque cœperint ad honeſti ſpeciem contendere & ſatagere, ut

† al. rationis

A re, ut alij alios ſuperent uel in Xenodochijs uel in augendo numero religioſorũ, aut in alijs quibuſdam huiuſmodi operibus progredientes: ſtatim incidunt in con certationes. Adhæc, peregrinis fratribus multum hæſitationis & moleſtiæ loco refocillationis adferetur, dum cogitationibus in utranque partem diuiſis, dubita/ bunt ad quos diuertant. Vtros enim præferent, rem ingratam facient neglectis, utriſque uero ſatisfacere, impoſſibile erit: maximè ſi ad abſoluendam profectio/ nem fuerint properantiores. Eos uero, qui iam primum conuictum fratrum ex/ petent plurimum anxios reddet: quos debeant uitæ ſuæ præpoſitos eligere, & planè utros elegerint, reliquos reprobare. Statim igitur ab initio per animi elati onem lædentur, ut non ad diſciplinam ſeſe conforment, ſed magis ad iudicandum & probandum fratrum contubernia adſuefaciant. Cum igitur nihil certi & indu bitati commodi habeat, ſi in eodem oppido diuiſa ſint fratrum contubernia, ha/ beat autem tanta incommoda, nullo pacto proderit eſſe à ſe inuicem ſeparata.

Quòd ſi iam quædam ita fuerint, ad correctionem urgenda ſunt, maximè poſt experimenta incommodorum. Si uero cœpto inhæſerint aperta erit contentio. Si autem quiſquam uidetur eſſe contentioſus, inquit Apoſtolus, nos eiuſmodi cõ ſuetudinem non habemus, neque Eccleſiæ Dei. Quid enim prætexent, quo mi nus in unum corpus coniungantur? An uictus neceſſitatem? At ille parabilior erit, ſi communicationem admittant, ubi una lucerna, & unus focus, & omnia hu iuſmodi, omnibus ſufficere poterunt. Oportet enim, ſi quid aliud, & harum re rum facilitatem perſequi, & quouis modo neceſſariorum comparationem quàm minime ſumptuoſam inſtituere. Præterea accedit & hoc quòd diuiſis fratrum cõ B tubernijs, pluribus opus erit qui externè neceſſaria fratribus adferant, coniunctis uero dimidium illorum huic muneri ſufficiet. Quàm uero ſit difficile ſortiri talem uirum, quem non pudeat nominis Chriſti, ſed dignam ducat illius promiſſionem cuius nomine ad exteros peregrè res fratrum curaturus abeat, notum uobis eſt, etiam ſi ego non admoneam. Deinde quomodo poterunt in cœnobio uiuente ædificare & inſtituere, qui in iſto diſſidio perſeuerant? aut ſi opus ſit ad pacem il los reducentes, aut ad alia Domini mandata ſeruanda admonentes, dum prauas contra ſeipſos ſuſpiciones alunt, in eo quod alijs coadunari nolunt? Cum audia mus Apoſtolum dicentem Philippenſibus: Implete gaudium meum, ut idem ſen tiatis, charitatem eandem habentes, unanimes, unum affectantes, nihil ſecundum contentionem aut inanem gloriam, ſed per animi humilitatem alius alium ſuperi orem iudicantes, non quæ ſua ſunt quiſque ſpectantes ſed quæ ſunt aliorum.

Quod igitur maius eſſe poterit humilis & modeſti animi argumentum, quàm ſi qui fratribus præpoſiti ſunt alius alij ſubijciatur. Siue enim in donis ſpiritali bus pares fuerint, pulchrius ac melius erit mutuam operam coniungere, quemad modum & Dominus nobis oſtendit ubi binos ac binos amandauit, & alter alteri prorſus malet cum gaudio ſubijci, memor Domini dicentis, qui ſeipſum humiliat exaltabitur. Siue minor fuerit alter, altero præcellente, utilius erit ut imbecillior iungatur ualentiori. Alioqui quomodo non erit aperta inobedientia contra man datum Apoſtoli dicentis, non quæ ſua ſunt ſinguli quærentes, ſed quæ ſunt alio rum? Arbitror enim hoc in ſeparatione præſtari non poſſe, dum unumquodque fratrum contubernium eorum ſibi curam uindicat propriam, quos habet coniun

ctos,aliorũ uero alienã à ſe ducit,id quod, ut dixi, apertè reluctatur Apoſtolico C
præcepto,& ſanctis quoque,quorum teſtimonium in actis habemus,ubi ſcriptũ eſt, nunc quidem, quod multitudini credentium fuerit cor unum & anima una: nunc uero,quod omnes qui crediderant fuerint coniuncti, & habuerint omnia cõmunia. Vnde manifeſtum eſt, quòd nihil prorſus diſſidij inter omnes eos fuerit, nec quiſquam propria poteſtate uſus ſit, ſed uni omnes & eidem curæ ſubiecti & concrediti fuerint, idq́; per uniuerſam quinque millia credentium multitudinem, in quibus forſan nõ pauca erant quæ humano iudicio coniunctionem tantæ multitudinis impedire uiderentur. Quoniam autem tanto minores ſunt numero qui in ſingulis oppidis reperiuntur fratres, quænam ratio permittet illos à ſe inuicem eſſe ſeparatos? Vtinam autem poſſibile ſit, non ſolum in eodem oppido conſtitutos in unum coniungi,ſed & plura fratrum contubernia, diuerſis locis conſtituta,ſub unã eorũ curã redigi, qui abſque ulla animi in aliquã partẽ propenſione,omnia ſapienter, in unitate ſpiritus & uinculo pacis moderari ac regere poſſent.

De ijs qui à fratrum contubernio recedunt.

CAPVT XXXVI PORRO qui ſemel id profeſſi ſunt, quòd uelint inter ſe coniuncti conuiuere, non poterunt amplius temere ab eo fratrum conuictu recedere, propterea quòd duas oportet eſſe rationes, quarum gratia quod ſemel placuit mutetur, utpote, uel quod maximum ſit perſiſtere in eo conuictu: uel quod inconſtans ſit animus eius qui propoſitum immutat. Itaque qui ob eam cauſam à fratribus auellitur, quòd putet ſibi detrimento eſſe, ſi apud eos maneat,cauſam hanc apud ſe non abſcondat,ſed arguat id detrimenti,modo à Domino tradito,ubi dicit: Si peccauerit in te frater tuus, uade, argue ipſum inter te & ipſum ſolum, & quæ ſequuntur. D
Quòd ſi ab illo quod deſiderabatur emendatum fuerit, hac ratione & fratres lucratus eſt, & conuictum illorum ab ignominia liberauit. Si uero illos in malo perdurare & emendationem recuſare uiderit, cauſam hanc deferat ad eos qui de talibus ſufficienter cognoſcere poterunt & tum demum ubi à plurium conteſtatione fuerint admoniti,ab illis recedat.. Recedet autem hoc pacto iam non à fratribus, ſed ab alienis. Nam eum qui in malo perſeuerat,ethnico Dominus & publicano comparat. Sit enim tibi talis, inquit,uelut ethnicus & publicanus. Si uero propria quiſquam animi leuitate à fratrum conuictu reſilierit, ſuam ipſe infirmitatem curet, aut ſi id nolit ſuſtinere, à nullo fratrum contubernio recipiatur. Si uero quiſquam alio propter aliquod Domini præceptum trahitur,non ſeparantur tales,ſed diſpenſationem adimplent. Aliam autem ſecedendi à fratribus rationem, pietatis doctrina non admittit. Primum quidem,quòd inde nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti,in quo fratres congregantur,ignominia afficitur: Deinde quòd nullius temere recedentis conſcientia apud reliquos excuſari poteſt, ſed ſuſpicionem inter ſe ortam fouebunt. Hoc autem manifeſtè repugnat præcepto Domini dicentis. Si obtuleris munus tuũ ad altare, & ibi recordatus fueris quòd frater tuus habet aliquid aduerſum te,relinque ibi munus tuũ, coram altari,& uade prius reconciliari fratri tuo,& tunc reuerſus offer munus tuum.

An operandum ſit fratribus,& an prætextu precandi & pſallendi negligendum ſit operandi ſtudium, & quibus temporum articulis ſit precandum.

A CVM Dominus noſter Ieſus Chriſtus, dignum cibo non ſimpliciter ac temere quemuis eſſe dicat, ſed eum qui operatur: & Apoſtolus præcipiat ut laboremus & operemur proprijs manibus, quod bonum eſt, ut habeamus quod demus neceſſitatem patienti, manifeſtum eſt, quod ſtudióſe ſit operandum. Non enim putandum eſt, pietatis ac religionis propoſitum, otij eſſe prætextum & laboris fugam, ſed magis certaminis, & maiorum laborum, ac patientiæ in tribulationibus materiam, ut & nos dicere queamus, in labore & moleſtia, in uigilijs abundantius in fame ac ſiti, cum non ſolum macerandi corporis gratia utilis nobis ſit talis uiuendi regula, ſed & ad diligendum proximum, ut infirmis etiam fratribus Deus quæ neceſſaria ſunt per nos ſubminiſtret, iuxta formam nobis ab Apoſtolo in Actis traditam, ubi dicit. Omnia uobis oſtendi quod ad eum modum laborantes oportet ſuſcipere infirmos. Et iterum ut habeatis unde detis neceſſitatem patienti, ut mereamur audire: Venite benedicti patris mei, poſſidete regnum paratum uobis ab exordio mundi. Eſuriui enim & dediſtis mihi cibum. Quid attinet autem dicere quantum ſit otij & ignauiæ malum? Cum Apoſtolus apertè denunciet ac dicat. Qui non laborat, non manducet: ut itaque neceſſarius eſt omnibus quotidianus cibus, ita neceſſarium pariter eſt, ut pro ſua quiſque facultate operetur. Non enim fruſtra Salomon encomij uice ſcripſit: Panem otioſa nõ comedit. Et iterum de ſe ipſo Apoſtolus. Quoniam neque gratis panem comedimus apud quenquam, ſed in labore & moleſtia, noctes ac dies operantes, quanquam poteſtatem haberet, ut Euangelium annuntians, de Euangelio quoque uiueret. Et Dominus pigritiem malitiæ coniunxit, dicens: Serue male ac piger.

B Sed & Salomon non ſolum operantem, ut ſuprà commemoratum eſt, laudat; ſed & pigrum & ignauum arguens ad minutiſſima animalcula mittit, dicens: Accede formicam ô piger. Formidandum itaque eſt, ne quando nobis & hoc in iudicij die obijciatur, repetaturq; à nobis opus quod datæ facultati reſpondeat, ab eo, qui operandi nobis facultatem dedit. Nam cui multum commiſerunt, ab eo multum quoque exigent. Quoniam uero ſunt, qui operandi ſtudium prætextu precum & pſalmodiæ detrectant, ſciendum eſt, quòd in alijs quidem nonnullis rebus, unicuique ſuum eſt tempus proprium & peculiare, iuxta Eccleſiaſten, qui dixit, unaquæq; res tempus ſuum habet: ad precandum uero & pſallendum, quemadmodum & ad quædam alia quoduis tempus accommodum eſt, ita ut interea dum manus ad operandum mouentur, etiam lingua quandoque ſi fieri poteſt, quod ſanè utilius eſſet ad fidei ædificationem, ſin minus, uel corde ſaltem, in pſalmis, hymnis, & odis ſpiritalibus ſicut ſcriptum eſt laudetur Deus, & precationes inter operandum abſoluantur, ut hoc pacto & gratias agamus ei qui & manibus operandi facultatem, & menti ſapientiam, ad percipiendam operandi ſcientiam, & materiam largitus eſt, cum eam quæ eſt inſtrumentorum, tum in quam ſeſe extendunt artificia, quibuſcunque tandem operemur: deinde & precabimur, ut opera manuum noſtrarum ad beneplaciti ſui ſcopum dirigat. Ita etiam cauebimus ne ſenſus noſtri aliò uagabundi oberrent, quando in uno quoque opere ſucceſſum operandi à Deo petemus, & gratias agemus, quòd operandi facultatem dedit, & beneplaciti ipſius finem operantes ſicut ſcriptum eſt ſpectabimus: Alioqui

niſi iſta ad hunc modum perficiantur, quomodo conſona erunt inter ſe, quæ ab Apoſtolo ſunt dicta, utpote, quod dicit, ſine intermiſſione precemini: & alibi, noctes atque dies operantes? Non tamen huius gratia, quod quouis tempore gratiarum actio nobis & lege præcepta, & uitæ noſtræ † cum ſecundum naturam tum quòd doctrinam pietatis concernit neceſſario competere declarata eſt, ſtata inter fratres precandi tempora contemnenda ſunt, quæ neceſſariò elegimus, quod ſingula nos ſingulorum beneficiorum Dei admoneant. Diluculum, ut primi animæ ac mentis noſtræ motus, Deo offerantur, & nihil prius in noſtram curam recipiatur, quàm animus noſter de Deo cogitando, exhilaretur, ſicut ſcriptum eſt. Memor fui Dei, & exhilaratus ſum, neque corpus ad operandum moueatur antequã fiat quod dictum eſt. Quoniam ad te precabor Domine. Mane exaudies uocẽ meam. Mane adſtabo tibi.

† Suſpicor legendum, cum animo tum uerbis.

Rurſus, ut circa tertiam horam diei ad precandum excitentùr & congregentur fratres, etiam ſi alius ad alia opera à ſe ſint inuicem ſeparati, ut admoniti doni ſpiritus, quod circa tertiam diei horam Apoſtolis eſt datum, omnes unanimiter Dominum adorent, ut & ipſi digni reddantur ad ſuſcipiendam ſanctificationem, & petant ipſius ductum & doctrinam ad ea quæ ſunt ſalutaria, iuxta eum qui dixit, cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in intimis meis. Ne proijcias me à facie tua, & ſpiritum tuum ſanctum ne auferas à me. Redde mihi lætitiam ſalutis tuæ, & ſpiritu principali confirma me. Et alibi. Spiritus tuus bonus ducat me in terram rectam. Deinde iterum operandi ſtudio incumbant. Et ſi longius alicubi propter operum uel locorum naturam ac ſitum agentes diſtineantur, neceſſe eſt, ut eo loci ſingula quæ fratribus in communĩ decreta ſunt, abſq; ulla hæſitatione adimpleant. Vbi nanq; duo uel tres, inquit Chriſtus, in nomine meo cõgregati fuerint, ibi ſum ego in medio illorum. Sexta uero hora precationem duximus eſſe neceſſariam, ad imitationem ſanctorum, qui dicunt, ueſpere & mane & meridie narrabo & annuntiabo, & exaudiet uocem meam. Et ut liberemur ab incurſu & dæmonio meridiano, ſimul dicatur Pſalmus nonageſimus. Nona autem ab ipſis Apoſtolis in Actis neceſſaria nobis ad precandum tradita eſt, in quibus ſcribitur, quod Petrus & Ioannes ad templum aſcenderint ad horam precationis nonam. Circa finẽ uero diei neceſſaria eſt ut de ijs quæ illo nobis die data ſunt aut acquiſita gratias agamus, & ſi quid ſit actum remiſſius, ſiue delictum aliquod uel uoluntarium uel contra animi ſententiam, aut etiam ab imprudentibus, aut in uerbis uel factis, uel etiam in corde, ſit cõmiſſum, pro omnium remiſſione precantes Deum placemus. Plurimum enim prodeſt præterita conſiderare, ne talia denuò committamus. Quapropter & dicit. Quæ dicitis in cordibus ueſtris eorum gratia & in cubilibus ueſtris compungamini. Ad hæc ſub noctis initium precandum eſt ut inoffenſe, ſine phantaſijs quieſcere detur, dicto iterum neceſſario etiã hac hora Pſalmo nonageſimo. Noctis autẽ medium ad precandum nobis tradiderũt Paulus & Silas quemadmodũ Actorũ hiſtoria indicat dicens. Circa mediũ autẽ noctis, Paulus & Silas laudabant Deum. Et Pſaltes, cũ dicit: Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi, propter iudicia iuſtitiæ tuæ. Pręterea oportet & ipſum diluculum ſurgendo ad precandũ præuenire, ne in ſomno & cubili ab ingruente die deprehendamur, iuxta eũ qui dixit. Præuenerunt oculi mei diluculum, ut meditarer in elo-

A in eloquijs tuis. Horũ temporũ nullum eſt negligendũ ab illis qui diligenti cuſtodia uitã ſuam ad gloriam Dei & Chriſti ipſius inſtituere propoſuerunt. Arbitror aũt profuturũ, ut in horarũ iſtarũ obſeruãtia, differẽtia ſeruetur & uarietas precũ & Pſalmorũ, propterea quòd plerunq; in æqualitate animus torpet, & uagando fluctuat: in alteratione uero & uarietate pſalmodiæ & ſermonis qui ſingulis horis habendus eſt, & deſiderũ illius & uigilantia excitatur ac renouatur.

Poſteaquã præterito ſermone ſatis declaratũ eſt, quòd abſq; ulla recuſatione neceſſario ſit & precandũ & operandũ, cõſequens erit, ut inſtruamur quæ nam artificia profeſſioni noſtræ congruant. CAPVT XXXVIII.

SINGVLATIM quædã artificia præſcribere, non eſt facile, propterea quòd apud alios alia, iuxta negotiationũ cuiuſq; loci cõmoditatem requiruntur. Poteſt illorum electio quædam generali ſermone determinari, utpote quod nobis conueniant quæcunq; uitæ noſtræ ſtatũ pacatum ac tranquillum retinent, nec multo negotio ad comparandam congruam materiã opus habent, neq; multũ efflagitant moleſtiæ ad diſtrahendum ea quæ parantur, & quæ nobis nullum uirorũ aut mulierum indecorũ conuictum conciliant. Eſt autẽ peculiariter nobis hoc ſpectandũ ut frugalitatem ac utilitatẽ ſeruemus: cauẽtes ne ſtultis ac noxijs mundi deſiderijs ſeruiamus, operando quæ ab illis affectãtur. uidelicet, in textrina, operi noſtro admittere debemus quòd iuxta uitæ conſuetudinẽ negotiationi ſeruit, non quod ad prædam ac laqueos adoleſcentum ab impuris ac laſciuis excogitatur. Similiter & in ſutoria ijs eſt per eam artẽ ſeruiendum, qui ad uſum neceſſaria requirunt. Artes uero architectorum, fabrorũ, ærariorum, & agriculturæ, licet in ſeipſis neceſſariæ
B ſint humanæ uitæ, & multũ adferant utilitatis, & propria ipſarum ratione à nobis non ſint reijciendæ, ſi tamen uel turbas nobis quandoq; generare, aut fratrum coadunationem conuellere inueniantur, tum illas neceſſariò uitabimus, præferentes eas, quæ indiuulſam nobis & Domino deditam uitam conſeruant, & neq; à pſallendi & precandi opportunitate, nec à reliquo diſciplinæ ſtatu pietatis ſtudio incumbentes abſtrahant. Alioqui, ſi nihil damni adferant primario uitæ noſtræ propoſito, multis alijs ſunt præferendæ, maximè agricultura, quæ de ſuo quæ neceſſaria ſunt adminiſtrat, & agricolas moleſtia liberat circà multa oberrandi, ac ſurſum deorſum curſitandi, modò ſi, quemadmodum diximus, nihil uel à uicinis uel domeſticis turbatum ac tumultuationis pariat.

Quomodo diſtrahenda ſint quæ fratres operantur & quo pacto ſit peregrè proficiſcendum. CAPVT XXXIX.

CAVENDũ aũt eſt ne opera fratrũ longius aliquo uænũ exponantur, neue ipſi uendendi gratia in publicũ procedant. Honeſtius enĩ eſt, ut uno in loco agant, & utilius quoq; ad mutuam ædificationẽ, & diligentem quotidianæ diſciplinæ cuſtodiam, ita ut ſatius ſit aliquid de iuſto precio demere, quàm modici lucri gratia extra regionis fines proficiſci. Si uero id fieri non poſſe ipſa docuerit experientia, eligenda ſunt loca & urbes uirorum piorum, ne infrugiferam profectionem inſtituamus, & curandum, ut plures fratres ad demonſtratas panegyres una proficiſcantur, quorum quiſque quæ operatus eſt ipſe portet, deinde ut communem quidem aliorum comitatum fugiant, ut id itineris liceat cum Pſalmis & precationibus ac reliqua in alijs ædificatione conficere, in ipſo uero loco, quo proficiſcendum

eſt,cõſtituti eadem eligant diuerſoria,ut ſe inuicem obſeruare & nullum precandi tempus,ſiue diurnũ ſiue nocturnum negligere, deinde & auarorum,cũ quibus æ-grè diſtrahendo conuenitur,& fraudatorum congreſſus uitare queant,quòd ſanè cum minore detrimento fieri poteſt, ſi cũ multis quis, quàm ſi ſolus ſit,fugiunt e-nim multorum teſtimonium,etiam qui alioqui ſunt iniquiſſimi. C

An liceat in Synodis Chriſtianorum negotiari.

CAPVT XL. EAS uero nundinas quæ in Martyrum memorijs habentur, nobis non com-petere,doctrina pietatis oſtendit. Non enim decet Chriſtianos ob aliam cauſam, in martyrum memorijs,aut locis uicinis comparere, quàm ut precentur,& per re-cordationem ſanctorum quàm illi ſcilicet pro pietate ad mortem uſqꝫ conſtantes fuerint, ad huiuſmodi zeli imitationem incitentur, memores horrendiſſimæ iræ Domini,qua licet & ſemper & ubiqꝫ mitis & humilis corde exiſtat, ſicut ſcriptum eſt: in ſolos tamen circa templum uendentes & ementes flagellum uibrauit,pro-pterea quòd nundinatio illa domum precationis mutet in ſpeluncam latronum. Quòd autem cæteri conſuetudinem quę apud ſanctos obtinuit iam corruperunt, & pro eo,quod alius pro alio precari,& cum multis adorare & implorare Deum, & propter peccata quidem placare ,propter beneficia uero illi gratias agere, dein-de & per ſermonem adhortationis, quòd etiamnum noſtra memoria fieri noui-mus,mutuo ædificare deberent nundinas & panegyrim, publicumqꝫ emporium ex martyrum tempore & loco faciunt, non ideo & nobis competit ut illos ſequa-mur,& iſta abſurda noſtro commertio confirmemus, ſed magis ut imitemur eas ſynodos,quæ in Euangelijs circa Dominum noſtrum factæ ſcribuntur, & adim-pleamus quæ ab Apoſtolo conſimili formæ congrua præcepta ſunt. Scribit au- D tem ad hunc modum. Quando conuenitis in unum, quiſque ueſtrum Pſalmum habet, doctrinam habet, reuelationem habet, linguam habet, interpretationem habet,omnia ad ædificationem fiant.

De poteſtate & obedientia.

CAPVT XLI. IN ipſis autem conceſſis artificijs permittendum non eſt,ut quiſque quod ſibi placuerit diſcat,ſed ad quod probatus fuerit appoſitus. Nam qui ſeipſum abne-gauit, & uniuerſæ ſuæ uoluntati renuntiauit, non quòd ipſe uult, ſed quòd doce-tur facit. Neque etiam quod bonum eſt & utile, congruum eſt eligere eum ex ſei-pſo,qui ſemel ſui diſpenſationem & moderationem alijs concredidit,quorum eſt, ut ad ipſum ordinent, ad quod cognouerint in nomine Domini accommodum. Alioqui ſeipſum accuſat,qui proprio deſiderio quod faciat eligit. Primum quidẽ quod ſibijpſi adhuc placeat, deinde quòd uel mundi gloriam uel lucrum aliquod ſperet,aut aliud quidpiam tale ſpectet, cuius gratia id artificij quod eligit affectet, aut certe propter pigritiam ac ſegnitiem, quod facilius eſt præferat. Horum au-tem aliquid ſectari, indicium habet nondum liberatũ eſſe malitiæ affectibus. Ne-que ſeipſum abnegauit,qui proprijs affectibus ſatisfacere cupit:neqꝫ mundi dum negotijs renuntiauit,ſi lucrũ adhuc & gloriã ſectatur,nec membra ſua quæ ſunt ſu pra terrã mortificauit,qui operãdi laborẽ nõ ſuſtinet,ſed iudiciũ pertinacię contra ſeipſum prębet,ſuũ ipſius iudiciũ exactius eſſe ratus,quã quòd pluribus probat. Itaqꝫ ſi quis artẽ nouit quã publicũ fratrũ iudiciũ non cõdemnauit,ab illa nõ reſili-

at.Eſt

A at. Eſt enim animi inconſtantis & propoſiti non firmi contemnere præſentia. Si nullam nouit, nõ ſibi ipſe quam uult uſurpet, ſed quam potiores probauerint, ut in omnibus obtemperans ſit. Quemadmodum autem ſibi ipſi quid uis permittere indecorum eſſe oſtenſum eſt: ita nolle amplecti quod alij adiudicarunt, condemnatum eſt. Sed & ſi quis artem habeat, cuius uſus non placeat, fratribus illam animo prompto reſignet, oſtendens, quàm nihil eorum quæ in mundo ſunt cupidè affectet: propterea quòd propriarum cogitationum ſtudijs obſequi hominis ſit ſpe deſtituti, ſecundum ſermonem Apoſtoli: in omnibus uero morigerum eſſe, commendatione dignum, eodem Apoſtolo quoſdam laudante ac dicente, quoniam ſeipſos dederunt primum Deo, deinde & nobis per uoluntatem Dei. Oportet autem unumquenque proprio operi attendere, illudq́; cupidè curare, & ueluti Deo inſpectore, impigro ſtudio & cura attentiore inculpatè perficere, ut perpetuò cum fiducia poſſit dicere. Ecce ſicut oculi ſeruorum ad manus ſpectant dominorum ſuorum, ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, & non de alio ad aliud reſilire. Neque enim natura noſtra hoc habet, ut multis inſtitutis ſimul ſufficere poſſit, & utilius eſt unum aliquid diligenter ad finem perducere, quàm multa non perficienda attingere. Ad plura nanque diuiſum eſſe, & de alio ad aliud tranſire, præterquam quòd ad nullius operis abſolutionem facit, etiam morum leuitatem uel iam antea exiſtentem arguit, uel non exiſtentem generat. Quòd ſi aliquando neceſſe ſit, conueniet ut & alijs artificijs, qui ad id appoſitus eſt, ſuccurrat. Verum ne id quidem ex ſe ipſo, ſed ſi quando aduocetur, non quòd ad hoc uocetur, ut relicto ſuo opere aliud præcipuè obeat, ſed ex caſu
B aliquo, ut etiam in membris corporis noſtri fieri uidemus, quando manu ſuſtentamur pede claudicante. Rurſus, quemadmodum per ſeipſum irruere inutile eſt: ita imperatum non amplecti, reprehenſione dignum, ut nec pertinaciæ morbus nutriatur, nec obedientiæ & obtemperantiæ propoſitum deſtruatur. Cura uero inſtrumentorum utenſilium, præcipuè quidem uniuſcuiuſque operis artificem concernit, ut arti ſuæ deputata cuſtodiat: ſi uero contigerit aliquando ut aliquod illorum negligatur, tanquam commune omnium bonum, ab ijs competenter colligatur, quorum primum conſpectui obiectum fuerit. Licet enim uſus illorum ſit ſeparatus & quibuſdam peculiariter deputatus, utilitas tamen ipſorum communis eſt. Nam ſi quiſquam tanquam ad ſe nihil pertinentia aliarum artium inſtrumenta contempſerit, animi abalienati notam habebit. Neque tamen conuenit artifices inſtrumentorum ſuorum dominium ſibi ipſis uindicare, ita ut nolint illorum uſum præpoſito fratrum ad quancunque rem ille uelit permittere, uel ſibi ipſis id poteſtatis uſurpare, ut illa uel uendant uel commutent, aut alio quocunq; modo abijciant, uel alia ad ea quæ habentur acquirant. Qui enim ſemel decreuiſti, ne manuum quidem tuarum poteſtatem tibi ipſi reſeruare, ſed alterius iudicio moderandas concredidiſti, quomodo cum talis ſis, competentia tibi facies, ſi artis tuæ inſtrumenta poteſtati tuæ aſſeras, & dominij autoritate in illis utare?

Quo propoſito & quo affectu operandum ſit operarijs.

ILLVD ſanè ſciendum eſt, operarium in ſuo opere non hoc ſpectare debere, ut ſuiſipſius neceſſitatibus ſeruiat, ſed ut præceptum Domini adimpleat dicentis. Eſuriui & cibaſtis me, & quæ ſequuntur. Nam pro ſe ipſo ſolicitum eſſe CAPVT XLII.

omni-

omnibus eſt à Domino prohibitum, cum dicit. Ne ſoliciti ſitis pro anima ueſtra, C
quid manducetis, neque corpori ueſtro, quibus induamini, & ſubdit. Nam hæc omnia Gentes huius mundi requirunt. Proponendus igitur unicuique operandi ſcopus eſt, ut egenis ſuccurratur, non ut quiſque ſuam neceſſitatem curet. Hoc enim pacto & philautiæ uitium uitabitur, & charitatis fraternæ benedictio à Domino acquiretur, dicente: Quodcunque feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Nemo autem putet nos Apoſtoli ſermoni aduerſari, quo dicit ut operantes ſuum ipſorum panem manducent, hoc enim contra eos dictum eſt, qui inordinatè & otioſè conuerſabantur inter Chriſtianos, quod optabilius ſit unumquemque ſibi ipſi ſufficere quæ neceſſaria ſunt, & non grauare alios, quàm uitam in otio ac deſidia degere. Audimus enim, inquit, quoſdam ambulantes inordinatè inter uos, nihil operantes ſed curioſè agentes. Talibus igitur denuntiamus, admonentes ut cum ſilentio operantes ſuum ipſorum panem manducent. Et illud, Nocte autem ac die operantes, ne quenquam grauaremus, ad eundem ſenſum pertinet. Apoſtolus enim propter charitatem fraternam, ne locus eſſet inordinatis, laboribus ſe ipſum ſupra quàm in mandatis habebat, ultro ſubiecit. Eius uero, qui ad perfectionem adſpirat, eſt: ut noctes atq; dies operetur, ut habeat quod det neceſſitatem patienti. Alioqui qui in ſe ipſum, & in eum qui neceſſariorum ſubminiſtrationem ſibi concreditam habet, ſpem ſuam collocat & uel ſuam operandi induſtriam uel alterius cum quo operatur ad uitæ ſubſidium ſufficere putat, quatenus ſpem ſuam in hominem poſuit, periculum habet, ne maledictioni reddatur obnoxius, quæ dicit: Maledictus homo, qui ſpem habet in hominē, & corroborat carnem brachij ſui, & à Domino recedit anima eius: qui ſermo Prophetæ per hoc quod dicit, qui ſpem habet in hominem, uetat in alium quàm Deum ſperare: per hoc autē quod ſubdit, & corroboret carnē brachij ſui, prohibet ſibi ipſi confidere: utrunq; uero defectionē à Domino nominat, & quòd talis ſit uelut myrica in deſerto, & nō uiſurus ſit bona quando uentura ſunt, quibus declaratur, quòd ſpem uel in ſe ipſum uel alios ponere, ſit deficere à Domino. D

Quomodo operandū ſit ſufficienter nobis traditū eſt, niſi forſan aliquid iſtis addere rerū uſu doceamur. Quales aūt eſſe debeāt fratrū Prępoſiti, aut quomodo fratrū debeat moderari contuberniū, iam declarari petimus.

CAPVT XLIII. DICTVM quidem eſt in ſumma & de hac quoque parte, uerum quoniam quod rectè facitis, amplius illam declarari uultis, propterea quòd talem plerunq; oportet eſſe ſubiectionē, qualis eſt gubernatio & principatus, neceſſarium eſt nō obiter hac de re tractare. Præpoſitus itaque memor præcepti Apoſtoli, dicentis. Eſto forma fidelium, uitam ſuam ita inſtituat, ut conſpicuum ſit omnis mandati Dominici exemplar, nec ullam relinquat fratribus quos inſtituit occaſionem de præcepto Domini ſuſpicandi, quod uel impoſſibile ſit uel contemni poſſit. Principio igitur, quod eſt primarium, animi humilitatem ita debet in charitate Chriſti cuſtodire, ut etiam ſi ipſe taceat, operum exemplum quouis ſermone potentius ad doctrinam fratrū ſit expoſitū. Si nanq; Chriſtianiſmi hic eſt finis, ut Chriſtū pro mēſura incarnationis, iuxta quod cuiuſq; uocationi cōpetit, imitemur, qui moderationē plurimorū ſuſceperūt: infirmiores adhuc per ſuā mediationē iuxta imaginē Chriſti inſtruere & formare debent, ad exēplum beati Pauli dicentis. Imitatores mei

A mei eſtote,ſicut & ego Chriſti. Conuenit ergo illos præ alijs,traditam à Domino noſtro Ieſu Chriſto humilitatis menſuram ſeruantes, exactum illius fieri exemplar. Diſcite enim, inquit, à me, quoniam mitis ſum, & humilis corde. Manſuetudo itaque ingenij,& cordis humilitas, inſigne ſit præpoſiti. Nam ſi Dominus non erubuit miniſterium impendere ſeruis ſuis, ſed ſuſtinuit ſeruus fieri terræ,ac luti,quod ipſe finxit & in hominem formauit (Nam ego, inquit, ſum in medio ueſtri ſicut qui miniſtrat)quid nos facientes comparibus & æqualibus noſtris, imitationem illius nos aſſequi putabimus? Hoc itaque unum eſt, quod in ſe debet ad hunc modum exactè habere qui alijs præeſt. Deinde oportet eſſe miſericordem, ac leniter ferentem eos qui per inexperientiam aliquid eorum quæ ſe con cernunt non præſtant, non tamen ad delicta fratrum tacentem, ſed placidè tolerantem immorigeros, & remedia illis in omni miſericordia & moderatione admouentem, & gnarum ad inueniendum cuique morbo conuenientem medicandi modum, non per contumaciam obiurgantem ,ſed cum manſuetudine ſicut ſcriptum eſt, admonentem & inſtruentem, ſobrium ac uigilantem in præſentibus, prouidum erga futura, qui ualeat concertare cum firmioribus ,& imbecillium infirmitates portare, & omnia facere ac dicere, ut inſtruantur & ad perfectionem ducantur, quos ſub ſe collectos habet fratres, qui nō ſibi ipſi uſurpet poteſtatem in eos qui in alijs fratrum contubernijs ſunt præcipui, & qui ſufficiens ingenij ſui documentum de ſe in præterita uita dederit. Nam iſti, inquit,probentur primū, deinde miniſtrent, ſi ſint irreprehenſibiles. Ita & talis præficiatur fratribus, & ordinem uitæ illis & operum admenſurationem, iuxta quod cuique fuerit com B modum præſcribat.

Qui peregrè ſint amandandi, & quomodo reuerſi examinari debeant.

PEREGRE uero amandetur, qui proficiſci poteſt citra animę ſuæ detrimentum, & utiliter cum quibus agendum eſt,res commiſſas exequi.Quod ſi defuerit ad iſta appoſitus,ſatius eſt in rerum neceſſariarum penuria quanuis ad mortem uſque adflictionem & anguſtiam ferre, quàm corporalis ſolatij gratia confeſſam animæ noxam uilipendere:Multo enim mihi,inquit Apoſtolus, melius eſt mori, quàm ut gloriationem meam quiſquam inanem reddat,idq; in conceſſis ac licitis. Quanto igitur magis in ijs quæ ex præcepto ſunt obſeruanda? Quanquam ne hic quidem ſolatio & ope nos charitatis lex deſtituit. Nam ſi contigerit in uno fratrum contubernio nō haberi aliquē qui cōmode poſſit amandari,uicini quod deſideratur adimplebunt,dum cōmunes inter ſe & inſeparatas alij pro alijs profectiones obibunt fratres,ita ut ſiue animo ſiue corpore imbecilles ac debiles, tali communicatione cum fortioribus conſeruentur. Nam & hoc cui neceſſariorum cura commendata eſt, prouidebit: ne ſubitò dum neceſſitas urget propter temporis anguſtiam, nihil queat haberi ſolatij. Poſt regreſſum uero examinet Præpoſitus ex itinere reuerſum, quales fuerint rerum contractus, cum qualibus uiris negotium habuerit, quos ſermones miſcuerit, & quæ fuerint animi cogitationes,an quanuis diem ac noctem in timore Dei tranſegerit: an metu externarum calamitatum perculſus, aut propria ſocordia diſſolutus: decretorum aliquid peruerterit. Et ſi quid recte adminiſtratum ſit approbando confirmet, ſi uero error quiſquam irrepſerit, cura & prudenti doctrina corrigatur. Ita quippe

CAPVT XLIIII.

& uigi

& uigilantiores erunt peregrè proficiſcentes fratres, propter ſolicitudinem redden C
dæ rationis,& nos uidebimur uitam eorum ne abſentium quidem negligere. Id autem conſuetudinis & ſanctis quoq; fuiſſe Actorum Apoſtolicorum hiſtoria tradit, docens nos, quomodo Petrus Ieroſolymam reuerſus Eccleſiæ illic conſtitutæ de Gentium communione ratioñe reddiderit, quomodo & Paulus ac Barnabas cum aduenißent & Eccleſiam congregâſſent, quæcunq; Deus eſſet cum ipſis operatus annuntiauerint. Et iterum. Conticuit autem omnis multitudo, inquit, & audiuerunt Barnabam & Paulum exponentes quæ per ipſos effecerat Deus. Hoc aūt ſciendum eſt, quod quæſtuoſa cōmercia omnibus modis fugiēda ſint fratribus.

Opus eſſe poſt præpoſitum & alio quodam qui in illius abſentia aut occupatione fratribus præeſſe ualeat.

CAPUT XLV. QUONIAM ſæpenumero accidit, aut per corporis infirmitatem, aut neceſſariam peregrinationem, uel alio quodam caſu, ut à fratribus abſit præpoſitus, ſit alter quiſquam qui per illius, & aliorum iudicio ualentium, probationem, ad hoc electus ſit, ut abſente illo curam fratrum in ſe recipiat, ut & præſentibus fratribus ab uno aliquo adminiſtretur adhortationis ſermo, & nō in abſentia præpoſiti democraticum quendam ſtatum arripiant fratres ad deſtructionem regulæ, & traditi ordinis, ſed quæ ad gloriam Dei diligenter ſunt decreta, cuſtodiant, deinde ut ſit qui & aduenientibus peregrinis prudenter reſpondeat, ut & ij qui ſermonem petunt ædificentur condignè pro ſuo propoſito, & contubernium fratrum nullo pudore ſuffundatur. Nam ſi ad loquendum ex æquo proſiliant omnes, & turbas dabit & diſſolutionis indicium, cum Apoſtolus ne eos quidem quibus data erant docendi chariſmata, plures ſimul loqui permiſerit, cum dicit: Si uero alij reuelatum quid fu D
erit, prior taceat, deinde & huiuſmodi confuſionis abſurditatem reprehenderit dicens. Si igitur in unum conueniat tota Eccleſia, & omnes loquantur linguis, ingrediantur autem indocti & increduli, non dicent uos inſanire? Quod ſi contingat, ut per ignorantiam alium quendam ex fratribus nonnulla interroget aduena, etiam ſi is qui † in faciē rogatur abunde habeat quod reſpondeat, tamen ut ordo ſeruetur, ipſe ſileat, & cum oſtendat, cui id commiſſum eſt officij, quemadmodum Apoſtoli erga Dominum fecerunt: ut ordine & honeſtè uſus ſermonis diſpenſetur. Si enim in curandis corporibus ægrotantium, non cuiuſuis eſt uel pharmaco uel ferro uti, ſed eius qui artem eam & longo iam temporis uſu, & experientia, & operū exercitio, & doctrina eorum qui illius ſunt gnari, probè nouit, quomodo non abſurdum eſt ſi cuiuis ad eam curam quæ ſermonis eſt, proſilire liceat, in qua uel minimus neglectus plurimum adfert detrimenti? Apud quos enim ne panis quidē diſpenſatio, quibuſuis eſt libera, ſed uni cuidam ad hoc muneris cū iudicio delecto conuenit, quomodo non multo amplius ſpiritalem alimoniam cū delectu & ſumma cautione, ab uno aliquo, eorum qui hac facultate ualent, petētibus adminiſtrari oportet? Non eſt itaq; uulgaris temeritatis rogatum de iudicio Dei adeò licenter ac temere reſpondendi uicem uſurpare, & non oſtendere eum, cui ſermonis eſt cōcreditum munus, qui ad hoc electus eſt, ut omnino fidelis & prudens ſit diſpenſator, ac det cibum ſpiritalem in tempore, ſermonemq; ſuum diſpenſet cū iudicio, ſicut ſcriptum eſt. Si uero fugerit aliquid eum, cui reſpondendi munus incumbit, alius autem id in promptu habuerit, non ſtatim ad reprehendendum proſiliat: ſed

† Vel præter officium ac decorum.

A ſed ſeorſum opem illi ſuam ſuggerat. Hinc enim inferioribus elationis occaſio contra potiores naſcitur. Itaq; etiam ſi quis utiliter & bene quidem, nõ autem ex officio reſpondeat, tanquam uiolati ordinis reus, corripiendus eſt.

Non eſſe uel fratrum uel propria peccata obſcondenda. CAP. XLVI.

QVODCVNQVE autem peccatum ad Præpoſitum referendum eſt, uel ab eo qui deliquit, uel ab ijs qui illius ſunt conſcij, ſi ipſi illud emendare nequeãt, iuxta quod à domino præceptum eſt. Malitia nanq; ſilentio tecta morbus eſt occultus in anima. Sicut igitur nemo dixerit beneficũ eſſe eum, qui quæ pernicioſa ſunt corpori includat, ſed magis qui per dolorem & moleſtiam in apertum illa protrahat, ut uel per uomitum eijciatur quod noxium eſt, uel omnino per patefactionẽ morbi cognitum reddatur quis ſit curandi modus, ita uidelicet peccatum abſcondere nihil eſt aliud quàm ægrotanti cooperari ad mortem. Stimulus enim, inquit, mortis eſt peccatum. Meliores aũt ſunt reprehẽſiones quę cum fiducia fiunt, quàm amicitia abſcondita. Neq; igitur alius alij ad occulendum peccatum opituletur, ne prò fraterno amore ſuccedat fratridiciũ, neq; ſuum ipſius quiſquã peccatũ abſcõdat. Nam qui ſeipſum, inquit, ſuapte opera nõ curat, frater eſt eius, qui ſeipſum pèrdit.

De ijs qui præſcripta Præpoſiti reſpuunt. CAP. XLVII.

SI quis ex fratribus quæ à Præpoſito ſunt inſtituta ac perpetrata reſpuit, oportet ut ſeorſum illi aperte cur id faciat reſpondeat, an firmã habeat iuxta ſenſum ſcripturarũ facti ſui rationem, uel certe in ſilentio quod præceptum eſt faciat. Si uero ipſe hoc præ pudore detrectauerit, alijs quibuſdam interuentoribus utatur, ut ſi quod præceptũ eſt ſcripturæ ſit contrariũ, & ipſe eripiat ſeipſum, & fratres quoq; B conſeruet illeſos. Si uero demonſtratum fuerit ſcripturæ & rationi eſſe conſonum, & ſeipſum ab inani & periculoſa hæſitatione liberet (nã qui hæſitat, inquit, ſi ueſcatur, condemnatus eſt, quia non ex fide id facit) & ſimplicioribus non dabit aliquam tergiuerſandi ac lapſus occaſionem. Melius eſt enim, inquit, dominus, ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & proijciatur in mare, quàm ut unum ex his paruulis offendat. Quòd ſi aliqui inobediẽtes eſſe pertexerint, occulte quidem reprehenſi, qua uero in re offendãtur pandere nolentes, tanquã qui & fratribus occaſionem obijciant hæſitãdi, & perſuaſionẽ obediẽtiæ, præceptis maiorũ præſtandæ, deſtruant, & detrectationẽ & inobedientiã doceant, è fratrũ contubernio eijciant. Nam eijce peſtẽ, inquit, è conſeſſu, & ſimul cum illa egredietur rixa. Et iterũ. Tollite eum qui malus eſt è medio ueſtri. Nam modicũ fermenti totã conſperſionẽ fermentat.

Non eſſe curioſe ueſtigandas Præpoſiti oeconomias, ſed attendendum proprio cuiq; operi. CAP. XLVIII.

NE in iſtum hæſitationis morbum quiſquam cum in ſuum ipſius tum & aliorum detrimentum facilè dilabatur, illud omnino ſeruandum eſt fratribus & initio ſtatim cauendum, ne quiſquam illorum Præpoſiti oeconomias curioſe ſcrutetur, & quæ ab illo fiunt temere inquirat, demptis illis qui Præpoſito gradu & prudentia uiciniores ſunt, quos etiam ille ad conſultationem ac dijudicationem rerum publicarum adſumere debet, obſequundans admonitioni eius qui dixit: Omnia cum conſilio facito. Si enim animarum illi noſtrarum diſpenſationem concredidimus, tanquam deo redditurо rationem, abſurdiſſimum omnino fuerit in leuiſſimis illi diffidere, & ſiniſtræ ſuſpicionis malo pectus illius implere, & fratribus huius occaſionẽ

generate. Quapropter ne huius quicquam accidat in quo quiſque uocatus eſt in eo permaneat, & totum eorum ſe curæ tradat quæ ſe concernunt, nec aliorum oeconomias curioſe ueſtiget, imitatus diſcipulos domini, quorũ nemo, licet res ipſa, quod uidelicet cum muliere Samaritide loqueretur dominus, ſuſpicionem aliquam mouere poterat, dicebat, quid quæris aut quid loqueris cum illa? C

De diſſidentibus ac rixoſis fratribus. CAP. XLIX.

DE diſceptantibus autem ac diſſidentibus fratribus ita ſtatuatur. Si quando de re quapiam inter nonnullos fratres non bene conuenerit, non debent illi contentioſe inter ſe diſceptare, ſed cauſam ſuam ad iudiciũ potiorum reijcere. Ne aũt turbetur ordo, ſi omnes, & ſemper, percontentur, néue contendendi & garriẽdi detur occaſio, oportet unum aliquem eſſe, cuius hac in re probata ſit facultas, aut ad cõmunẽ examinationẽ fratribus, de quibus diſceptatur, proponere, uel ad Prępoſitũ illa reijcere. Erit enim ad hunc modũ probabilior & grauior diſcuſſio eorũ de quibus eſt quęſtio. Si nanq; unicuiq; negotio ſcientia & experiẽtia neceſſaria eſt, multo magis in talibus, & ſi inſtrumentorũ uſum nemo ſanè facilè permiſerit operãdi imperitis, multo magis ſermonis uſum permittere oportet ijs, qui dicendi facultate prędit ſunt, qui & locum & tempus & modum iudicandarũ quæſtionũ æſtimare, & abſq; ulla contentione prudenter inter ſe conferre, & ſapienter audire, & diligenter obſeruare ualent, ut propoſitæ quæſtiones ad cõmunem fratrũ ædificationẽ ſoluantur.

Quomodo Præpoſitus corripere debeat delinquentes. CAP. L.

INCREPATIONIBUS quoq; Præpoſitus erga delinquentes non ex affectuum impetu utatur. Qui enim animo commoto & iracundo fratrem arguit, non illum peccato liberat, ſed ſeipſum delictis inuoluit. Quapropter dicit, in manſuetudine inſtruentem eos qui ſeſe opponunt. Nec debet acerbus quidem eſſe ſicubi ipſe contemnatur, comitatem uero ac placiditatem oſtendere erga delinquentem, ſi quando alium quempiam contemni uiderit, ſed tum amplius aliquanto iniuriam alijs illatam moleſtè ferre. Nam hoc pacto & philautiæ ſuſpicionem euadet, & documentum de ſe dabit, quod non peccatorem odiat, ſed peccatum deteſtetur, ſi iſtã inter ſe ipſum & alios differentiam ſeruauerit. Si uero indignandi differentiam non eam de qua loquor, ſed contrariam ſeruauerit, conſpicuum erit, quod nec propter deũ, nec propter delinquentis periculum, ſed propter ſtudiũ inanis gloriæ & ambitionis indignetur ac ſuccenſeat. Oportet enim, eũ qui de uiolata per præcepti tranſgreſſionẽ, gloria dei, zelũ quidem oſtẽdit, miſericordiã uero & affectum charitatis fraternæ erga ſalutem fratris in peccato periclitantis habet (nam anima, inquit, quæ peccauerit ipſa morietur) contra quodcunq; peccatũ, tanquam peccatum, commoueri, & ultionis ſeueritate animi declarare feruorem. D

Quo pacto emendandum ſit peccatum eius qui deliquit. CAP. LI.

EMENDATIONEM uero eorum qui carnalibus affectibus laborant ad medicinæ normam inſtituat Præpoſitus, non ira percitus erga infirmos, ſed cum morbo depugnans, & aduerſum ipſos corruptos affectus dimicans. Curet aũt, ſi opus ſit, per moleſtiorem uiuendi rationem animæ morbum. Vtpote, inanis gloriæ ſtudium per intentionem eorum exercitiorum quæ faciunt ad animi humilitatẽ, prauã garriendi conſuetudinem, per ſilentium, ſomnum immoderatũ, per precandi uigilantiam, corporis ſegnitiem, per laborandi ſedulitatem, immodeſtiam edendi, per

inediam

A inediam,murmurandi proteruiam per ſeparationẽ,ita ut nemo fratrẽ illi cooperari ſuſtineat,necꝗ opus ipſius aliorũ labori iungatur,ſicut ſupra dictum eſt,niſi per impudentiæ pœnitentiã ab eo morbo liberatus appareat, & tum demum opus quod murmurando fecerat,ſuſcipiatur,uerum ne ſic quidem ad ſubſidium fratrũ admittatur,ſed in alium uſum diſpẽſetur. Et horum ſufficiens ratio iam antea tradita eſt.

Quo animi affectu ſuſcipiendæ ſint canonicæ pœnæ. CAP. LII.

QVEMADMODVM Prępoſitum abſꝗ ullo affectuũ motu medelã infirmis applicare debere diximus,ita uiciſſim oportet eos qui curãtur, iniunctas pœnas nõ inimico animo ſuſcipere, nec tyrannidẽ æſtimare ad animæ ſalutẽ per cõmiſerationem impenſam curã. Turpe nanꝗ eſt eos qui corporibus ægrotant, tantũ habere fidei medicis,ut ſiue incidant illi ſiue urant,ſiue amaris pharmacis ſanent, pro benefactoribus eos habeant, nos uero non eodẽ præditos eſſe affectu erga eos qui animas noſtras curãt, ſi quando per laborioſam curandi rationẽ ſalutem noſtrã ſtudioſe procurãt,cum Apoſtolus dicat.Et quis eſt qui exhilarat me, niſi is qui triſtatur per me?Et iterum.Ecce enim hoc ipſum quod ſecundũ deũ contriſtati fuiſtis, quantum diligentiæ in uobis effecerit ac ſollicitudinis. Ad finem itaꝗ proſpiciẽtes benefactorem ducere conuenit eum,qui ſecundum deum nos contriſtat. τὰ ἐπιτίμια.

Quomodo qui pueros inſtituunt ad artificia, lapſus illorum corrigere debeant. CAP. LIII.

DEBENT quidẽ qui artificia docent quicquid contra ipſam artem à diſcipulis delinquitᷣ,ipſi arguere,& lapſus eiuſmodi corrigere,quæcunꝗ uero delicta, ingenij peruerſi crimen ac notã habent,utpote inobedientia, rebellio, pigritia ad laborandũ,otioſa garrulitas,mendaciũ,aut aliud eiuſmodi ex his quę uetita ſunt prijs,in talibus illos ad Ephorũ cõmunis ordinis ducant,ut arguantur,ut ab illo & menſura & modus curandorũ peccatorũ excogitari poſſit. Si enim increpatio medicina eſt animę, non eſt cuiuſuis increpare delinquentem,quemadmodum neꝗ curare ęgrotũ, niſi alicui ipſe Præpoſitus cum maiore cenſura id muneris commiſerit.

B

Prępoſitos debere inter ſe de ijs quæ ſe cõcernũt cõferre,& cõſultare. CAP. LIIII.

PROFVERIT aũt aliquando,ut, qui fratribus Præpoſiti ſunt, cętis temporibus & locis cõueniant & cõſideant,& ſi quid abſurdi acciderit, aut in moribus fratrũ ſit quod ægrè tractari ſuſtineat,& quomodo unũquemꝗ inſtituerint, in mediũ inter ſe conferant,ut hoc pacto ſi qua in re ab aliquo illorũ ſit erratũ, multorũ iudicio bona fide reueletur,& ſi quid rectè ſit factum plurium teſtimonio confirmetur.

An medicorũ opera uti non repugnet pietatis ſcopo. CAP. LV.

QVEMADMODVM unumquodꝗ artificiũ ad hoc nobis à deo cõceſſum eſt ac traditũ, ut naturæ imbecillitati ſuccurratur, utpote agricultura,quoniã quæ ſponte ex terra naſcuntur ad neceſſariorũ ſolatiũ nõ ſufficiunt.Texendi artificiũ quoniã tegumentorũ uſus cũ ad honeſtatẽ tũ contra inclementiã ac leſionẽ aëris neceſſarius eſt:Cõſimiliter & ædificãdi artificiũ.Ita & medica ars,quoniã morbidũ noſtrũ corpus uarijs leſionibus,quæ externè partim accidunt, partim internè à cibis cõciliantur,obnoxiũ eſt,& tam ſaturitate quàm defectu conficitur, ad typum curandæ animæ,ut quod ſuperfluũ eſt euacuetur,& quod defectũ habet per acceſſionis ſubminiſtrationẽ curetur,à deo nobis,uitam noſtrã moderante cõceſſa eſt. Quemadmodum enim ſi eſſemus in paradiſo uoluptatis, nullo agricolandi inuento ac labore opus haberemus,ita ſi nullis eſſemus paſſionibus, iuxta chariſma quod in hominis

erat opificio ante lapſum, obnoxij, nullā certe medēdi artē ad morborū ſolatiū de- C
ſideraremus. Verū quemadmodū poſtquàm paradiſo exules in hanc terram ueni
mus, & ſententiā hanc à deo audiuimus: in ſudore uultus tui ueſceris pane tuo, per
longam experientiā, propter acciſum terræ prouentū, agricolandi artem ad ſolatiū
moleſtiæ, quę eſt ex maledictione terræ, intellectū & cognitionē nobis eius artis lar
giente deo, inſtituimus: ita etiam poſteaquā iuſſi ſumus reuerti ad terrā de qua ſum
pti ſumus, & doloroſæ carni ad corruptionē propter peccatū condemnatæ coniun
cti, & ob eam cauſam paſſionibus iſtis ſubiecti, data eſt nobis etiā hic laborantibus
ex medendi arte refocillatio, quæ uel aliquouſq; nos recreet. Neq; enim ſponte ſua
ex tellure germinarunt herbæ, quæ cōtra quoſcunq; morbos accōmodæ eſſent, ſed
ex uoluntate opificis, ad noſtrā utilitatē productæ ſunt. Quę igitur in radicibus, flo
ribus, folijs ac ſucco eſt natura, aut quæcunq; in metallis, aut è mari ad curandā car
nem noſtrā appoſita reperiuntur, perinde habēt, atq; ea quæ ad edendū uel biben-
dum inuenta ſunt. Quod aūt exquiſitū, & curioſum eſt, & multū adfert negocij, ac
uniuerſam uitā noſtrā quaſi in carnis curā, peruertit, fugiendū eſt Chriſtianis. Sa-
tagendū quoq; eſt, ut hac arte, ſi quando illa opus eſt, ita utamur, ut non omnē illi
cauſam uel ſanitatis uel morborū adſcribamus, ſed ad gloriā dei, & formā curanda
rū animarū uſum illius ſuſcipiamus. Vbi uero deſunt medendi ſubſidia, nō omnē
ſpem ad ſolatiū triſtiū in hanc artem ponamus, ſed ſciamus deū aut non permiſſu-
rum ut ſupra quàm ferre queamus tentemur, aut quemadmodū aliquando domi-
nus, uel luto facto cæcum illinijt & lauare in Siloam iuſſit, uel ſola uoluntate conten
tus dixit, uolo, mundare, aliquos etiā cum morborū moleſtia certare permiſit, pro-
batiores eos per experientiam reddens: ita & nos aliquando inuiſibiliter in occulto D
contingit, ſi quando id animabus noſtris prodeſſe cognouerit, aliquando etiā cor-
poralibus remedijs ad curandas paſſiones noſtras uti dignatur, curandi prorogati
one diuturnā gratiæ ſuæ memoriam efficiens, uel formā quandam ut dixi, curanda
rum animarum proponens. Quemadmodū enim in curanda carne neceſſariū eſt,
ut uel tollatur quod alienū acceſſit, uel ſubminiſtretur quod deſideratur, ita & in cu
randa anima amoliendum eſt quod alienū, & adhibēdum, quod ſecundū naturam
illi conueniens eſt. Nam hominem deus rectum fecit, & condidit nos ad opera bo-
na, ut in illis ambularemus. Et quemadmodm in curandis corporibus inciſiones,
uſtiones & acerba pharmaca, ſanitatis gratia, toleramus, ita & in animarū cura, inci
ſiones reprehenſionum, & amara increpationum pharmaca, ut & illæ curentur, ad
mittere debemus, id quod indiſciplinatis opprobrat Propheticus ſermo, dicēs. An
reſina non eſt in Galaad? Aut non eſt ibi medicus? Cur igitur non eſt reſtituta ſani
tas filiæ populi mei? In morbis aūt diuturnis, ubi prolixis, doloroſis ſimul ac uarijs
remedijs tolerenda eſt medela, indiciū eſt, quod & animæ peccata per aſſiduā pre-
cem multiq; temporis pœnitentiā, & laborioſa cura, emendare nos oporteat. Non
igitur ideò debemus omnem medicæ artis utilitatem fugere, quòd quidam illa non
bene utuntur. Neq; enim ob id omnes recuſare debemus artes, quod quidam arte
coquendi, aut panes pinſendi, aut texendi, ad delicias abutuntur, qui uoluptates la-
ſciue ſectantur, & metam neceſſitatis excedunt, cum contrario modo per rectū ha-
rum artium uſum refellendum ſit quod iſti perperā agentes corrumpunt. Ad hunc
modum etiam in re medica non conuenit uſu peruerſo datam à deo gratiam tradu
cere. Nam proprię ſalutis ſpem in manus ponere medicorum irrationale eſt & ab-

ſurdum,

A ſurdum, quod miſeris quibuſdā accidere uidemus, qui medicos non uerentur ſuos etiam uocare ſaluatores: rurſus omnino illius reſpuere ſubſidia, contentioſum. Sed quemadmodum Ezechias maſſam ficorum non primā duxit ſanitatis ſuæ cauſam, neque curandi corporis rationem illi tribuit, ſed gloriæ dei, qui ficos condidit, gratiarum actionem obtulit: ita & nos, plagas à deo ſuſcipientes, qui bene & prudenter uitam noſtram moderatur, principio quidem inquiramus cognitionem rationis, ob quam nos flagellet, deinde & liberationem à doloribus, & patientiam, & præterea ut tentationi præbeat exitum, ut tolerantes eſſe poſſimus: datam uero medicandi gratiam, ſiue per oleum uino mixtum ut in eo qui inciderat in latrones, ſiue per ficos, ut in Ezechia, grato animo ſuſcipiamus, nec quicquam noſtra referat, an occulto modo curemur à deo, uel per remedia quædam corporea, que nobis ſæpenumero efficaciorem gratiæ domini ſenſum adferunt: ſæpenumero quoque, ubi diſciplinę gratia in morbos incidimus, id iudicij à domino in nos fertur ut pars quędam diſciplinæ ſit moleſtam curandi ferre rationem. Neq; inciſiones igitur, neque uſtiones, neque graueolentium ac moleſtorum pharmacorum dolores, nec inediam, nec exactam diætæ menſuram, nec abſtinentiam eorum quæ noxia ſunt, recuſari à nobis debere recta ratio dictat. Ita tamen quod rurſus dico, ut animæ iuuandæ ſcopus obſeruetur, quæ hic quaſi exemplo ad ſuam ipſius curam inſtituatur. Non eſt autem uulgare periculum, ne in id opinionis ſibi ipſi excidat animus, ut putet quemuis morbum medicę artis opus habere remedijs. Non enim quæuis infirmitates ex natura ſunt, aut ex inordinata diæta nobis uel alijs corporalibus cauſis accidunt, ad quas quidem curandas medicinam aliquando prodeſſe uidemus.

ἢ διὰ τῶ οἰνελαίυ.

B Nam ſæpe & peccatorū ſunt flagella infirmitates, ad hoc immiſſæ, ut ad reſipiſcentiam nos amplexandam impellant. Quem enim diligit dominus, caſtigat, inquit. Et ob eam cauſam multi ſunt inter uos imbecilles & infirmi, & dormiunt multi. Si enim nos ipſos iudicaſſemus, nō utiq; iudicaremur. Cum autem iudicamur à domino, erudimur, ne cum hoc mundo condemnemur. Tales igitur oportet animo pacato, relictis medendi rationibus, illata flagella tolerare, ſi quando cognouerimus noſtra delicta ſecundum eum qui dixit. Iram domini portabo, quoniam in illum peccaui, & emendationem oſtendere, per fructus pœnitentia dignos, ac domini recordari, dicentis. Ecce ſanus factus es, ne pecces poſthac amplius, ne quid tibi deterius contingat. Fit autem & iuxta poſtulationem Satanæ aliquando ut ueluti magnum agoniſtam ad certamen illi comittat benignus dominus, & inſolentiam illius per extremam ſeruorum ſuorum tolerantiam deijciat, quod in Iob factum eſſe dicimus, uel ad exemplum illis qui nihil ferre ſuſtinent moleſtiæ in medium adducantur à deo, qui ad mortem uſq; in triſtibus perdurare poſſunt, qualis erat Lazarus, qui cum talibus adobrutus eſſet ulceribus, nuſquam commemoratur, quod uel aliquid proximum petierit, uel præſentem calamitatem moleſto animo tulerit. Quapꝑter & in Abrahæ ſinu requie potitus eſt, ut qui mala in uita ſua tulerat. Inuenimus uero ut aliam quandam infirmitatum cauſam, quæ ſanctis contingat, ut patet in Apoſtolo. Etenim ne uideretur conditionem hnmanæ excedere naturæ, & ne quis ipſum ſingulare quiddam in naturali conſtitutione & excellens habere putaret, quemadmodū faciebāt Lycaones coronas ac tauros ad offerendū

adducentes ad euidens humanæ naturę argumentum abundè ſatis infirmitati erat C
obnoxius. Quid igitur utilitatis ex arte medica talibus obtingere poteſt? An non magis periculum eſt, ne à recta ratione ad corporis curam aberrent? Qui uero ex mala diæta ſibi ipſis infirmitatem conciliant, illis corporis medela quaſi quodam typo & exemplari animæ curandæ, ſicut antea dictum eſt, utendum eſt. Nam abſtinentia à noxijs ut illam medica ratio præſcribit & nobis utilis eſt. Delectus utilium, cuſtodia præceptorum, & ipſa quoque carnis ab infirmitate ad rectum illius habitum mutatio, ſolatium adferant, ne de animæ cura deſperemus, quaſi nequeat per reſipiſcentiam ex peccatis ad propriã redire incolumitatẽ. Nec eſt igitur prorſus fugienda ars medica, nec conuenit, ut ſpem omnem in illam collocemus: ſed quemadmodum agricultura quidem utimur, fructus uero, à deo petimus, & gubernatori clauum permittimus, interea tamen opem dei imploramus, ut è mari libere mur: ita etiam, ſi ratio id permittat, ut medicum acceſamus, non abhorreamus à ſperando illius ſubſidio. Mihi uero & ad continentiam non parum conducere uidetur ars medica. Video enim illã & delitias amputare & ſatietatem ac uarietatem uictus accuſare, ſuperfluumque condimentorum ſtudium, tanquam inutile reijcere, & in ſumma, indigentiam ſanitatis matrem uocare, ut & hoc nomine conſiliũ illius nobis non ſit inutile. Siue igitur medicis aliquando utamur præceptis, ſiue illa certis de cauſis, de quibus iam diximus, recuſemus, diuini beneplaciti propoſitum ſeruetur, & animæ quęratur utilitas, præceptumque Apoſtoli adimpleatur, quo dicit, ſiue igitur edatis, ſiue bibatis, ſiue aliud quid faciatis, omnia ad gloriam dei facite.

PROOEMIVM IN DEFINITONES contractiores. D

BENIGNVS deus, qui docet hominem ſcientiam, ijs quidem quibus docendi munus concreditum eſt, per Apoſtolum denuntiat, ut doctrinæ incumbant: eos uero, quibus opus eſt, ut ex diuinis doctrinis ædificentur, per Moſen admonet dicens. Interroga patrem tuum, & narrabit tibi, ſeniores tuos, & dicent tibi. Quapropter neceſſe eſt, ut quibus miniſteriũ ſermonis commiſſum eſt, quouis tempore ad inſtructionem animarum prompti ſimus, ac partim uniuerſam Eccleſiam publicè conteſtemur, partim unicuique eorũ qui nos accedunt, ſeorſum id poteſtatis faciamus, ut nos ad fidei ſanitatẽ, & ueritatem eius uitæ quæ ſit ſecundum Euangelium domini noſtri Ieſu Chriſti, obtinendam, de quibus uolet percontetur, ut ex utriſque homo dei ſolidè perficiatur, & nos nihil nobis permittamus quod ſit infrugiferum & otioſum, ſed præterquam quòd in publico diſcitis, etiam ſeorſum de utilibus interrogandi ſit poteſtas, & quicquid eſt otij in uita, ad ea quæ ſunt utilia bene collocemus. Itaque ſi huius gratia congregauit nos deus, & iam multum eſt quietis ab externis perturbationibus, nec ad aliud aliquod operandi ſtudium auertamur, nec ſomno iterum corpora noſtra permittamus, ſed in cura & inquiſitione neceſſariorũ, quod reliquum eſt noctis tranſigamus, adimplentes quod à Beato Dauide dictum eſt. In lege domini meditabitur die ac nocte.

BASILII

A BASILII MAGNI ARCHIEPISCOPI

CAESARIAE CAPPADOCIAE DEFINITIONES

uel Regulę, quas uocant, contractiores [redacted]

QVAESTIO PRIMA.

AN liceat, aut conducat, ut ſibi ipſi quiſquam permittat uel facere quæ bona putat, abſq; diuinarum ſcripturarum teſtimonio.

RESPONSIO.

CVM dominus noſter Ieſus Chriſtus de ſancto ſpiritu dicat. Non enim loquetur à ſeipſo, ſed quæcunq; audierit eadē loquetur. Et de ſeipſo. Non poteſt filius à ſeipſo facere quicq;. Et iterū. Ego ex me ipſo non ſum loquutus, ſed qui miſit me pater, ipſe mihi mandatū dedit, quid dicam & quid loquar. Et ſcio, quod mandatū ipſius eſt uita æterna. Quæ igitur loquor ego ſicut dixit mihi pater, ſic loquor, quisnam in eam euadet amentiā, ut aliquid ex ſeipſo uel cogitare tantū auſit, cū ductore ſpiritu ſancto ac bono opus habeat, ut & mente & ſermone & opere in uiam ueritatis dirigatur, & ut cæcus in tenebris agat, niſi potiatur ſole iuſtitiæ, ipſo domino noſtro Ieſu Chriſto, qui nos præceptis ſuis ueluti radijs illuminat. Præceptum enim, inquit, domini lucidū eſt, illuminans oculos. Quoniā aūt quæ inter nos uerſantur & aguntur, quædā ſunt per mandatū dei in ſacris ſcripturis definita & explicata, quædā uero non explicata: de ijs quidem, quæ ſcripto ſunt explicata nulla prorſus cuiquā in uniuerſum data eſt poteſtas, ut uel faciat aliquid eorū quæ uetita ſunt, uel omittat quicquam eorū quæ ſunt præcepta, cum dominus ſemel manda-
B uerit, ac dixerit: & cuſtodies uerbū quod ego tibi præcipio hodie, nec addes illi, nec tolles de ipſo quicquā. Nam terribilis quædā expectatio iudicij eſt, & zelus ignis, deuoraturi eos qui tale quid auſi ſunt. De illis uero, quæ explicata non ſunt, canonē nobis Apoſtolus Paulus poſuit dicēs. Omnia quidē mihi licent, ſed non omnia profunt: omnia mihi licent, ſed nō omnia ędificāt. Nemo quęrat quod ſuum eſt ipſius, ſed quiſq; quod eſt alterius. Omnino itaq; neceſſarium eſt ut deo ſubditi ſimus ſecundū ipſius præceptū. Scriptum enim eſt. Subditi eſtote alius alij in timore Chriſti. Et dominus dicit. Qui uult inter uos eſſe magnus, ſit omnium poſtremus & omnium ſeruus. Videlicet à propria uoluntate abalienatus, ad imitationē ipſius domini dicentis, deſcendi de cœlo, non ut faciam uoluntatem meam, ſed uoluntatem eius qui miſit me patris.

QVAEST. II.

Quid profeſſionis à ſe inuicem exigere debeant, qui in communi contubernio ſecundum deum conuiuere uolunt.

RESPONSIO.

ID ſcilicet, quod à Domino cuilibet accedenti præceptum eſt, ubi dixit. Siquis uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum, tollat crucē ſuam, & ſequatur me. Horū autem quæ ſit cuiuſq; uirtus, dictum eſt in ea quæſtione, qua idem tractatum eſt.

QVAESTIO. III.

Quomodo emendandus ſit, qui peccauit, Aut quomodo tractandus qui emendari non ſuſtinet.

RESPONSIO.

QVEMADMODVM à domino nobis præceptū eſt, dicente. Si peccauerit frater

 tuus,

tuus, uade, argue ipſum inter te & ipſum ſolũ. Si te audierit, lucratus es fratrẽ tuũ. C
Si uero nõ audierit, aſſume tecũ adhuc unum aut duos, ut in ore duorũ aut triũ teſtiũ, ſtet omne uerbũ. Si uero nec iſtos audierit, dic Eccleſiæ. Si aũt nec Eccleſiã audierit, ſit tibi tanq̃ ethnicus & publicanus. Hoc ſi fiat, ſufficiet ei, qui huiuſmodi eſt correptio iſta quæ fit à pluribus, dicente Apoſtolo. Argue, increpa, obſecra cum omni lenitate & doctrina. Et iterũ, Si uero quiſquam uerbo noſtro obedire noluerit, de hoc per Epiſtolã nobis ſignificate, & nihil commercij cum eo habete, ut pudore afficiatur.

QVAEST. IIII.

Quòd ſi quiſquam fratres etiam minutorũ erratorũ gratia premat, dicẽs pœnitendum uobis eſt, an is non ſit immiſericors, & charitatem diſſoluat.

RESPONSIO.

CVM dominus aſſeueret, quòd iota unũ, aut apex unus de lege non ſit præteriturus, donec omnia fiãt & ſimul pronũtiet, de omni uerbo otioſo, quod loquuti fuerint homines, reddendã eſſe in die iudicij rationẽ, nihil debet, quaſi minutũ, cõtemni. Qui nanq; rem aliquã contemnit, inquit, ab eadẽ ille uiciſſim contẽnetur. Præterea quis auſit aliquod peccatũ dicere minutũ, cum Apoſtolus decernat ac dicat. Per transgreſſionẽ legis deũ dehoneſtas? Deinde, ſi ſtimulus mortis eſt peccatum, non hoc aut illud, ſed indefinitè quodcunq; peccatũ, immiſericors eſt qui tacet non qui corripit, quemadmodũ is qui uenenũ ei non eximit qui à peſtifera beſtia percuſſus eſt, immiſericors eſt, nõ is qui eximit. Et is ipſe eſt qui charitatẽ diſſoluit. Scriptum enim eſt, qui parcit uirgæ, odit filiũ ſuum. Qui uero diligit, diligenter illum caſtigat.

QVAESTIO V.

Quomodo pœnitendum ſit de uno quoq; peccato, & qui ſint oſtendendi D
fructus pœnitentia digni.

RESPONSIO.

INDVENDVS eſt affectus eius qui dixit. Iniquitatẽ odio habui & abominatus ſum, & facienda quæ ſunt in ſexto pſalmo, & multis alijs, dicta, & quæ ab Apoſtolo ſunt, ijs qui ſecundum deum, alterius gratia qui deliquerat, contriſtati erant, teſtificata. Nam ecce, inquit, quod ſecundum deum contriſtati eſtis, quantam uobis peperit ſolicitudinẽ, imò ſatisfactionẽ, imò indignitionẽ imò deſiderium, imò uindictam. In omnibus commendãſtis uos ipſos, quòd puri ſitis in eo negotio. Deinde quod priſtino delicto contrarium eſt, abundè eſt preſtandum, quemadmodũ Zachæus fecit.

QVAEST. VI.

Quis ſit, qui uerbo quidem reſipiſcentiam profitetur, peccatũ autem non emendat.

RESPONSIO.

DE tali ſcriptum eſſe puto. Si te obſecret inimicus tuus magna uoce, ne fidem illi habeas. Nam in anima illius ſeptem ſunt uerſutiæ. Et alibi. Quemadmodum ſi canis reuertatur ad uomitũ, & odibilis fiat, ita habet homo qui propria malitia ad peccatum ſuum reuertitur.

QVAEST. VII.

Quod iudicium ſit eorum, qui peccantes in ſe ulciſcuntur.

RESPONSIO.

HOC grauius eſſe iudico, eo de quo dictum eſt. Melius eſt illi ut ſuſpendatur in collum eius mola aſinaria, & proijciatur in mare, quàm ut unum ex his paruulis offendat. Nam is qui deliquit, iam non ad emendationem recipit increpationem,

A onem, ſed ad corroborandum peccatum, ultionem & alios ad ſimilia prouocat. Itaq; ei, qui ſeipſum ulciſcitur competet illud (niſi fructus oſtendat reſipiſcentia dignos) quod à domino dictum eſt. Si offenderit te oculus dexter, erue illum, & proijce abs te. Melius enim tibi eſt, ut pereat unum membrorum tuorum, quàm ut totum corpus tuum poijciatur in gennam. QVAEST. VIII.

Quomodo tractandus ſit, qui legitimè ac uere reſipiſcit.

RESPONSIO.

SICVT dominus docuit dicens. Conuocat amicos ac uicinos ſuos dicens. Congratulemini mihi, quia inueni ouẽ meã, quam perdiderã. QVAEST. IX.

Quo affectu eſſe debeamus erga eum qui abſq; ulla pœnitentia peccat.

QVEMAMODVM dominus prçcepit dicẽs. Si uero & Eccleſiã nõ audierit, ſit tibi uelut ethnicus & publicanus. Et ſicut Apoſtolus docuit, ubi ſcripſit ad hunc modum, ſubtrahite uos ab omni fratre, qui in ordinate ambulat & non ſecundum traditionem, quam accepiſtis à nobis. QVAEST. X.

Cum quãto timore & quibus lacrymis à peccatis ſecedere debeat, anima quç multis eſt adflicta peccatis, & qua ſpe & affectu ad dominũ poſſit accedere.

PRINCIPIO quidẽ debet damnatã priſtinã uitã odio perſequi, & ipſam memoriã illius execrari ac deteſtari, ſcriptũ enim eſt: Iniquitatẽ odio habui, & abominatus ſum, legẽ aũt tuã dilexi. Deinde cõminationẽ æterni iudicij ac ſupplicij pro timoris dei doctrina cõplecti, & tẽpus pœnitentiæ tempus eſſe lacrymarũ cognoſcere, ſicut Dauid in ſexto pſalmo docuit, certa, quod mundatio peccatorũ ſit per ſanguinem Chriſti, in amplitudine miſericordiæ & multitudine miſerationũ dei qui dixit. Si fuerint peccata ueſtra ſicut purpura, uelut niuem illa dealbabo, ſi uero fuerint ſicut coccinũ quaſi lanã ea mũdabo, tunc demũ poteſtatẽ & facultatẽ adepta deo placendi, ut dicere poſſit, uertiſti luctũ meũ in gaudiũ mihi, ſcidiſti ſaccũ meũ & circũdediſte me lætitia, ut cantet tibi gloria mea, atq; ita ad deũ accedens pſallat dicens. Exaltabo te domine, quia ſuſcepiſti me, & non lçtificaſti inimicos meos ſuper me.

B *Quã in re ſita mundatio peccatorum.*

Quo pacto acquiratur odium peccatorum. QVAEST. XI.

EX iniucundo & moleſto effectu ac fructu plerumq; odiũ peccatorũ ueluti cauſarum moleſtiæ, naſcitur. Igitur ſi certus quiſquam ſit & perſuaſus quot & quantorum malorum cauſam dent peccata, ſponte & ex animi affectu incipiet illa deteſtari, id quod oſtendit, qui dixit. Iniquitatem odio habui & abominatus ſum.

Quomodo perſuaderi poſſit anima q; peccata ipſi cõdonarit deus. QVAE. XII.

SI ſeipſam contẽpletur in affectu eius qui dixit. Iniquitatẽ odio habui, & abominatus ſum. Qui enim propter peccatorũ noſtrorũ remiſſionẽ unigenitũ ſuũ miſit, quãtum in ipſo eſt, omnibus peccata remiſit. Quoniã uero miſericordiã & iudiciũ cãtat ſanctus & teſtatur, deũ pariter eſſe & miſericordẽ & iuſtũ neceſſe eſt, ut quæ à Prophetis & Apoſtolis dicta ſunt, locis pœnitentiæ à nobis applicẽtur, ut oſtendantur iudicia iuſtitiæ dei, & miſericordia ipſius ad peccatorũ remiſſionẽ plenè impẽdatur.

An eum qui poſt baptiſma deliquiſſe & in multitudine malorum deprehẽditur oporteat de propria deſperare ſalute, aut iuxta quã menſuram peccatorũ, benignitatẽ dei, per reſipiſcentiã ſperare poſſit. QVAE. XIII.

QVOD ſi miſerationũ dei multitudo numerari, & magnitudo mẽſurari poterit, in collatione multitudinis & magnitudinis peccatorũ fiat deſperatio. Si uero peccata quidem, ut credibile eſt, & menſurari & connumerari poſſunt, miſericordiam uero

dei

dei menſurari & miſerationes illius numerari impoſſibile eſt, non eſt occaſio de C
ſperandi, ſed miſericordiã dei agnoſcendi & peccata cõdemnandi, quorũ remiſſio
propoſita eſt in ſanguine Chriſti, ſicut ſcriptũ eſt. Quod autẽ deſperandũ non ſit,
multis in locis ac multifariã docemur, maximè autẽ ex parabola domini noſtri Ieſu
Chriſti, de filio qui patris acceptam ſubſtantiam peccando conſumpſit, cuius reſi-
piſcentia, qualem ac quantam feſtiuitatem promeruerit, ex ipſis domini uerbis di-
ſcimus. Et per Eſaiã, inquit, dominus: Si fuerint peccata ueſtra ſicut purpura, uelut
niuem illa dealbabo: ſi uero fuerint inſtar coccini, inſtar lanæ ea purificabo. Quod
tum ſolum debemus ſcire uerum eſſe, quando modus pœnitentiæ, ex animi ſenten
tia peccatum deteſtantis, certus, ſicut in ueteri & nouo inſtrumento ſcriptum eſt, &
fructus reſipiſcentia dignus oſtenditur.

Ex quibus fructibus probandum ſit, num uera ſit pœnitentium reſipi-
ſcentia. QVAEST. XIIII.

MORES reſipiſcentiũ, & affectus eorũ qui à peccato recedũt & ſtudiũ eorum fru-
ctuum qui digni ſint reſipiſcentia, habentur ſuis locis, in quibus hac de re diximus.

Quid ſit illud. Quoties peccabit in me frater meus, & remittã ei, & in qui-
bus delictis quiſq; remittere queat. QVAEST. XV.

POTESTAS remittendi peccata non eſt abſolute data, ſed in reſipiſcẽtis obe-
dientia, & cõſenſu cum eo, qui animæ ipſius curã gerit, ſita eſt. De talibus enim ſcri-
ptũ eſt. Si duo ex uobis conſenſerint ſuper terrã, de quacunq; re conſenſerint, ſi illã
petierint, fiet ipſis à patre meo qui eſt in cœlis. Illud uero, in quibus delictis quiſq;
poſſit remittere, nõ eſt quod rogetur, cũ nouũ inſtrumentũ nihil hic ſtatuat differẽ-
tię, ſed cuiuſq; peccati remiſſionẽ dignè ac certè reſipiſcẽtibus annunciet, & maximè, D
cũ ipſe dominus in ꝓpria perſona ſit pollicitus dicẽs, de quacũq; re cõſenſerint. &c.

Qua ratione aliquando fiat, ut anima præter omne ultroneum propè &
ſpontaneũ ſtudiũ, incidente aliqua moleſtia cõpungatur, aliquãdo uero
citra adflictionẽ talis eſt, ut ſi cogat̃, cõpungi nequeat. QVAEST. XVI.

TALIS quidem compunctio donum dei eſt, uel ad incitamentum deſiderij da
tum, ut talis laboris anima deguſtata dulcedine, adæquare illum ſtudeat, uel ad o-
ſtendendũ, quod per diligentiorẽ curam anima in perpetua poſſit eſſe compuncti-
one, ut omnis excuſatio adimatur illis qui per ſocordiam illã abijciunt. Per coactio-
nẽ uero cõpungi nõ poſſe, partim quidem iudicium habet, quod alijs temporibus
negligẽtes ſimus. Non eſt enim poſſibile, ut qui rem aliquã aggreditur, ſine cura &
exercitatione maiore & continua confeſtim illa potiatur. Partim uero oſtendit ani-
mam ab alijs occupatã eſſe affectionibus, & ab illis impediri, ne liberè ad quæ uel-
let ferri queat, ſecundum Apoſtoli conſiderationem, qua dixit. Ego uero carnalis
ſum, uenditus ſub peccatũ. Non enim quod uolo, hoc ago, ſed quod odi, hoc facio.
Et iterum. Nunc uero non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum, deo
& hoc nobis ad bonum accidere permittente. Itaq; ſi per ea quæ inuita patitur ani
ma, in ſenſum uenerit & agnitionẽ potentis dei, & ſeipſam cognouerit, in ijs, quibus
pręter animi ſententiam peccato ſeruit, reſipiſcet, ex diaboli laqueis, paratam inuen
tura miſericordiam dei, ut inter eos ſuſcipiatur, qui legitimè reſipiſcunt.

Si quis animo de edendo cibo cogitauerit, & poſtea ſeipſum reprehende-
rit, an & hic tanquã ſollicitus de cibo culpandus ſit. QVAEST. XVII.

QVOD ſi ante tempus eſuriendi, natura nõ moleſtante de cibo quiſquã edendo
cogitauerit

A cogitauerit,manifeſta quidem eſt animæ inconſtantia & fluctuatio,euincens,quod præſentia affectet & circa ea quæ deo placēt, ignaua ſit. Attamen & hoc pacto parata eſt miſericordia dei. Qui nanq; ſeipſum per reſipiſcentiā condemnat, à culpa liber eſt, ſi deinceps à lapſu ſe cuſtodiat, memor domini,dicentis. Ecce ſanus effectus es,ne pecces amplius,ne quid tibi deterius contingat. Si uero cogente natura, & obtinente fame, ſenſus famis de cibo cogitationem moueat, ratio uero ſtudio & exercitio circa potiora eam cogitationē uincat, non iſta cogitatio condemnationis, ſed uictoria laudis cauſam habebit.

An ei qui in fratrum contubernio aliquando deliquit, aliqua ſit committenda cura, poſt multum exercitationis ſtudium, & ſi ſit, qualis committenda ſit. QVAEST. XVIII.

MEMORES Apoſtoli dicentis,inoffenſi eſtote & Iudæis & Græcis,& Eccleſię dei, ſicut & ego omnibus ubiq; placeo, non quærens quod mihi ſit utile, ſed quod multis,ut ſalui fiant, multā debemus impendere ſollicitudinē, ne quo pacto offendiculū demus Euāgelio Chriſti,& ne qua in re offendamus infirmos,neue aliquos inſtruamus ad malitiam. Quapropter neceſſariū eſt in talibus, ut quod ad ædificationē fidei & profectum omnis uirtutis in Chriſto facit, ſpectemus ac probemus.

Si contigerit quenquā in peccati alicuius uenire ſuſpicionem, manifeſte tamen illud non fecerit,an ſit obſeruandus, ut quod facere putatur, deprehendatur. QVAEST. XIX.

MALAE ſuſpiciones,& quæ ex maleuolo animo naſcunť reprehendūtur ab Apoſtolo. Obſeruandū eſt aūt omnibus in charitate Chriſti, & qui omniū ſibi curā

B commiſſam accepit,obſeruare debet eum qui in criminis ſuſpicionem uenit,deſiderio curandi ipſum, ut fiat quod dictum eſt ab Apoſtolo, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu.

An qui in peccatis ex confeſſo deprehenſus eſt, fugere debeat communicationem eorum,qui non rectè ſentiunt,aut etiam ad eorum, qui male uiuunt, hæſitare. QVAEST. XX.

CVM Apoſtolus dicat,ſubtrahite uos à quouis fratre inordinate ambulāte, & non ſecundum traditionē quam acceperunt à nobis, in uniuerſum omnibus eſt omnis cuiuſcunq; prohibitæ rei communicatio, ſiue ea mente fiat,ſiue ſermone, ſiue actu,noxia eſt & periculoſa. Qui uero in peccatis ſunt deprehenſi, amplius etiam cauti eſſe debent,primum,quod anima, quæ antea peccandi contraxit conſuetudinem plerunq; ad peccatum eſt pronior, deinde, quemadmodum qui corporibus ſunt infirmis, diligentiorem cautionem impendunt, ita ut & ea ſæpenumero recuſent, quæ alioqui ſanis proſunt, ita & eorum habet ratio qui anima laborant, ut multo maiore cura & cautione opus habeant. Quantum uero ſit periculi metuendum ex communicatione delinquentium, huiuſmodi hypotheſi ob oculos ponit, dicens. Modicum fermenti totam conſperſionem fermentat. Si uero tantum nocumenti timendum eſt ab illis qui in moribus offendunt, quid de illis dicendum eſt, qui male de deo ſentiūt,quos peruerſa opinio neq; in reliquis ſanos eſſe permittit, traditos ſemel ꝓpter ipſam in affectiones ignominoſas, quod ex multis locis ꝓbatur,& ex his,quæ in Epiſtola ad Romanos de quibuſdā dicta ſunt ad hunc modū. Et quemadmodū non probauerunt,ut deum haberent in notitia,tradidit eos deus

in repro-

in reprobam mentem, ut facerent quæ non conueniebant, repleti omni iniuſtitia, C
uerſutia, auaritia, malitia, pleni inuidia, cæde, contentione, dolo, malis præditi moribus, ſuſurrones, obtrectatores, dei oſores, contumelioſi, ſuperbi, arrogantes, malorum excogitatores, parentibus inobedientes, imprudentes, pactorũ cõtemptores, nullo charitatis affectu præditi, fœderis transgreſſores, immiſericordes. Qui cũ iuſtitiam dei cognouerint, quod qui talia perpetrant, digni ſunt morte, non ſolum ea faciunt, ſed & perpetrantibus ea aſſentiuntur.

Vnde ſit mentis euagatio, & uariæ cogitationes, & quomodo illas corrigere queamus. QVAEST. XXI.

EVAGATIO ab otio mentis, dũ nõ eſt occupata circa neceſſaria, naſcitur. Otiatur aũt mens & curis uacat ex eo, quod nõ credit præſentem eſſe deum, ſcrutantem corda ac renes. Nam ſi hoc crederet, omnino faceret iuxta dictum illud: prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear. Qui uero hoc, & huic ſimilia, præſtat, necq; audebit unquam, necq; illi uocabit, quicquam in animo uoluere quod ad ædificationẽ fidei non faciat, etiamſi bonum eſſe uideatur, nedum ſi prohibitum ſit à deo illicq; diſpliceat.

Vnde ſint nocturnæ illæ & abſurdæ phantaſiæ. QVAEST. XXII.

NASCVNTVR ex abſurdis animæ poſt exactum diem motionibus. Si uero ab illis anima exercitio & meditatione iudiciorum dei repurgata, & in cogitatione rerũ honeſtarũ ac deo placentiũ cõtinua fuerit, eiuſmodi quocq; ſomnia habebit.

Quibus uerbis deputanda ſit otioſa garrulitas.

QVAEST. XXIII.

IN ſumma, quodcuncq; uerbum non ad præſcriptum in domino uſum utile eſt, D
otioſum eſt. Et tantum eſt eiuſmodi uerbi periculum, ut etiamſi bonum ſit quod dicitur, ſi non ad fidei ædificationem diſpenſetur, periculo qui illud loquutus eſt, per bonitatem illius non liberatur, ſed in eo quod ad ædificationem non inſtituit quod loquutus eſt, ſpiritum dei ſanctum contriſtat. Nam hoc aperte docuit Apoſtolus, dicens. Omnis ſermo ſpurcidus ex ore ueſtro non procedat, ſed ſi quis eſt bonus, ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Et ſubiungit. Et nõ contriſtetis ſpiritum dei ſanctum in quo obſignati eſtis. Contriſtare autem ſpiritũ ſanctum quantum ſit malum, quid attinet dicere?

Conuicium quid ſit. QVAEST. XXIIII.

λοιδορία τί; QVODCVNQVE uerbum ignominiæ gratia dictũ, conuicium eſt, etiam ſi ipſum uerbum nihil uideatur habere probri. Et hoc liquet ex Euangelio, ubi de Iudæis dicitur, quod conuiciati ſint ei, dicentes. Tu diſcipulus illius eſto.

Obtrectatio quid ſit. QVAEST. XXV.

καταλαλία. DVAS arbitror occaſiones eſſe, iuxta quas praui aliquid de quoquam dicere liceat. Vna eſt, quando neceſſitas cogit, ut cum alijs ad hoc ſelectis conſultetur, quomodo qui deliquit emendetur. Altera eſt, quando neceſſario admonẽdi ac præmuniẽdi ſunt aliqui quibus ſæpenumero periculũ eſt, ne per ignorantiã homini malo, tanquam bono, coniungantur, cum Apoſtolus præcipiat, ne talibus quiſquam cõmiſceatur, ne quando animam ſuam in laqueos conijciat, quod ipſum feciſſe Apoſtolũ inuenimus, ubi Timotheo ſcribit, dicens, Alexãder ærarius multa mihi mala oſtendit, quem & tu caue. Valde nancq; reſtitit ſermonibus noſtris. Qui uero extra

A talem neceſſitatem aduerſus quenpiam aliquid hoc animo dicit, ut hoc ipſum traducat aut carpat, obtrectator eſt, etiam ſi uerum ſit quod dicit.

Qua pœna dignus ſit, qui fratri obtrectat, aut obtrectantem illi patienter audit. QVAEST. XXVI.

†SEPARATIONE digni ſunt utricꝙ. Eum enim, inquit, qui proximo ſuo clã culum detrahebat, perſequebar. Et alibi dictũ eſt: Ne audias cupidè obtrectatorẽ, ne illi deuinciaris. uel excommunicatione.

Si quiſquam Præpoſito obloquatur, quomodo illi ſit attendendum. QVAEST. XXVII.

ET HVIVS iudicium manifeſtum eſt ex ira dei contra Mariam, cum illa Moſi obloqueretur, cuius peccatũ deus, ne Moſe quidem ſupplicante, inultum dimiſit.

An credendum ſit ei, qui cum temeraria uoce uerbiſcꝙ contumacibus cuidam reſponderit, admonitus dicat ſe nihil mali habere in corde QVAEST. XXVIII.

NON OMNES animæ affectiones omnibus ſunt notæ, ne ipſi quidem qui illis eſt obnoxius, quemadmodum necꝙ corporis. Sicut igitur quod corpus attinet, qui illius cognitione præditi ſunt, ſigna quędam habent & indicia paſſionum occultarum, & patientis quocꝙ ſenſum ſubterfugiẽtium, ita & in anima, etiam ſi propriã affectionem qui delinquit nõ ſentiat, Domino tamen credere debet, qui & de ipſo & aliis aſſeueranter dicit. Malus homo ex malo theſauro cordis ſui profert mala. Malus enim bonum uerbum aut rem aliquam bonam ſæpenumero, etiam ſi ſimulet, proferre non poteſt, rurſus bonum hominem mali quicꝙ ſimulare impoſſibile
B eſt. Prouidentes enim, inquit, bona, nõ ſolum corã domino, ſed & corã hominibus.

Quo pacto efficere quiſquã queat ne iraſcatur. QVAEST. XXIX.

SI DEVM ſemper putauerit inſpectorem eſſe, & dominum pręſentem omnia conſiderare. Quis enim obediẽs & morigerus in oculis principis committere auſit quod ipſi diſpliceat? Deinde ſi aliorum erga ſe obedientiam non agnoſcat, ſed ſeipſum ad obediẽdum aliis paratum exhibeat, quoſuis ſe ſuperiores ratus. Nam ſi ad proprium cõmodum aliorum obedientiam requirit, ſciat unumquencꝙ per domini doctrinam ad hoc inſtrui, ut aliis ſeruiat. Quòd ſi inobedientiam erga præceptum domini ulciſcendum eſt, non opus eſt iracundia, ſed miſericordiæ & compaſſionis affectu, iuxta eum qui dixit: Quis infirmatur, & ego non infirmor?

Quomodo prauæ cõcupiſcentię morbus ſit excidẽdus. QVAEST. XXX.

FERVENTI ſcilicet deſiderio placitorum dei, ac tali, qualem oſtendit, qui dixit: Iudicia domini uera, iuſtificata †in idipſum, deſiderabilia ſuper aurũ & lapidem uel ſimul. admodum pretioſum, & dulciora ſuper mel & fauum mellis. Perpetuò nancꝙ meliorum deſiderium, in poteſtate ac facultate ſua habens, eorũ quę deſiderantur copiam & fructum, contemnere & auerſari quæ minora ſunt cogit (id quod in ſanctis omnibus conſpicuum eſt) quanto magis uitioſa & probro digna?

An prorſus illicitum ſit ridere. QVAEST. XXXI.

CVM DOMINUS condemnet eos, qui nunc rident, apertum eſt, quòd fideli nũquam ridendi tempus ſit, maximè in tanta multitudine eorum conſtituto, qui per legis tranſgreſſionem Deum dehoneſtant, & in peccato moriuntur, quorum gratia lugendum eſt & ingemiſcendum.

fff Quomodo

Vnde ſit imtempeſtiua & immodica dormitatio: & quomodo illam abijcere queamus. QVAEST. XXXII.

TALIS DORmitatio accidit, quando circa cogitationes de Deo languet animus, & quando iudicia Dei contemnimus. Abijcimus autem illam, quando ſyncerè ac dignè de magnificentia Dei cogitamus, & placita illius deſideramus, ſecundum eum qui dixit: Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inueniam locum Domino tabernaculum Deo Iacob.

Quomodo arguatur aut conuincatur qui hominibus placere ſtudet. QVAEST. XXXIII.

QVANDO officioſus erga eos deprehenditur, à quibus laudatur, & negligẽs erga eos à quibus improbatur. Nã qui domino placere ſtudet, ſemper & ubiq; idẽ erit, adimplẽs dictũ illud Apoſtoli: Per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris, per gloriã & ignominiã, per malã famã & bonã famã: quaſi impoſtores, & tamen ueraces.

Quomodo quis affectum hunc hominibus placẽdi, & laudes quæ ab hominibus ſunt ſuſpiciendi, exuere poſſit. QVAEST. XXXIIII.

SI CERTO perſuaſus ſit deum eſſe præſentem, & immoto animo quomodo deo placeat, curet, ac feruenti deſiderio felicitatem a Domino expetat. Nemo enim in ipſo Domini conſpectu conſtitutus, quomodo ſeruo gratificetur, ad ignominiã Domini & ſui ipſius condemnationem animi cogitationibus euagabitur.

Quibus indicijs cognoſcat̃ ſupbus, & quomodo curet̃. QVAEST. XXXV.

COGNOSCITVR ex eo, quòd quę ſublimia ſunt affectat. Curatur autem, ſi crediderit iudicio dicẽtis: Dominus ſuperbis reſiſtit. Illud autem ſciendũ eſt, quòd, quantumuis quis iudicium ſuperbię timeat, ab illius morbo curari non poterit, niſi prorſus ab omni inſtituto & exercitio, quod eximij ac ſublime quicquam habet, ſecedat. Queadmodum non poterit idioma aliquod ſermonis aut artem quamcunque dediſcere, qui nõ abſolutè deſtiterit, non ſolum à faciendo aut loquendo, quod ad eam artem pertineat, ſed ita quoq;, ut ne audiat quidem loquentes de ea, nec uideat in ea operantes, id quod ad quamcunq; malitiam diſcendam ſeruandum eſt.

An affectandus ſit honor. QVAEST. XXXVI.

REDDEre quidẽ honorẽ cui honos debetur, edocti, affectare uerò honorẽ, prohibiti ſumus, dicẽte domino: Quomodo poteſtis uos credere, qui gloriã à uobis inuicẽ accipitis, & gloriã quæ à ſolo deo eſt, non quęritis? Itaq; gloriã ab hominibus quærere notam habet incredulitatis, & abalienationem à pietate Dei, dicente Apoſtolo: Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus utiq; non eſſem. Quòd ſi qui oblatam ab hominibus gloriam accipiunt, ad hunc modum condemnati ſunt, qui non oblatam quærunt, certè grauiſſimè iudicabuntur.

Qui ad mandatum dei ſegnis eſt, quomodo diligens ac ſedulus reddi queat. QVAEST. XXXVII.

SI PERSVAſus ſit de præſentia Domini Chriſti omnia uidentis, & de comminatione, quæ lata eſt contra pigrum, ac ſpe magnæ retributionis à Domino futuræ, quam pollitus eſt per Apoſtolum Paulum dicentem: Vnuſquiſque propriam mercedem recipiet ſecundum proprium laborem. Et quæcunque talia ad excitandam cuiuſque diligentiam aut tolerantiam ad gloriam Dei conſcripta ſunt.

De eo qui iuſſus aliqd primũ cõtradicit, deinde obſequit̃. QVAEST. XXXVIII.

A IN EO quidem quod tanquã reſponſator cõtradicit, & alios ad idẽ uitij prouocat, ſciat ſe obnoxium eſſe iudicio illius, de quo illud eſt: Omnis malus cõtradictiones ſuſcitat, dominus uerò nuntiũ illi mittit immiſericordẽ. Perſuaſus autẽ ſit, quòd nõ homini cõtradicit, aut immorigerus eſt, ſed & ipſi domino dicenti: Qui uos audit, me audit: & qui uos ſpernit, me ſpernit: ubi uerò pœnitentia cõpungitur, primũ de inobedientia ſatisfaciat, & poſtea pudore ſuffuſus, imperatum opus faciat.

De eo qui, licet obediat, murmurat tamen. QVAEST. XXXIX.

CVM apoſtolus dicat, omnia facite ſine murmurationibus & diſceptationibus, etiã qui murmurat, ab unione fratrũ alienatus eſt, & opus illius ſeparãdum ab uſu fratrũ. Manifeſtè aũt qui talis eſt, cũ incredulitatis, tum dubiæ ſpei morbo laborat.

Si frater fratrẽ contriſter, quomodo ſit emendandus. QVAEST. XL.

QVOD SI illum contriſtauit ad exemplũ Apoſtoli, ubi dicit: Contriſtati enim eſtis ſecundũ deum, ut nulla in re detrimento ſitis affecti per nos, nõ qui cõtriſtauit emendatione opus habet, ſed qui cõtriſtatus eſt, quæ triſtitiæ ſecundũ deum cõpetunt oſtendere debet. Si uerò in rebus illũ indifferentibus cõtriſtauit, memor ſit Apoſtoli dicentis: Si propter cibũ frater tuus contriſtatur, iam non ſecundũ charitatẽ ambulas, & agnito tali peccato, quod à domino dictũ eſt adimpleat, nempe: Si obtuleris munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quòd frater tuus habeat aliquid aduerſum te, relicto ibi munere tuo coram altari, uade primumq́; reconciliare fratri tuo, & tunc reuerſus offer munus tuum.

Si qui fratrẽ cõtriſtauit, illi ſatisfacere nolit. QVAEST. XLI.

ADIMPLENdum nobis in iſto eſt, quod à domino de eo dictũ eſt, qui cum B peccauerit, pœnitentiam non egit, nempe: Si uerò & eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.

Si eo, qui contriſtauit, ſatisfaciente, is qui contriſtatus eſt conciliationem reſpuat. QVAEST. XLII.

DE HOC manifeſtum eſt domini iudiciũ, in parabola ſerui cum cõſeruo ſuo, qui quoniã cũ rogatus eſſet, lenitatẽ erga conſeruũ oſtendere noluit: Cum uidiſſent, inquit, conſerui ipſius, detulerunt ad dominũ ſuũ. Iratus autẽ dominus gratiã quã illi impertiuerat, ad ſe reuocauit, ipſumq́; tortoribus tradidit, donec redderet debitũ.

Quomodo ſit obſeruandus, qui tẽpore precãdi edormit. QVAEST. LXIII.

SI AGNOSCAT quis quid detrimenti adferat ſomnus, quòd ne ſui quidem ipſius ſenſum habeat, qui dormit: ſciat etiam quid utilitatis adferat uigilãtia, & maximè excellentem gloriam, quando quis Deo applicatur ad precandum tanquam magna & maiora, quàm deſiderari poterit, beneficia præſtanti, obſeruabit obdormiſcentem, ſiue ad precationes, ſiue ad quodcunq́; aliud præceptum.

Si uerò excitatus quiſq́; è ſomno ad precandũ, dormituriat, aut etiã moleſtè ferat, qua pœna ſit dignus. QVAEST. XLIIII.

INTERDVM ſeparatione & inedia caſtigandus eſt, an hoc pacto cõpunctus agnoſcere ualeat, quantis ac qualibus ſeipſum bonis inſenſatè priuet, atq́; ita cõuerſus exhilaretur gratia eius qui dixit: Memor fui dei, & exhilaratus ſum. Si uerò ſtupidus permanſerit & inſenſatus, amputetur tanquam marcidum & corruptũ membrum à reliquo corpore. Scriptum enim eſt: Melius eſt ut pereat unum membrorum tuorum, quàm ut totum corpus tuum proijciatur in gehennam.

Si quis audito Domino, qui dixit: Seruus ſciens uoluntatem domini ſui, C
& non faciens, neque parans ſe ad illius uoluntatem, uapulabit multis, qui uero illam ignorat, & facit digna plagis, uapulabit paucis: huius gratia cognitionem diuinæ uoluntatis ſtudio negligat, an quid habeat ſolatij. QVAEST. XLV.

MANIFEſtum eſt quòd, qui eiuſmodi eſt, ignorantiã falſò prætexat, & ineuitabile habeat peccati iudiciũ. Si enim nõ ueniſſem, inquit dominus, & nõ loquutus illis eſſem, peccatũ non haberẽt. Nunc uerò excuſationẽ de peccato ſuo nõ habent. Et ſacra ſcriptura omnibus ubiq; uoluntatẽ dei denũtiat. Itaq; qui talis eſt, nõ cum ignorãtibus minore iudicio, ſed uehemẽtiore cũ illis damnabitur, de quibus ſcriptũ eſt: Inſtar aſpidis ſurdæ & obturãtis aures ſuas, ne audiat uocẽ incantantiũ & ueneſici, dum ab illo incãtatur ſapienter. Qui uerò diſpenſandi ſermonis munus habet, ſi non annuntiauerit, tanquam homicida, ſicut ſcriptum eſt, iudicabitur.

An qui alteri ad peccandũ obtemperat, peccati reus ſit. QVAEST. XLVI.

IVDICIVM hoc manifeſtum eſt ex uerbis Domini ad Pilatum, dicentis: Qui me tibi tradidit, maius peccatum habet. Liquet enim ex his uerbis, quòd & Pilatus obtemperans illis, qui Chriſtũ ſibi tradebant, peccatũ habuerit, licet minus quàm illi. Declarat autem hoc apertè & Adam obtemperans Euæ, & Eua obtemperans ſerpenti. Nemo enim ex iſtis tanquã inſons impunitus euaſit. Et ipſa hoc dei aduerſus illos indignatio cõſpicuè oſtendit. Cũ enim Adam excuſationis uice protuliſſet iſta: Mulier quam dediſti mihi, ut eſſet mecũ, ipſa mihi dedit, & manducaui, reſpondit deus: Quia audiſti uocẽ uxoris tuę, & comediſti è ligno, de quo tibi præcepe rã, ut ex eo ſolo non ederes, maledicta erit terra in operibus tuis, & quæ ſequuntur. D

ἣν δέδωκας μετ' ἐμοῦ.

An tacendum ſit, ſi qui peccent. QVAEST. XLVII.

TACENDVM non eſſe, patet ex præceptis Domini in ueteri quidẽ inſtrumẽto dicentis: Arguendo argues proximum tuum, nec recipies propter ipſum peccatum. In Euangelio uerò: Si peccauerit in te frater tuus, uade, argue eum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si uerò non audierit, adſume tecum adhuc unum aut duos, ut in ore duorum aut trium teſtium firmum ſit omne uerbum. Si autem & iſtos non audierit, dic eccleſiæ. Si uerò eccleſiam quoq; nõ audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Quantum uerò ſit peccati iſtius iudicium cognoſci poteſt, primum ex ſententia Domini, qua in genere dicit: Qui non credit filio, non uidebit uitam, ſed ira dei manet ſupra ipſum: deinde etiam ex hiſtorijs cũ ueteris tum noui inſtrumenti. Ecce enim cum Achar furatus eſſet linguam auream & ſtolam purpuream, in totum populum exarſit ira Domini, quanuis ille & quis peccaſſet, & quid peccatum eſſet, ignoraret, donec ſorte Achar deprehẽderetur, & horrendum illud exitium cum omnibus ad ſe pertinentibus ſubiret. Et Heli quanquam ad peccata filiorum ſuorũ, qui malæ peſtes erant, non tacuit, ſed ſæpe admonuit, dicens: Non ita filij, audio de uobis quæ bona nõ ſunt: & pluribus uerbis peccati illorum abſurditatem, & ineuitabile dei iudicium declarauit, quoniam non planè uindictam de illis ſumpſit, nec competentem zelum aduerſus eos oſtendit, uſq; adeò iram dei prouocauit, ut & populus cum filijs ipſius conſumptus, & arca ipſa à Philiſteis intercepta ſit, & ipſe præterea miſerabili morte uitã finierit. Si uerò tanta ira dei in eos exarſit, qui nullas eius qui peccauerat habuerunt cõſcientiam, quiq; etiam

A etiam prohibuerunt,& deteſtati ſunt peccatum,quid de illis dicendum eſt, qui peccatorum conſcientiam habent,& tacent?Iſti ſanè,niſi præſtiterint ea quæ ab Apoſtolo ſunt ad Corinthios dicta,nempe: Quare non magis luxiſtis, ut tolleretur de medio ueſtri,qui facinus iſtud perpetrauit,& quæ conſequenter illis Apoſtolus teſtificatus eſt, dicens : Ecce enim hoc ipſum,quod ſecundum deum contriſtati eſtis, quantum uobis pepererit ſolicitudinis, imò ſatisfactionis, imò indignationis, imò timoris,imò deſiderij,imò zeli, imò ultionis? Omninò periculum eſt, ne omnes & nunc eodem exitio pereant, uel peiore etiam: quanto peior eſt eo qui legem Moſis contempſit,is qui & dominũ cõtemnit,& idem temeritatis audet cum eo qui antea peccauit,& condemnatus eſt. Nam ſeptupla quidem ultio ſumpta eſt de Cain, de Lamech uerò quòd eodem modo peccauerit,ſeptuagies ſeptupla.

Auaritia quouſq; iudicanda ſit. QVAEST. XLVIII.

QVATENVS quis legis præſcriptũ tranſgreditur. Fit autem illud ſecundum uetus quidem inſtrumentum, ſi quando ſui ipſius magis quàm proximi curam habeat.Scriptum enim eſt:Diliges proximũ tuum,ſicut teipſum: ſecundum Euangelium uerò,ſi plus ſolicitudinis quiſquam ſui ipſius gratia ſuſcipiat, quàm quantum præſenti diei neceſſariũ ſit,ut ille fecit cui dictũ eſt:Stulte,hac ipſa nocte repetẽt abs te animã tuam:quæ uerò paráſti,cuius erunt? Quibus generaliorem ſententiã ſubiungit,dicens:Sic habet qui ſibi ipſi theſaurizat,& non eſt in deo diues.

Quid ſit oſtentatio. QVAEST. XLIX.

QVICquid nõ neceſſitatis, ſed ornatus gratia uſurpat, oſtẽtationis crimẽ habet. τί ἐστι τὸ περπερεύεσθαι.

Si quis abiectis pretioſioribus indumentis,uilia quidem,ſiue indumenta, ſiue calciamenta,ſed talia petat,quæ ſibi uideãtur decori eſſe, an peccet, & quo morbo laboret. QVAEST. L.

QVI TALIA petit,ut decori ſibi ſint,quo placeat hominibus,apertum eſt quòd ſtudio placendi hominibus laboret,& à deo exorbitet, & oſtentationis affectionem in ipſa etiam uilitate adimpleat.

Quid ſit Rhacca. QVAEST. LI.

PEculiare eius regionis uerbum eſt,leuioris cõuitij gratia erga familiariores uſurpatum.

Quoniam Apoſtolus alicubi dicit: Ne ſitis ſtudioſi inanis gloriæ: alicubi: Ne ſitis ad oculum ſeruientes,tanquã hominibus placentes,quis ſit inanis gloriæ ſtudioſus,& quis,qui hominibus placere cupiat. QVAEST. LII.

ARBItror inanis gloriæ ſtudioſum eſſe,qui quod facit aut dicit,ſimpliciter propter mundi gloriã uel leuem aliquam facit, quæ ſit à ſpectantibus uel audientibus. Hominibus uerò placere cupientẽ eũ eſſe iudico, qui ad uoluntatẽ & gratiã hominis alicuius,ut illi placeat aliquid facit, etiam ſi ignominioſum ſit quod facit.

Quid ſit inquinatio carnis, & quid inquinatio ſpiritus, & quomodo illã expurgemus. Aut quæ ſit ſanctimonia,& quomodo iſtam acquiramus. QVAEST. LIII.

INQVINATIO carnis eſt, quando quis cõmiſcetur illis, qui quæ uetita ſunt, perpetrant.Spiritus inquinatio eſt,quando abſq; ullo quis diſcrimine illis afficitur, qui prohibita uel ſentiunt,uel faciũt. Expurgatur autem talis,quando obtemperat Apoſtolo dicenti:Cum eo qui huiuſmodi eſt,ne cibum quidem ſumite,& quę alia

ſimilia ſcripſit. Aut quando eodem affectu cum Dauide dicere poteſt: Mœſtitia c obtinuit me propter peccatores derelinquentes legem tuam: Et talem luctũ oſtendit, qualem oſtenderũt Corinthij, poſtea quàm incuſati eſſent ab Apoſtolo, quòd ſusq; deq; tuliſſent eum qui peccauerat. In omnibus, inquit, commendáſtis uos ipſos, quòd puri ſitis in hac cauſa. Sanctimonia uerò eſt, integro & immoto animo à ſancto deo pendere, omniq; tẽpore, cura, ac ſtudio eorũ quæ ipſi placent detineri. Neq; enim acceptum eſt, ſi offeratur quod uitioſum eſt, neq; quod ſemel deo oblatũ eſt, in prophanũ & humanũ uſum ſine impietate & temeritate trahi poteſt.

Quid ſit Philautia, & quomodo Philautus ſeipſum prodat. QVAEST. LIIII.

Philautia, amor eſt ſui ipſius.

MVLTA PER abuſum dicuntur, ut exempli gratia: Qui diligit animam ſuam, perdet eam. Et: Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in uitam ęternam cuſtodiet eam. Philautus igitur eſt, qui ſeipſum uidelicet diligit. Prodit autem ſeipſum, quando quæ facit, propter ſeipſum facit, etiam ſi ſit conforme præcepto quod facit. Illud autem ſi quis ſui ipſius recreationis gratia omittat quod fratris, uel animę, uel corpori neceſſarium eſt, etiam alijs iam manifeſtam habet Philautiæ malitiam, cuius finis eſt perditio.

Quid inter ſe differant amarulentia, & excandeſcentia, & ira, & exacerbatio. QVAEST. LV.

πικρία θυμός ὀργὴ παροξυσμός.

EXCANDESCENtiæ & iræ differentia in affectu & impetu animi ſita eſt, eo quòd iratus ſolo affectu paſſionem hanc habeat, quod declarat qui dicit: Iraſcimini, & nolite peccare. Excandeſcens uerò plus aliquid commotionis oſtendit. Nam excandeſcentia illis, inquit, ſecundum ſimilitudinem ſerpentis. Et Herodes excandeſcebat in Tyrios & Sidonios. Vehementior autem quæ excandeſcentiam ſequitur commotio, exacerbatio nominatur. Amarulentia uerò ualidiorem malitiæ conſtitutionem & molitionem ſignificat.

ὑψηλόφρων ἀλαζὼν ὑπερήφανος τετυφωμένος πεφυσιωμένος.

Cum Dominus pronunciet ac dicat: Qui ſeipſum exaltat, humiliabitur, & Apoſtolus præcipiat, ne alta ſapiamus, & alibi dicat, arrogantes, ſuperbi, tumidi. Et iterum: Charitas non inflatur. Sciendũ eſt quis ſit alta ſapiens, quis arrogãs, quis ſuperbus, quis tumidus, quis inflatus. QVAEST. LVI.

ALTA SApiens eſt, & ſeipſum exaltans, qui propter ſuas uirtutes & res bene geſtas plurimum gloriatur, & elatus eſt ad exemplum Phariſæi illius, nec ſe humilibus accommodat. Idem uerò & inflatus dicitur, cuius uitij Corinthij accuſati ſunt. Arrogans autem eſt, qui non ambulat ſecundum conſtitutiones, nec illud, eodẽ canone incedite, &, idem ſapite adimplet, ſed propriam ac priuatã iuſtitiæ & pietatis uiam excogitat. Superbus eſt, qui ſeſe & eorum gratia iactat, quæ habet, & maior uideri ſatagit, quàm in ſeipſo ſit. Tumidus eſt idem cum eo qui ſuperbus eſt, aut illi uicinus ſecundum illud Apoſtoli: Tumidus eſt cum nihil ſciat.

Si quis uicium habeat incorrigibile, ita ut cõtinuò caſtigatus peior abeat, an ſatius ſit ut illi conniueatur & parcatur QVAEST. LVII.

DE HOC & alibi dictum eſt, quòd peccatores oporteat leni animo corrigere, iuxta præſcriptum à Domino modum. Si uerò alicui ad conuerſionem non ſuffecerit reprehenſio & increpatio, quæ fit à pluribus, ſicut Corinthio, pro ethnico æſtimandus eſt. Conniuere autem & parcere tali, cum à Domino ſit condemnatus, nemini

A nemini tutum eſt, dicente Domino: Melius eſt ut uno oculo, uel una manu, aut uno pede quis amiſſo ingrediatur in regnum, quàm ſi horum cuidam parcat, totus cõijciatur in gehennam ignis, ubi eſt fletus ac ſtridor dentium. Et Apoſtolo teſtificante quòd modicum fermenti totam conſperſionem fermentet.

An is tantũ iudicetur, qui ſtudio mentitur, an & is qui per ignorantiam aliquid præter ueritatem ſimpliciter loquitur. QVAEST. LVIII.

IVDICIVM Domini etiam in eos qui per ignorantiam peccant, manifeſtum eſt ex eo quod dicit: Qui ignorat, & facit digna plagis, uapulabit paucis. Syncera uerò & certa reſipiſcentia ubique remiſſionis ſpem habet.

Si cogitatione tantum quis faciendum ſibi quid proponat, non autem faciat, an & is ueluti mendax iudicetur. QVAEST. LIX.

SI AD præceptum aliquod pertinet illius cogitatio, non ſolum ueluti mendax, ſed & tanquam immorigerus condemnatur. Scrutatur enim corda & renes Deus.

Si quis præoccupatus aliquid eorum facere ſtatuerit, quæ deo diſplicent, an melius ſit mutare quod malè decretum eſt, quàm timore mendacij peccatum perficere. QVAEST. LX.

CVM APOSTolus dicat: Non quòd ex nobis ipſis ſufficientes ſimus ad cogitandum aliquid tanquam ex nobis ipſis. Et Dominus ipſe de ſe fateatur, dicens: Non poſſum ego facere quicquam ex meipſo. Et iterũ: Verba quæ ego lóquor uobis, à meipſo non loquor. Et alibi: Quia deſcendi de cœlo, non ut faciam uoluntatẽ meam, ſed uoluntatem eius qui miſit me patris, reſipiſcere debet, & pœnitentiã agere, qui talis eſt. Primum de eo quòd ex ſeipſo auſus eſt aliquid, qualecunque ſit, ſtatuere. Neq; enim quæ bona quoq; ſunt, noſtra autoritate facere debemus. Deinde adhuc amplius de eo, quod non eſt ueritus, etiam contra placitũ dei aliquid ſtatuere. Quod autem mutandum ſit, quod contra præceptum Domini ex præſumptione decretum eſt, manifeſtè in Apoſtolo Petro demonſtratur, qui per præſumptionem quidẽ ita ſtatuerat: Non lauabis mihi pedes in æternũ. Verũ mox atq; audiuit Dominũ uiciſſim decernentem, ac dicentẽ: Niſi lauero te, nõ habebis partẽ mecũ, ſtatim immutata ſententia dixit: Domine nõ ſolũ pedes, ſed & manus & caput.

Quid faciendum ſit ei, qui nec operari ualet, nec pſalmos uult addiſcere. QVAEST. LXI.

QVIA Dominus in parabola de infrugifera ficu dicit: Excide illam, ut quid & terram fruſtra occupat? neceſſe eſt ut omnis illi cura impendatur. Si uerò non obtemperauerit, quod de eo qui in peccato manet, præceptũ eſt, & in iſto fieri debet. Qui enim à bono uacat, cum diabolo & angelis ipſius iudicatur.

Cuius facti gratia quiſquam uelut abſconditi talenti reus condemnetur. QVAEST. LXII.

SI QVAMcunq; gratiam à deo acceptam in ſuum ipſius uſum detinuerit, nec alijs ex ea benefecerit, abſconditi talenti reus condemnatur.

Cuius facti gratia quiſquam, uelut illi qui contra poſtremos uineæ operarios murmurârunt, condemnetur. QVAEST. LXIII.

PROPRII quiſque peccati, & qui murmurârunt, murmuris gratia condemnantur. Alij autem alia de cauſa ſæpenumero murmurant. Quidam quòd non abundè ſatiantur, ut guloſi, & quorum deus uenter eſt. Quidam uerò quòd in per

A conatu & ratione offendiculi abſurditatem uetans, cum dicit: Nam ſi quis te ſcientiam habentem in eidolio accumbentem uiderit, an non conſcientia ipſius, qui infirmus eſt, ædificabitur ad ueſcendum eidolothytis? Et peribit infirmus in tua ſcientia propter quem Chriſtus eſt mortuus. Quibus ſubiungit: Ad hunc autem modũ peccantes in fratres, & infirmam illorum cõſcientiam percutientes, in Chriſtũ peccatis. Quapropter ſi cibus offenderit fratrem meum, non manducabo carnes in ſeculum, ne fratri meo ſim offendiculo. Et alibi, cum dixiſſet: An ſolus ego & Barnabas non habemus poteſtatem non operandi? Conſequenter addidit: Sed non ſumus uſi hac poteſtate, ſed omnia ſufferimus, ne quod offendiculum demus Euangelio Chriſti. Quòd ſi adeò horrendum eſſe demõſtratur offendere fratrem in ijs quæ in noſtra ſunt poteſtate, quid de illis dicendũ, qui uetita faciendo uel dicendo fratres offendunt? Et maximè quando abundantiorem uidetur habere ſcientiam, qui offendit, aut in gradu ſacerdotali talis deprehenditur. Qui alijs ueluti regula & typus ob oculos eſſe debet, etiam ſi modicè quæ ſcripta ſunt neglexerit, aut quod prohibitum eſt faciens, aut quod præceptum omittens, uel omninò ſaltem conuiuens ei qui hoc facit, & in hoc ſolo tantum habet iudicium, ut ſanguis eius qui peccauit, ex ipſius manu ſit requirendus.

Quomodo ueritatẽ quis in iniuſtitia detineat. QVAEST. LXV.

QVANDO quis datis à deo bonis pro ſua uolũtate abutitur, quod pernegabit Apoſtolus, dicens: Non em̃ ſumus ſicut multi dolo inuertentes uerbũ dei. Et iterũ: Neq; enim unq; in ſermone adulatorio fuimus, ſicut ſcitis, neq; in occaſione auaritiæ, deus eſt teſtis, neq; quæſiuimus ex hominibus gloriã, nec à uobis, nec ab alijs.

B Quid ſit lis, & quid concertatio. QVAEST. LXVI.

LIS EST quando quis nec aliquo uideatur eſſe minor, quicquã facere ſatagit. Concertatio uerò eſt, quando ad oſtentationẽ aliquid & inanem gloriã faciẽs prouocat alios, & incitat ad ſimilia. Etenim Apoſtolus aliquando quidẽ cõcertationis mentionẽ faciens, inanẽ gloriã adiungit, cũ dicit: Nihil per concertationẽ aut inanẽ gloriam: aliquando uerò inanem gloriã præmittens cum illa & cõcertationem ſub alio nomine prohibet, dicẽs: Ne ſitis inanis gloriæ ſtudioſi, uos inuicẽ prouocãtes. ἔρις καὶ ἐριθεία. Galat. 5.

Quid ſit immunditia, & quid laſciuia. QVAEST. LXVII.

IMMVNDitiã lex declarauit uſa hac dictione de illis, quæ præter animi ſententiã ex naturæ neceſſitate accidũt. Laſciuiã uerò uidetur mihi exponere ſapientiſſimus Salomon, uoluptatẽ, eãq; doloris impatientẽ uocans, ut laſciuia ſit uoluptas animi iudicio & affectu deſtituta, aut doloroſi certaminis impatiẽs. Quẽadmodũ & incõtinẽtia eſt, quãdo deeſt uirtus cõtinentiæ cõtra uoluptatũ obturbationẽ & impetũ. ἀκαθαρσία καὶ ἀσέλγεια. Ephes. 4. ἀκρασία.

Quid ſit proprium excandeſcentiæ, & quid propriũ iuſtæ indignationis, & quomodo ab indignatione plerunq; orſi deprehendamur in excandeſcentiam dilabi. QVAEST. LXVIII.

EXCANDESCENtiæ propriũ eſt, impetus animi cum meditatione ledendi eius qui nos exacerbauit. Indignationis uerò rectæ ac ſenſatæ proprium eſt ſcopus corrigendi eius qui peccauit, qui eſt ex affectu malum, quod factum eſt deteſtãte. Quòd autem animus à bono excandeſcendi initio dilabatur ad malum, nõ eſt inauditum aut inſolens. Nam talia multa reperiũtur. Quapropter recordandum eſt diuinæ ſcripturæ, dicentis: Iuxta ſemitam ſcandalum poſuerũt mihi. Et iterum: Eti-

am ſi

am ſi certet aliquis,non tamen coronabitur,niſi legitimè certauerit:& ubiq; cauen- C
da immodeſtia,importunitas,& turbulenta confuſio. Nam præter rationē unum-
quodq; prædictorū,etiā ſi quādo bonū uidetur,ad malū ſæpenumero degenerat.

Quomodo ſit tractandus, qui non minus reliquis manducat, nec corpus habet debilitatum,nec quod ægrotum eſſe liqueat,& tamen operari ſe nō poſſe dolet ac luget. QVAEST. LXIX.

OMNIS occaſio otij occaſio eſt & peccati.Nā operādi diligentiā ad mortē uſq; quemadmodū & tolerādi oſtendere oportet.Quòd aūt pigrities cōiuncta malitiæ condemnet deſidem,ex uerbis domini liquet,cum dicit:Serue male ac piger.

Quomodo ſit tractādus,qui uel indumentis,uel calciamētis abutitur.Nā culpatus uel ſordidam culpantis auaritiā, uel rancorē ſuſpicabitur. Si uerò poſt competentem alteram ac tertiam admonitionem cœpto non deſtiterit, quid illi ſit faciendum. QVAEST. LXX.

ABVSVM reijcit Apoſtolus,cum dicit, utentes.Non dicit,abutentes. Vſus enim menſura eſt ineuitabilis neceſſitatis uis. Quod autem neceſſitatem excedit, aut auaritiæ aut libidinis,aut inanis gloriæ morbum habet.Qui uerò peccato immoratur,iudicium habet impœnitentis.

Sunt nonnulli qui magis quod delicatius eſt,quęrunt,quàm multa edulia:rurſus alij malunt ſatietatis gratia plura quàm delicatiora.Quomodo utriq; ſint certiſſimè cognoſcendi. QVAEST. LXXI.

VTRIQVE morbidi ſunt. Hic quidem uoluptuarius,ille uerò auarus & uorax. Neq; uerò uoluptuarius, neq; auarus quacunq; in re extra cōdemnationem ſunt, quorum cura per commiſerationis affectum habenda eſt. Si uerò à morbo curari D non ſuſtinent,apertum eſt impœnitentiæ iudicio obnoxios eſſe.

Si quis circa cōmunicationem ac refectionis tempus in conturbernio fratrum inhoneſtè conuerſetur,plus æquo comedens ac bibens, an ſit arguendus. QVAEST. LXXII.

QVI EIVSmodi eſt,non ſeruat præceptum Apoſtoli dicentis:Siue edatis,ſiue bibatis,ſiue quid aliud faciatis,omnia ad gloriam dei facite. Et iterū: Omnia honeſtè & ordine fiant: & opus habet emendatione, niſi aliqua laboris aut celeritatis neceſſitas urgeat. Sed & tunc diligenter ſtudendum eſt, ut nihil detur offendiculi.

Quomodo emendandus ſit, qui fratrem nō emendationis, ſed ex affectu ſeipſum ulciſcendi arguit,ſi ſæpius admonitus in eodem uitio permaneat. QVAEST. LXXIII.

QVI TALIS eſt,pro philauto & ambitioſo habeatur.Et emendandi modus illi ſecundum pietatis ſcientiam monſtretur. Si uero in malitia manſerit, manifeſtū eſt quòd ſit iudicium contra impœnitentes.

Si qui diſcedant à fratribus hoc animo, quòd cupiant ſolitariè uiuere, aut cum paucis eodē inhęrere pietatis propoſito, an ſint ſegregandi ex ſcripturis edoceri cupimus. QVAEST. LXXIIII.

CVM Dominus ſæpenumero dicat: Filius à ſeipſo nihil facit. Et: Quia deſcendi de cœlo,nō ut faciam uoluntatem meā, ſed uoluntatem eius qui miſit me patris. Et Apoſtolus teſtificetur,dicens:Caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritum,& ſpiritus aduerſus carnem. Hæc ſibi ipſis mutuò aduerſantur, ut non quæ uolumus faciamus,

A quicquid ex propriæ uoluntatis arbitrio eligitur, alienũ eſt à pijs ac dei timentibus. Copioſius autem de talibus in definitionibus latioribus reſpondimus.

An cuiuſcunq; peccati, ſiue id mẽte, ſiue ſermone, uel opere fiat ſatanam autorem dicere conueniat. QVAEST. LXXV.

VT IN ſumma quod ſentio dicam, non poteſt ſatan alicui ex ſeipſo autor eſſe peccati. Quandoq; uerò naturalibus motionibus, quandoq; etiam uetitis affectionibus, quæ iam antea hominibus inſunt, quaſi inſtrumentis uſus, per ea conatur incautos ad ſua ipſius deſideria adimplenda abducere. Vtitur autem naturalibus hominis motibus, quemadmodum in ipſo domino facere conatus eſt, cum ſentiret ipſum eſurire, dicens: Si filius dei es, dic ut lapides iſti panes fiant. Prohibitis uerò affectionibus, ut in Iuda, quẽ ubi amore pecuniæ laborare cognouit, hac uſus affectione, ad lapſum proditionis auidũ pecuniæ per tringita denarios argenteos impulit ac confecit. Quòd autem mala ex nobis ipſis pullulent, clarè oſtendit dominus: Ex corde enim, inquit, egrediuntur cogitationes prauæ. Contingit autem hoc illis, qui per negligentiam naturalia bonorum ſemina inculta relinquunt. Quemadmodum in prouerbijs dictum eſt: Vir inſipiens inſtar agricolationis eſt, & homo mẽtis inops ſicut uinea. Si negligas ipſum, deſolabitur, & ueluti totus inculto gramine luxuriabitur, & reddetur deſertus. Animam autem tali negligentia deſolatam ac deſertam neceſſariò conſequitur tandẽ ſpinas ac tribulos proferre, ut illi quod in Propheta dictum eſt competat: Expectaui ut faceret uuas, fecit autem ſpinas, de qua & antea dictum eſt illud: Et plantaui uineam Sorech, id eſt, electam. Conſimile aliquid & apud Hieremiã inuenire eſt, qui ex perſona domini dicit: Ego plantaui ui-
B neam fertilem, totam ueram. Quomodo auerſa es in amaritudinem uitis aliena?

An utilitatis alicuius gratia mentiendũ ſit. QVAEST. LXXVI.

SENTENTIA domini hoc non permittit, in ſumma dicentis: Mendaciũ eſſe ex diabolo: differentiam autem mendacij nullam oſtendentis. Et Apoſtolus teſtificatur, cum ſcribit: Et ſi certet quis, non coronatur, niſi legitimè certauerit.

Quid ſit dolus, & quid moroſitas. QVAEST. LXXVII.

MOROSITAS eſt, ut arbitror, prima & occulta malitia ingenij: dolus uerò ſtudium inſidiandi, quando quis bonum aliquid ſimulans, illudq; ineſcãdi gratia obijciens, ex eo inſidias ſtruit. δόλος & κακοήθεια.

Excogitatores malorum qui ſint. QVAEST. LXXVIII.

QVI præter conſueta & nota mala, adhuc alia quædam excogitant & inueniũt.

Si quis continuè ſeipſum accuſat, quòd durũ ſe erga fratrem exhibeat, quomodo ſit emendandus. QVAEST. LXXIX.

HOC VICII contingit, ut ex ipſo colligo, uel ex animo eminentiam aliquam imaginante, uel ex animi mœſtitia de eo concepta, quòd non perficiuntur quæ debentur. Quòd enim contra ſpem alicuius boni accidit, quaſi contrarium ac triſte accidit, uehementer admodum animum cruciat. Maiore autem cura opus habet, qui talis eſt, ut ſi quod prauum dixi, in cauſſa ſit, affectum ſuperbiæ caſtigemus, ſi uerò alterum, indignationi commiſerationis affectum hortantes & admonentes pręmittamus. Quòd ſi modus iſte curãdi nihil uidebitur efficere propter ſubiecti morbi malitiam, tum deinceps indignationis uehementia, adiuncta compaſſione, ad utilitatem & correctionem delinquentis tempeſtiuè & cum ratione utemur.

Vnde

Vnde ſit quòd animum deſtituunt cogitationes bonæ, & curæ deo gra- C
tæ, & quomodo cauendũ ſit, ne id nobis accidat. QVAEST. LXXX.

DICENTE Dauide, dormitauit anima mea præ tædio, manifeſtum eſt quòd hoc mali ex dormitatione & ſtupore animæ accidat. Vigilem nanque ac ſobriam animam nõ deſtituit cura deo placens & cogitatio bona, ſed ſeipſam magis talibus non ſufficere ſentit. Si nanq; corporis oculus uel modicorum quorũdam opificiorum dei aſpectu ſatiari nequit, nec uidiſſe ſemel ſatis eſt, ſed iuuat uſq; morari, quãto magis mentis oculus, ſi peruigil ſit & ſobrius, non ſufficiet ad contuenda mirabilia & iudicia dei. Nam iudicia tua, inquit, abyſſus multa. Et alibi: Admirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, præualuit, non potero illam aſſequi. Et multa conſimilia. Si uerò deſtituunt animam cogitationes bonæ, liquet quòd deſtituerit eam mentis illuminatio: non ex defectu illuminantis, ſed propter dormitationem eius quod illuminari debet.

An ex æquo ſint increpandi, & qui religioſus eſt, & qui negligens eſt, omnia ſusq; deq; ferens, ſi utriq; in eodem peccato deprehendantur. QVAEST. LXXXI.

SI RESPEXERIMUS ad animũ peccantis, & modum peccati, cognoſcemus etiã modum increpationis. Licet enim idẽ uideatur eſſe & contemptoris & religioſi peccatum, multũ tamen inter illos eſt diſcriminis. Nam religioſus, cum ſit timens dei, & certet, ac luctetur pro beneplacito dei obtinendo, caſu fit, & ferè contra animi ſententiam, ut impingat & labatur. Cõtemptor uerò ille nullam habens nec ſui ipſius, nec dei rationem, nec quicquam diſcernens inter peccatum & recte factum, ſicut indicat ipſum nomen ἀδιάφορος, primarijs ac magnis malis laborat, aut contemptu D ſcilicet dei, uel quòd nõ credit eſſe deum. Nam iſta duo cauſſam dant animę ad peccandum, quemadmodum ſcriptura teſtatur alicubi, dicens: Impius ut peccet in ſeipſo, non eſt timor dei ante oculos ipſius. Alibi uerò: Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt deus. Corrupti ſunt, & abhominabiles facti in ſtudijs ſuis. Itaq; uel cõtempſit deum, atq; ideo peccat, uel eſſe deum negat, & hac ratione in ſtudijs ſuis corrũpitur, etiam ſi uideatur cõfiteri deum. Profitentur enim, inquit, ſe ſcire deum, factis uerò negant. Quæ cum ita habeant, arbitramur & modũ increpationis cõformem eſſe debere talium differentiæ. Nam religioſus quidem modico quodam in loco, ac præſentaneo auxilio opus habet, & ea in cauſa, ad quam per errorem delapſus eſt, increpationem ſufferre debet, contemptor uerò ἀδιάφορος ille, in quo totũ animæ bonum corruptum ac deprauatum eſt, qui & capitalibus malis laborat, aut debet, ut contemptor, ſicut dixi, uel ut incredulus contriſtari, & admoneri, & increpari, donec certus reddatur, uel quòd deus ſit iuſtus iudex, ut illũ timeat, uel quòd omninò ſit deus, ut animo percellatur & conſternetur. Et hoc autem ſciendum eſt, quòd delicta religioſis plerunque per diſpenſationem utilitatis gratia accidunt, deo illos aliquando labi permittente ad curandũ elationis uitium, ne per illud occupẽtur, quale eſt quod ab Apoſtolo Petro dictum eſt, & in illo factum.

An, quia ſcriptum eſt, mulieres natu grandiores ut matres, ſi contingat grandiorem natu idem cum iuniore peccare, an eadem quoque increpatione corripi debeat. QVAEST. LXXXII.

APOSTOLVS mulieres natu grandiores honorare quidẽ docuit ut matres, non autem

A non autem ut increpatione dignum quid facientes. Si uero aliquando acciderit, ut grandior natu idem peccet quod minor natu, cognoſcenda primũ naturalia ſunt, ut ita dicam, ætatis uitia, atq; ita competentem utriq; ætati increpationis modum ſtatuere, utpote, naturale ferè eſt ſenectutis uitium pigrities, non autem & iuuentutis: ſicut uiciſſim mentis euagatio, perturbatio & confidentia, & quæ eiuſmodi ſunt alia, iuuentuti cognata ſunt non ſenectuti, & ſuſtentari atq; ali uidentur ex feruore qui naturaliter ineſt iuuentuti. Itaq; ſi eodem deſidiæ uitio laboret utraq; grauiori increpatione digna erit iunior, cũ nihil excuſationis habeat ex ætate: ſi uero idem utriuſque uitium ſit mentis euagatio aut confidentia, aut perturbatio, maiore increpatione digna erit grandior natu, cui & ipſa ætas ad manſuetudinem & placiditatem opitulatur. Præterea & modus peccati & affectus dilinquentis in utraque perſona expendendus eſt, atque ita & competens curæ modus per accommodatam increpationem exhibendus.

Si quis multa quidem rectè egerit, in uno tamen labatur, quomodo ſit tractandus. QVAEST. LXXXIII.

SICVT Petrum tractauit Dominus.

Si quis moribus ſuis turbas & tumultuationem generet, & huius gratia correptus Deũ dicat quoſdam feciſſe bonos, quoſdam uero malos, an rectè dicat. QVAEST. LXXXIIII.

TALIS ſenſus iam olim ut hæreticus declaratus & iudicatus eſt. Blaſphemus quippe eſt & impius, & animã cõſtituens ad peccandũ procliuẽ. Aut igitur emendetur, aut tollatur de medio, ne modicũ fermẽti totã conſperſionẽ fermentet.

B An in contubernio fratrũ liceat aliquid habere proprij.

QVAEST. LXXXV.

CONTRARIVM hoc eſt teſtimonio credentium quod habent in Actis, ubi ſcriptum eſt. Et nemo quicquam ſuarum facultatum ſibi dicebat eſſe proprium. Qui ergo ſuum eſſe aliquid dicit, alienum ſeipſum ab Eccleſia Dei conſtituit: & à charitate Chriſti, qui & uerbo & opere nos docuit, ut animam ſuam quiſque ponat pro amicis nedum quæ extra illam ſunt.

Si uero dicat quiſquam, nec ſumam aliquid de bonis fratrum, nec mea alijs dabo ſed mea facultate cõtentus ero quid erga hũc ſit ſtatuendũ.

QVAEST. LXXXVI.

SI non obtemperauerit doctrinæ Domini dicentis: Diligite uos inuicem, ſicut ego dilexi uos, obtẽperabimus nos Apoſtolo dicenti: Tollite eũ qui malus eſt de medio ueſtri, ne modicũ fermenti totam conſperſionem fermentet.

An liceat cuique, ubi uelit, uetus dare indumentum uel calciamentũ contra mandatum QVAEST. LXXXVII.

DARE aliquid aut accipere etiam iuxta mandatũ nõ eſt cuiuſuis, ſed eius qui ad hoc probatus diſpenſandi iſta munus accepit. Hic itaq; ſiue uetus ſiue recens indumentum pro cuiuſq; opportunitate uel dabit uel accipiet.

Quæ ſit temporaria cura? QVAEST. LXXXVIII.

QVAECVNQ; cura & ſolicitudo, etiam ſi nihil uetiti uideatur complecti, quę ad pietatem nihil facit temporaria eſt. μέριμνα βιωτικὴ cura ad uictũ pertinẽs

Scriptum eſt, redemptio animæ uiro ſunt propriæ diuitiæ. Nobis autẽ

ggg hoc

hoc nō ſucceſſit. Quid igitur faciemus? QVAEST. LXXXIX. C

QVOD ſi neq; ſtudio iſtud præſtare potuimus, memores ſimus quid ad Petrum reſponderit Dominus, cum eadem in re eſſet anxius, ac dixiſſet. Ecce nos reliquimus omnia & ſequuti ſumus te: Quid ergo erit nobis? Reſpondit autem illi Dominus ad hūc modum. Quiſquis reliquerit domum aut fratres, aut ſorores, aut patrem uel matrē uel liberos aut agros propter me & Euangeliū, centuplicata recipiet, & uitam æternam poſſidebit. Si uero per negligentiam hoc non fecimus, uel nunc ſtudium illius oſtendamus. Si autē nec opportunitas huius nec facultas amplius eſt, ſoletur nos Apoſtolus dicens: Non quæro ueſtra ſed uos.

An liceat habere nocturnum indumentum uel laneum uel mutatoriū. QVAEST. XC.

SI quidem lanei uſus ſua habet tempora (non enim corporalis neceſſitatis gratia, ſed ad affligendam & humiliandam animam uſus talium eſt) bina uero habere indumenta prohibitum eſt, an præter prædictam cauſam iſtorum poſſit haberi uſus, quiſq; apud ſeipſum reputet.

Si frater, cui nihil eſt proprium, rogetur à quoquam, ut indumentum det quod geſtat, quid facere debeat, maximè ſi nudus ſit qui id petit. QVAEST. XCI.

SIVE nudus ſit ſiue miſer, ſiue ex neceſſitate id petat, ſiue ex auaritia, ſemel dictū eſt, nō eſſe cuiuſuis uel dare uel accipere, ſed eius qui ad hoc probatus munus iſta diſpenſandi accepit. Cuſtodiatur illud, unuſquiſq; in quo uocatus eſt, in illo & maneat.

Cum Dominus iubeat facultates proprias uendere, quo illud reſpectu D fieri debeat, an eo, quod facultates terrenæ naturaliter noceant, uel, quod animā per illas diſtrahi contingat. QVAEST. XCII.

AD iſta primum hoc dicendum eſt, quod quicquid in facultatibus terrenis eſt, ſi in ſeipſo malum eſſet, creatura Dei nō eſſet. Nam omnis creatura Dei bona eſt, nec quicquā abijciendū. Deinde quòd præceptū domini talia nō iuſſit tanquā mala abijcere & fugere, ſed diſpēſare. Nec condēnatur quiſquā quòd iſtas facultates habuit, ſed quod male circa illas affectus fuit, aut quod illis non bene eſt uſus. Animus enim erga illas liber & ſanus, & diſpenſatio illarum iuxta præceptum Dei, ad multa nobis eaq; ſummè neceſſaria utilis eſt. Aliquando quidē ad expurgationem peccatorū, unde & ſcriptū eſt, ueruntamen quod ſupereſt date eleemoſynam & ecce omnia munda ſunt uobis: aliquando uero ad acquiſitionē regni cœlorum, & poſſeſſionem theſauri indeficientis iuxta quod alio in loco dictum eſt: Noli timere puſille grex, quoniam placuit patri ueſtro cœleſti dare uobis regnum. Vendite quæ poſſidetis & date eleemoſynam: facite uobis ſacculos qui nō ueteraſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis.

Quo animo uitæ neceſſarijs uti debeat, utpote ueſtitu ac cibo, qui ſemel renunciauit omnibus ſuis bonis, & nihil ſe proprij habiturum profeſſus eſt. QVAEST. XCIII.

RECORDARI debet, eſſe Deum, qui, ut ſcriptum eſt, dat eſcam omni carni, Curandū tamē eſt, ut uelut operarius Dei dignus ſit cibo ſuo, eoq; nō in propria poteſtate poſito, ſed ab eo, qui hāc curā cōmiſſam ſibi accepit, in tēpore & mēſura diſpen

A diſpenſato, ſicut ſcriptum eſt: Dabatur autem unicuiq; iuxta quod opus erat.

Si quiſquam relictis tributis ad contubernium fratrum ſe contulerit, cognati autem ac domeſtici eius illius nomine poſtulati adfligantur, an hoc nihil adferat diſcriminis aut damni uel ipſi uel fratribus qui eum ſuſceperunt. QVAEST. XCIIII.

DOMINVS noſter Ieſus Chriſtus ad eos qui, num cenſum Cæſari dare liceret, rogabant, reſpondit, oſtendite mihi denarium. Cuius habet imaginem & inſcriptionem? Dicentibus autem, Cæſaris, reſpondit: Reddite igitur quæ Cæſaris ſunt Cæſari, & quę Dei Deo. Cum ergo ex hoc Chriſti reſponſo manifeſtum ſit quod Cæſaris imperio ſubiectos eſſe debere demonſtratum eſt, apud quos quæ Cæſaris ſunt reperiuntur, ſi quidem tale quid quod ſit Cæſaris & iſte ſecum adferens ad fratres uenit, debitor eſto ſoluendis tributis. Si uero domeſticorum ſuorum poteſtati relictis omnibus abijt, nihil prorſus diſcriminis aut hæſitationis ſit uel ipſi, uel fratribus, à quibus eſt ſuſceptus.

An conducat, ut qui recens acceſſerunt confeſtim ſcripturas diſcant. QVAEST. XCV.

ET de iſta quæſtione ex prædictis ſtatuatur. Neceſſarium enim eſt & conſonum ut ex ſacra quiſque ſcriptura quod neceſſe ſit diſcat, cum ad pietatis plerophoriam, tum ne adſueſcat humanis traditionibus.

An permittendum ſit cuilibet uolenti literas diſcere, uel lectionibus attendere. QVAEST. XCVI.

CVM Apoſtolus dicat, ne quæ uultis eadem faciatis, in quacunq; re quod ex
B propria uoluntate eligitur, alicui permittere noxium eſt. Quicquid autem à præpoſitis approbatum eſt, ſuſcipiendum eſt, etiamſi ſit præter animi noſtri ſententiam. Incredulitatis uero crimen, & iſti competit, dicente Domino: Sitis parati quoniam qua hora non putaueritis filius hominis ueniet. Liquet enim quòd tempora uitæ ſibi ipſi præſcribat.

Si dicat quiſquã, cupio apud uos modico tẽpore hærere, & aliquid ædificari, an ſuſcipiendus ſit. QVAEST. XCVII.

CVM Dominus dicat, eũ qui uenit ad me non eijcio foras, & Apoſtolus, propter ſubinductos falſos fratres qui quidẽ ſubingreſſi ſunt explorare libertatẽ noſtram quã habemus in Chriſto Ieſu, ut in ſeruitutem nos adigerent, quibus ne ad horã quidẽ ceſſimus per ſubiectionẽ, ut ueritas Euangelij maneret apud uos, cõcedere illi acceſſum conſentaneũ eſt, & propter ambiguũ exitũ. Nam ſæpenumero ex tali tẽporis ſpatio tantũ utilitatis capiet qui eiuſmodi eſt, ut prorſus huius uitæ inſtituto aſſentiatur, ſicut plerunq; accidit, deinde & ad hoc faciet, ut noſtrũ pietatis ſtudium ei innoteſcat, qui ſiniſtris forſan erga nos ſuſpicionibus laborauit. Neceſſe aũt eſt ut & erga ipſum maiore quoq; cura præditã diligentiã ſeruemus, ut & ueritas pateſiat, & omnis negligẽtiæ ſuſpicio tollať. Nã hoc pacto & nos Deo gratificabimur, & ille uel ædificabitur ad meliora, uel arguetur.

Quo animo præditus eſſe debeat præpoſitus, in ijs quæ uel præcipit uel ordinat. QVAEST. XCVIII.

ERGA Deũ quidẽ animatus eſſe debet tanquã miniſter Chriſti & diſpenſator myſteriorũ Dei, metuens ne quid præter uoluntatẽ Dei in ſcripturis certo expreſſam uel dicat uel inſtituat, & inueniatur falſus teſtis Dei, aut ſacrilegus, in eo quod

aut inducit alienum quid à doctrina Domini, aut omittat aliquid placitorum dei. C
Erga fratres uero, ita ſit affectus, ut ueluti nutrix fouet liberos ſuos, ita cupiat uni- cuique adminiſtrare quod & Deo placeat & communiter omnibus proſit, & non ſolum Euangelium Dei illis tradere, ſed & ſuam ipſius animam, ſecundum mandatum Domini ac Dei noſtri Ieſu Chriſti, qui dixit: Mandatum nouum do uobis ut diligatis uos inuicem, ſicut ego dilexi uos. Maiorem hac charitatem nemo habet, ut animam ſuam quis ponat pro amicis ſuis.

Quo affectu increpare debeat qui increpat. QVAEST. XCIX.

ERGA Deum affectus eſſe debet, quomodo Dauid erat cum diceret, uidebam inſipientes & tabeſcebam, quoniam eloquia tua non cuſtodiebant. Erga eos uero, quos increpat, quomodo affectus eſt pater, & medicus, cum animi compaſſione & cōmiſerationis ſenſu prudenter curans proprium filium, & maximè quando triſtitia obtinet, & moleſta eſt curandi ratio.

Quomodo abſoluendi ſint qui aliunde ad nos ueniunt & aliquid petūt, & an cuilibet uolenti, panē uel quicquid aliud, dare liceat, aut an id muneris uni alicui ſit iniungendum. QVAEST. C.

CVM Dominus pronuntiauerit quidem ac dixerit: Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & proijcere ante canes, approbauerit uero quod à muliere ſubiectum eſt, nempe: Etenim & catelli edunt de micis quæ cadunt de menſa Dominorum ſuorum, qui erogationis huius munus accepit, cum certo iudicio & cautè hoc obeat. Quicunque uero præter huius ſententiam id fecerit, tanquam ordinis labefactator increpetur, donec deputatum ſibi locum conſeruare didicerit, dicente Apoſtolo. Quiſque in quo uocatus eſt, in eo maneat. D

An cui diſpenſatio eorum cōmiſſa eſt quæ Deo offeruntur, neceſſariò debeat implere illud: Omni petenti te dato, & eum qui uult abs te mutuum accipere ne auerſeris. QVAEST. CI.

ILLVD, Omni petenti te dato, & uolentem abs te mutuum accipere ne auerſeris, quaſi tentationis locum habet, ſicut quæ conſequenter coniuncta ſunt oſtendūt, & aduerſus malos præceptum eſt non præcipuè ſed in caſu ſeruandum. Nā primarium ac præcipuum mandatum Domini eſt, uende quæ habes, & da pauperibus. Et iterū, uēdite quæ habetis, & date eleemoſynā. Si uero quod alijs deſtinatum eſt ad alios transferre periculo nō caret, dicēte Domino, nō ſum miſſus niſi ad oues quæ perierūt domus Iſraël. Et, non eſt bonū ſumere panē filiorū & proijcere ante canes, cur nō ex ſeipſo quiſq; hic quod iuſtū eſt iudicat?

An qui à fratribus quacunq; ratione diſcedit, obſecratione ſit detinendus, uel nō ſit, & ſi ſit, in quibus cauſis hoc fieri debeat. QVAEST. CII.

QVONIAM Dominus dicit: Eū qui uenit ad me, non eijcio foras. Et iterū. Non opus habent, qui ſani ſunt medico, ſed qui malè habent. Et alibi. Quis ex uobis habens centū oues, ſi una ex ipſis aberret non relinquit reliquas nonaginta nouē, & profectus quærit errantē, donec illam inueniat? omnibus modis oportet infirmū curare, & ſatagere ut luxatū, ut ita dicam, membrū ſuo loco reſtituatur. Si uero in malitia permanſerit, quæcunq; illa ſit, dimittendus eſt tanquam alienus. Scriptū enim eſt. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœleſtis eradicabitur. Omittite illos, cæci ſunt.

Quòd ſenioribus quidē ad mortē uſq; obediendū ſit, iā edocti ſumus. Quo

A Quoniam uero contingit ut & ipſe preſbyter aliquando in quibuſdam labatur, an arguendus ſit,& quomodo,& à quibus doceri petimus,& ſi nolit argui,quid ſit faciendum. QVAEST. CIII.

DE iſtis dilucidè dictum eſt,ubi fuſius ad hæc reſpondimus.

Quomodo curas oporteat demandare fratribus, an ita ut ſolus præpoſitus explorationem faciat,uel fratres quoq; ſuffragentur. Conſimiliter & de ſororibus. QVAEST. CIIII.

SI quod quiſq; ſentit,& alijs illud iudicandũ exponere didicit,multo magis talia cũ approbatione eorũ fieri debẽt,qui iudicio ualẽt,ut diſpenſatio dei ,quæ ſecundũ Deũ probatis cõmitti debet,ijs cõmittatur qui huius iam experimentũ aliquod dederunt, quod poſſint cõmendatum munus pro beneplacito domini ritè diſpẽſare. Et omninò in omnibus recordari debet prępoſitus ſcripturæ quæ dicit:Omnia fac cũ conſilio.

An confeſtim ad artificia ſint inſtituendi,qui in contubernium fratrum aſſumuntur. QVAEST. CV.

HOC iudicabunt præpoſiti.

Quibus utendũ ſit increpationibus ad coërcendũ delinquẽtes. QVAE. CVI.

PER præpoſitorũ iudiciũ declaratur & tempus & modus increpandi, cũ ſecundũ ætatẽ corporis & habitum animæ,tum ſecundum peccati differentiam.

Si quis dicat ſe deſiderio teneri,ut in cõtubernio fratrũ uiuat, impediri tamẽ cura cognatorũ ſecundũ carnẽ: aut etiã quod uectigalibus obnoxius ſit, ne ſemel ſe tali uitæ cõuerſationi dedat,an concedendũ illi ſit,ut ad fratres ingrediaẽ. Q. VII.

BONI quidẽ deſideriũ impedire periculo nõ caret. Verũ neq; hoc periculo caret,

B ſi ingreſſo ad fratres opportunitas detur externa & aliena à uita Dei fabulandi. Si uero ingreſſus ijs ſe tradiderit qui intus ſunt, nihil adferens rerum externarum,melioris ſpei indicium habet.

An liceat præpoſito,extra præſentiã præpoſitæ, ſorori cuidam, quæ ad fidei ædificationem faciant,loqui. QVAEST. CVIII.

IN iſtis nõ ſeruaẽ mandatũ Apoſtoli,dicẽtis: Omnia honeſtè & ordine fiant.

An liceat præpoſito continuè cũ præpoſita commentari, & maximè ſi quidam ex fratribus ex eo lędantur. QVAEST. CIX.

QVONIAM Apoſtolus dicit:ut quid libertas mea iudicatur ab alterius conſciẽtia? bonũ eſt imitari ipſum dicentem. Non ſumus uſi hac poteſtate,ne offendiculo ſimus Euangelio Chriſti, & cõgreſſus habere rariores, & qui breuibus abſoluantur.

An debeat & quæ natu grandior eſt adeſſe,ubi ſoror aliqua ſeniori confitetur. QVAEST. CX. ἐξομολόγησις.

HONESTIVS & religioſius per ſororẽ natu grandiorem confeſſio fiet Seniori, qui ritè ualeat de reſipiſcẽtiæ & emendationis modo admonere.

Si ſenior aliquid inter ſorores fieri mandet ſine cõſcientia ſororis natu grandioris,an illa hoc merito indignè ferat. QVAEST. CXI

ET ualde merito.

An conſentaneũ ſit præpoſitũ ſine cõſcientia fratrũ accedentem aliquem ſuſcipere,uel an & cum ipſis primum hac de re conferre debeat. QVAEST. XII.

DOMINUS docet,cõuocandos eſſe amicos & uicinos ſuper reſipiſcẽte. Itaq; multo magis hic neceſſariũ eſt, ut cũ eorũ cõſcientia qui eiuſdẽ ſunt propoſiti ſuſcipiatur qui accedit,ut & inuicem ſibi congratulentur,& coadunentur.

An qui animarũ curam ſuſtinet poſſit illud ſeruare, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, quoniam multis & uarijs perſonis præpoſitus eſt. QVAEST. CXIII. C

QVONIAM ſapientiſſimus Salomon dicit: Omni rei ſuũ tempus eſt, ſcire oportet, & humilitatis & poteſtatis & correctionis & admonitionis & miſericordiæ & fiduciæ & comitatis & ſeueritatis, & in ſumma, cuiuſq; rei propriũ & peculiare tempus eſſe, ut aliquando conueniat humilitatẽ oſtendere, & paruulos per humilitatẽ imitari, & maximè, quando tempus eſt mutuo honorandi, officia præſtandi, corpora curandi, & quæ illorum ſunt adminiſtrandi, ſicut Dominus docuit: aliquando uero poteſtatẽ utendum ſit, quã dedit Dominus ad ædificationẽ nõ ad deſtructionẽ, quando neceſſitas fiduciã exigit, & quod aliquando obſecrationis comitatẽ, aliquando contra ſeueritatis zelum oſtendere oporteat. Et in ſingulis alijs cõſimiliter.

Cum Dominus præcipiat dicens: Si quis te adegerit ad milliariũ unũ, uade cũ illo duo, & Apoſtolus doceat ut ſubditi ſimus alius alij in timore Chriſti, an cuiuis, quiſquis ſit, præcipiẽti obediendũ ſit. QVAEST. CXIIII.

PRAECIPIENTIŨ quidẽ differentia nihil debet lędere obedientiã eorũ quæ præcipiuntur. Neq; enim Moſes inobediens fuit Iethro bona conſulenti. Eorũ uero quæ præcipiuntur cũ non modica ſit differẽtia (Nam alia præcepto Domini cõtraria ſunt, uel corrumpentia illud, uel admixtione eorũ quę uetita ſunt ſæpenumero conſpurcantia: alia coincidunt præcepto, alia uero etiamſi non apertè coincidant cõducunt, tamẽ & quaſi quoddã ſubſidiũ adferunt præcepto) neceſſe eſt meminiſſe Apoſtoli dicẽtis, prophetias nolite contemnere. Omnia uero probantes, quod bonũ eſt retinete, ab omni opere malo abſtinete. Et iterũ: Conſilia demolimur, & omnẽ altitudinẽ, quæ extollitur cõtra ſcientiã Dei, & captiuamus omnẽ cogitationẽ ad obediendum Chriſto. D Itaq; ſi iubeamur aliquid quod coincidat mandato Domini, aut ad illud conducat, diligentius ac ſtudioſius illud complecti oportet, tanquã uoluntatẽ Dei, adimplentes illud, ſufferentes alius aliũ in charitate Chriſti. Si uero contrariũ aliquid præcepto Domini iubeamur à quoquã, quod illud uel corrumpat uel conſpurcet, opportunũ erit dicere: Obedire oportet Deo magis quàm hominibus, memores Domini dicentis, alienum nõ ſequentur, ſed fugiẽt ab eo, quoniã nõ nouerũt uocẽ alienorũ, & Apoſtoli, qui pro noſtra cautione & angelos nõ dubitat perſtringere, cũ dicit: Etiamſi nos ipſi, aut angelus aliquis è cœlo euangelizauerit uobis præter illud quod uobis euangelizauimus, anathema ſit. Ex quibus docemur, ſi quiſquã quod à Domino præceptũ eſt prohibeat aut ad, id quod ab ipſo uetitum eſt, ſolicitet, etiamſi admodum germanus, aut uehementer ſplendidus ac glorioſius ſit, fugiendum, aut etiam abominandum eſſe debere cuilibet diligenti Dominum.

Quomodo alius alij obedire debeat. QVAEST. CXV.

SICVT ſeruus Dominis, iuxta quod à Domino præceptũ eſt ubi dicit. Qui uult inter uos eſſe magnus, ſit omniũ poſtremus, & omniũ ſeruus. Quibus quod ſuſpiciendũ magis eſt ſubiungit: Sicut filius hominis nõ uenit ut ſibi miniſtrerẽt, ſed ut ipſe miniſtret, & iuxta quod ab Apoſtolo dictũ eſt, per charitatẽ ſpiritus alius alij ſeruiat.

Quouſque obediendum ſit iuxta canonem diuini beneplaciti. QVAEST. CXVI.

APOSTOLVS hoc oſtendit, ubi nobis obedientiam Domini qui factus eſt obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis, ita propoſuit ut præmiſerit illud: Hoc

ſentite

A ſentite inter uos quod & in Chriſto Ieſu.

Si quis nō ſatisfaciens quotidianis ad præſcriptū mandatū iuſſionibus artificiū diſcere cupiat, quo affectu laboret, & an ſit ferendus. Q. CXVII.

TALIS & præfractus eſt, & ſibijpſi placens, & perfidus eo quòd non eſt ueritus iudicium Domini dicentis: Eſtote parati, quia qua hora non putaueritis, filius hominis ueniet. Nam ſi quis quotidie & omni hora Dominum expectauerit, ſolicitus erit, ne hodiernum quenq; diem otioſum abire ſinat, nec quicquam amplius curabit. Si uero iuſſus fuerit artificium addiſcere, iam in obedientia fructum habeat diuini beneplaciti, & non in dilatione iudicium.

Quid mercedis habeat, qui licet ſtudioſus ſit mandato & operi, operetur autem non quod iubetur ſed quod uult. QVAEST. CXVIII.

EAM ſcilicet quā meretur admirator ſui ipſius. Cum uero Apoſtolus dicat unuſquiſq; ueſtrū proximo placeat in bono ad ædificationē, & adhuc abundantius nos pudefaciat, cū ſubdit: Nam & ipſe Chriſtus nō ſibi ipſi placuit, periculum ſuū agnoſcere debet is, qui ſeipſum admiratur. Conuincitur aūt idem, quod & inobediens ſit.

An cuiuis liceat quod demandatum eſt opus recuſare, & aliud petere. QVAEST. CXIX.

CVM obedientia, ut dictum eſt, menſuram ſuā habeat ac metam uſq; ad mortem, qui quod demandatur recuſat & aliud requirit, primū quidem obedientiā labefactat: & manifeſtum facit, quòd nondum abnegauerit ſeipſum. Deinde & aliorum plurium malorū cum ſibi ipſi tū reliquis cauſam reddit. Nam & reliquis ualuas aperit rebellionis, & ſeipſum ad illam aſſuefacit. Et alioqui, quoniā non poteſt quiſq; quod prodeſt B iudicio ſuo probare, fit ſæpenumero ut ſibi ipſi quis quod noxium eſt eligat. Adhæc & ſiniſtram fratribus ſuſpicionē mouet, quod plus afficiatur operi quod petit, quā in quibus neceſſariò debet cooperari. Itaq; in uniuerſum multorū & magnorū malorū radix eſt inobedientia. Si uero rationis aliquid habere ſe putat, ob quā iniunctum opus recuſet, aperiat illud prępoſitis, & illorum iudicio acquieſcat.

An aliquo abire liceat, ſine ſubmonitione & cōſcientia præpoſiti. Q. CXX.

CVM Dominus dicat, neq; eñ à meipſo ueni, ſed ille me miſit, quanto magis nemo ſibi ipſi aliquid permittere debet? Qui eñ arbitrio ſuo quod uult permittit, manifeſto arrogantiæ morbo detinetur, & obnoxius eſt iudicio domini dicētis, quòd inter homines altum eſt, abominatio eſt coram Deo. Omnino quicquam proprio arbitrio permittere, crimen habet.

An grauiora opera recuſare liceat. QVAEST. CXXI.

QVI in dilectione erga Deum ſyncerus eſt, & de mercedis retributione, quæ à Domino expectatur, certò perſuaſus, non contentus eſt ijs quæ facit, ſed ſemper additionē requirit, & plura deſiderat. Etſi quid ſupra uires facere uideatur, nō tamē ſecurus eſt, quaſi iuſtā adimpleuerit menſurā, ſed ſolicitus eſt, tanq; qui nondū quod iuſtū eſt plenè pæſtiterit, Dominū audiēs præcipientē ac dicentē: Si quādo feceritis omnia quę uobis ſunt mandata, tunc dicite, ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere fecimus. Cum aūt Apoſtolum, cui mundus crucifixus erat, & ipſe mundo, non pudeat dicere: Ego meipſum nondum reputo apprehendiſſe. Vnum autē illud ago, ea quidem quæ à tergo ſunt oblitus, ad ea uero quæ à frōte ſunt enitens, iuxta præfixū ſignū inſequor ad brabiū ſupernę uocationis Dei in Chriſto Ieſu, qui tametſi poteſtatem haberet, Euangeliū annuntians ex Euangelio quoq; uiuere, in labore tamē, inquit, & moleſtia

ſumus noctes atq; dies operantes,non quòd poteſtatem non habeamus,ſed ut noſi-pſos uobis formã demus,ut nos imitemini, quis ita impudens & perfidus erit ut iam factis contentus ſit,aut aliquid tanquam graue aut laborioſum recuſet? C

Si quis priuatione eulogiæ multatus dicat, niſi eulogiam accepero,non edam,an ferendus ſit. QVAEST. CXXII.

AN erratũ illius tantã multã promeruerit,ut & à cibo prohibeatur, qui illum multat omnino iudicabit. Si uero,ſola eulogia indignus quis iudicatus, permiſſum cibum edere noluerit,tanq; immorigerus in illo & cõtentioſus iudicet,ſeipſum ſimul prodẽs, ut agnoſcat,quòd nõ ſeipſũ curet hoc quærens,ſed peccatũ peccato adiũgat.

Si quis contriſtetur non permiſſus facere quòd aptè facere nequit,an ſit ferendus QVAEST. CXXIII.

DE hoc multis in locis dictum eſt, quòd omnino, proprio uti arbitrio aut illi aliquid permittere,ſit præter ſanam doctrinam,& plurium iudicio & calculis non ſubijci contumaciæ & rebellionis periculum habeat.

An ſi contingat cum hæreticis aut Gentilibus aliquando congredi, liceat cum illis comedere,aut eos ſalutare? QVAEST. CXXIIII.

HAC cõmuni quidẽ ſalutatione nemine ſalutare prohibuit Dominus,dicẽs: Si ſalutaueritis amicos ueſtros tantũ,quid amplius facitis? Nõ & ethnici hoc faciũt? De eo uero an cũ illis comedendũ ſit,mandatũ habemus Apoſtoli cũ quibus nõ ſit edendũ, ubi dicit: Scripſi uobis in Epiſtola, ne cõmiſceremini fornicatoribus,nõ aũt prorſus fornicatoribus mũdi huius,aut auaris,aut rapacibus,aut ſimulacrorũ cultoribus. Alioqui deberetis è mundo exire. Nunc aũt ſcripſi uobis ne cõmiſceremini. Quòd ſi quis cum frater nominetur,aut fornicator, aut auarus,aut ſimulacrorũ cultor, uel conuitiator, uel temulentus,uel rapax fuerit,cũ eiuſmodi ne cibũ quidẽ ſumite. D

Si quis nõ admonito præpoſito, aliquid fecerit præter uel ſupra demandatum opus,an opus illud ſit ſuſcipiendũ. QVAEST. CXXV.

OMNINO Deo diſplicet,ſi quis ex ſeipſo aliquid uſurpet,& neq; decorũ eſt,neq; cõducit ijs qui uinculis pacis cuſtodire ſatagunt. Si uero pertinax permanſerit, profuerit tollere opus illius. Nõ eñ ſeruat præceptũ dicẽtis: unuſquiſq; in quo uocatus eſt fratres,in eo & maneat, & quod urgentius eſt & argutius, ne ſapiatis præterquã oportet ſapere,ſed ſapiatis ad ſobrietatẽ,ſicut unicuiq; Deus partitus eſt menſurã fidei.

Quomodo ſit cauendũ,ne quis in eſcis ſuperet affectu uoluptatis Q. CXXVI.

SI ſtatuat utilitatis rationem,perpetuam habere ductricẽ & magiſtrã eorum quæ in uſum ſumuntur,ſiue iucunda ſint ſiue iniucunda.

De eo quòd quidã impoſſibile dicũt homnẽ nõ iraſci. Q. CXXVII.

AN poſſibile eſt militẽ in ipſo Regis cõſpectu iraſci? Quanq; etiã ſi eſſet,neq; ſic tamẽ rationem haberet hic ſermo. Si enim aſpectus hominis, eiuſdẽ conditionis ſecundũ naturã, propter eminentiã dignitatis, hanc affectionem coërcet, quãto magis ſi perſuaſus ſit quiſq;, quòd Deũ habeat propriarum cogitationũ inſpectorem? Exactius eñ Deus, qui corda ſcrutatur & renes, animæ cogitationes intuetur,quàm homo ea quæ in faciẽ cõmittuntur.

Si quis ultra uires uelit continere, ita ut & contra propoſitum mandatum ueniat,an ſit permittendum. QVAEST. CXXVIII.

HAEC mihi quæſtio uidet nõ propriè propoſita. Continẽtia nanq; non eſt in eo ſita ut ab eſcis aſurdis abſtineat,in quo corpori nõ parcit,q ab Apoſtolo eſt reprehenſũ,

ſed

A ſed in perfecto ſeceſſu à proprijs deſiderijs. Quantum uero periculi habeat pro priæ uoluntatis gratia transgredi mandatū Domini, ex dictis Apoſtoli liquet, dicentis, facientes deſideria carnis & cogitationum. Et eramus natura filij iræ.

Si quis multū ieiunet, in refectione uero communem eſcam ferre nequeat, utrum ex duobus eligendum ſit, an ieiunare cū fratribus, & cum illis quoque edere, an propter immoderatum ieiunium, in refectione alijs ac præcipuis eſcis opus habere. QVAEST. CXXIX.

OCCASIO ieiunandi, non ſit cuiuſcꝫ arbitriū, ſed neceſſitas eorū quæ pietatē cōcernunt, ſicut & acta Apoſtolorū cōmemorant, & ab electo Dauide didicimus. Itaque ſi quis iuxta hanc rationem ieiunauerit, omnino etiam hoc accipiet ut poſſit: fidelis enim eſt qui promiſit.

Quomodo ieiunandum ſit, ſicubi neceſſitas eorū quæ ad pietatem requiruntur ieiuniū exegerit, an ieiunandum ſit ex neceſſita[illegible]is co[illegible]ne uel cum animi ſpontanea alacritate. [illegible]AEST. CXXX.

CVM Dominus dicat: Beati qui e[illegible] iuſtitiā, quicquid ad pietatē cōducit, ſi nō cupidè & diligēter perficiatu[illegible] adfert. Itacꝫ periculo nō caret qui nō ex animi ſentētia & alacritate [illegible] & tamē ubi talis occaſionis neceſſitas ieiunium exigit, neceſſe eſt ieiunare, A[illegible]lo cū alijs ſuis uirtutibus, & hoc ad noſtram doctrinā cōnumerante, quod dicit, in ieiunijs ſæpenumero.

An bene faciat qui nō inde reficitur, unde reliqui fratres, ſed aliud requirit. QVAEST. CXXXI.

OMNI no cōtra mandatū eſt, eſcā ſolicitè requirere, dicēte Domino, ne quæratis quid mādu-
B cetis & quid bibatis, nec in ſublime extollamini, & quod plus abſterrere debet. Nā iſta omnia Gentes inquirūt: Eius uero eſt adimplere diligēter illud, dabatur aūt unicuicꝫ, iuxta quod opus habebat, cui horū cura demādata eſt.

Quid ſit, ſi quis dicat, hoc mihi noxium eſt, contriſtatus ſi aliud non detur. QVAEST. CXXXII.

APPARET talē perſuaſum nō eſſe de ſpe Lazari, necꝫ intelligere charitatē eius, cui omniū & ipſius quocꝫ cura cōmiſſa eſt. Prorſus aūt nō debet quiſcꝫ ſibijpſi uſurpare iudiciū uel de noxijs uel utilibus, ſed permittere ut quid cuicꝫ ſit utile iudicet, qui ad hoc deputatus eſt qui præcipuè curabit quod animæ proſit, deinde ſecundo loco quæ ad corporis pertinēt neceſſitatē pro uoluntate Dei diſpenſabit.

Si uero murmurauerit etiā cibi gratia. QVAEST. CXXXIII.

IVDICIū habet eorū qui in ſolitudine murmurarūt. Dicit eīm Apoſtolus. Neque murmuretis, ſicut quidā ipſorū murmurarūt, & perierūt ab exterminatore.

Si quis ira commotus nolit aliquid accipere ad neceſſarium uſum. QVAEST. CXXXIIII.

DIGNVS eſt talis, ut poſtea etiā ſi id requirat, non accipiat, donec certò probauerit præpoſitus, curatum eſſe ab ea affectione, imò affectionibus.

An qui laborat, per ſeipſum poſſit ultra conſuetū aliquid requirere. QVAEST. CXXXV.

SI laborem propter mercedis retributionem quæ à Deo expectatur ſuſcepit, nō debet hinc laboris quærere ſolatium, ſed ad retributionē Domini ſeſe accōmodare, certus, quòd ſicut remunerationem pro labore, ita & conſolationē pro anguſtia à Deo conſequetur. Is uero cuius officiū eſt præſtare illud, dabatur unicuicꝫ iuxta quod

xta quod opus habebat,neceſſariò debet unumquenq; laborantem & fatigatum habere in notitia,& competenter curare. C

An neceſſe ſit,ut omnes hora prandij cõgregentur, Et quomodo tractãdus ſit qui deſideratus,poſt prandiũ demũ uenit. QVAEST. CXXXVI.

AN uel loci uel operis neceſſitate detẽtus à prãdio abſuerit,utpote cuſtodiẽs man datũ dicentis,unuſquiſq; in quo uocatus eſt,in eo maneat, cõmunis ordinis Epho rus iudicet,& habito experimẽto ignoſcat. Si uero cũ poſſet accurrere nõ ſategit,li cet ſciuerit iudiciũ negligẽtiæ,ieiunus uſq; ad ſtatã craſtini diei horã permaneat.

An bonũ ſit,ſi quis ſibi iudicauerit aliquandiu abſtinendũ eſſe uel à cibo aliquo uel potu. QVAEST. CXXXVII.

Quia Dominus dicit: Non ut faciã uoluntatẽ meã ſed eius qui miſit, quicquid ex propria uolu[illegible]e iudicat & præſumit,periculoſum eſt. Quod ſciẽs Dauid di-xit: Iuraui ac ſtatu[illegible] cuſtodire iudicia iuſtitię tuę. Nõ dixit,cuſtodire meã uoluntatẽ.

An permittendum [illegible]tres quiſquã pro ſua uoluntate reliquis plus ieiunet aut uig[illegible] QVEST. CXXXVIII.

QVONIAM Dominus d[illegible]ndi de cœlo nõ ut faciam uoluntatẽ meã ſed uoluntatem eius qui miſit me patris, [illegible]cquid ſecundum propriã quis uoluntatem fecerit,id propriũ quidem eſt facie[illegible]s,alienũ autem à pietate. Et timendum eſt ne auditurus ſit à Domino,cuius gratia id uidetur facere,ad te auerſio eius,& tu dominaberis ipſius. Plus autẽ in collatione reliquorũ præſtare uelle,etiã in bonis, contentionis affectum habet,qui ex inanis gloriæ ſtudio oritur, quod Apoſtolus uetitum eſſe oſtendit dicens. Non enim audemus nos inſerere aut conferre quibuſ dam qui ſeipſos cõmendant. Quocirca relictis proprijs deſiderijs,& affectu illo, uelle uideri plus cęteris aliquid pręſtare: Apoſtolo obediendũ eſt,admonẽti ac di cẽti,ſiue edatis ſiue bibatis,ſiue quid aliud faciatis,omnia ad gloriã Dei facite. Cõ-tentio nanq; & inanis gloriæ ſtudiũ, & admiratio ſuſpſius prorſus aliena ſunt ab illis qui bonũ certamẽ legitimè decertant. Quapropter dicit,aliquando,Ne ſimus inanis gloriæ cupidi: aliquando: Si quis uidetur eſſe contentioſus, nos talem cõſue tudinẽ nõ habemus,neq; Eccleſiæ Dei. Et alibi. Debemns nos non placere nobis ipſis,quibus urgẽtius illud & argutius ſubiungit: Nã & Chriſtus nõ ſibi ipſi placu it. Si uero quiſquã putet ſe pluribus opus habere, uel in ieiunãdo uel uigilãdo ſiue quacunq; alia in re, cauſam ſuã patefaciat ijs quibus cõmunis fratrũ cura cõcredi ta eſt,propter quã putat ſibi pluribus opus eſſe, & quod ab illis decretũ fuerit cu-ſtodiat. Nã plerunq; alio magis modo opus eſt ad ſatisfaciendũ neceſſitati. D

Vbi ieiunium intendimus,remiſſiores reddimur ad opera. Quid igitur faciendũ? An ſatius ſit impediri ab opere propter ieiuniũ, uel cõtempto ieiunio operibus incumbere. QVAEST. CXXXIX.

ET ieiuniũ & refectionem cum pietatis cõpetenti ratione uſurpare oportet, ut quando mandatum Dei per ieiunium perficiendum eſt, ieiunemus, quando uero mandatum Dei refectionem ad coroborandum corpus exigit,comedamus. Non ut guloſi,ſed ut operatores Dei. Seruandum enim eſt illud Apoſtoli, Siue edatis ſiue bibatis,ſiue aliud quid faciatis,omnia ad gloriam Dei faciet.

Si quis ſe circa noxios cibos non cohibeat, ſed citra delectũ temere quid uis uſurpet,ut in morbum incidat,an huius ſit haben da aliqua cura. QVAEST. CXL.

A MANIFESTAM quidem malitiã habet incontinentia. Et præcipuè morbi huius habenda eſt ratio,ut curetur:uolens em̃ benignus Deus oſtendere,quantũ malum ſit ſeipſum non cohibere,permittit ſæpenumero animã incidere in ea quæ corpus lædunt, & corpus affectione incontinentiæ occupari,an queat per morbũ corporis quẽ ſuſtinet ex incontinentię uitio,in ſenſum uenire proprij mali & ad ſeruandam in omnibus continentiã induci, curam uero corpori in his quæ per incontinentiam illud leſerunt,forſan conſentaneum eſt rationi & bonitati competens,uerum,non ſine iudicio,ſed curandum eſt,ne quo pacto dum corpori medemur,animam neglectã & cura deſtitutam relinquamus.Itaq; ſi deprehendatur talis ægrotus per corporis curationẽ inſtitutũ ad hoc,ut grato animo & candidè animæ quoque in ipſius affectionibus ac morbis curã habeat, corporalem illi medicinam adhibeamus.Si uero corporis curam nactus,deprehenditur animam negligere,melius eſt talem relinquere in doloribus corporis, quas ſibi ipſe ex propria incontinentia contraxit,an temporis ſucceſſu ad ſuipſius cognitionem & æterni ſupplicij ſenſum inductus & animæ ſanandæ curam complectatur. Cum enim iudicamur à Domino,erudimur, ne cum hoc mundo damnemur.

An liceat alienos in officinis reperire aut aliquos ex fratribus ibi operantibus qui propriũ ac deputatũ locũ deſerant. QVAEST. CXLI.

SI quis extra conſcientiã eius cui operantiũ cura,aũt operũ diſpenſatio cõmiſſa eſt,hoc facere deprehenditur tanquã deſtructor ordinis & harmonię membrorũ, à cõceſſo progreſſu coherceat. Sedẽs aũt uno in loco,qui ad diſciplinã ſit electus & cõmodus citra ullã euagationẽ,laborioſius quã pro cõſuetudine opus reddat,
B donec diſcat ſeruare illud Apoſtoli,unuſquiſq; in quo uocatus eſt in eo & maneat

An artificibus liceat à quoquam iniunctum opus ſuſcipere, ſine conſcientia eius cui horum data eſt cura. QVAEST. CXLII.

IVDICIO furti,& conſenſus ad furtum,uterq; obnoxius eſt tam qui dedit quàm qui ſuſcepit.

Quomodo operarij concredita ſibi inſtrumenta curare debeant. QVAEST. CXLIII.

PRIMVM tanquam Deo dicata & conſecrata,deinde tanquam talia,ſine quibus nequeant debitam operandi ſedulitatem exhibere.

Si quis inſtrumentum aliquod ex negligentia perdat, uel per contemptũ in abuſum rapiat. QVAEST. CXLIIII.

QVI abutitur,uelut ſacrilegus,qui uero perdit,uelut autor ſacrilegij iudicetur, quoniam omnia Domino ſunt dicata & conſecrata.

Si quis per ſeipſum utatur aliquo inſtrumento,& ſuapte ſponte uſurpet. QVAEST. CXLV.

TANQVAM temerarius & contumax iudicetur. Hæc enim ad eum propriè pertinent,cui talium cura & diſpenſatio concredita eſt.

Si uero præpoſitus ab aliquo inſtrumentũ aliquod petat quod ad continuũ uſum pertineat,quid ſi contradicat? QVAEST. CXLVI.

QVI ſeipſum ſuaq; mẽbra aliorũ uſui per charitatẽ Chriſti tradidit,quomodo poterit inſtrumẽta negare præpoſito ad quẽ & inſtrumentorũ cura pertinet?

Si qui in cellario aut coquina occupatur nequeat iuxta regulam ad pſalmodiam

modiā & precationes cōparere, an nihil hinc animā ſuam lædat. C

QVAEST. C. XLVII.

PROPRIAM quiſq; regulam in ſuo opere tanquam membrum in corpore cuſtodiat. Damno autem ille afficitur, qui quod iniunctum ſibi eſt negligit. Abundantius uero ille, qui circa publicum fraudulentus eſt. Itaque animo quidem illud Apoſtoli adimpleat, canentes & pſallentes in cordibus ueſtris Domino: ſi uero & corpore cum reliquis non poterit accurrere, nihil hæſitet: ſeruans illud: In quo uocatus eſt quiſq;, in eo & maneat. Cauendum autem eſt, ne quiſquā, cū poſſit quod mandatū eſt, tempeſtiuè ad formā quoq; aliorū adimplere, operis occupationem ad offendiculum aliorum prætexat, & incidat in negligentium iudicium.

Quam poteſtatis menſurā habeat in ſua diſpenſatione, cui cellarij cura concredita eſt. QVAEST. C. XLVIII.

HANC ſcilicet, ut erga eum à quo cellarij cum iudicio diſponendi curam ſuſcepit, memor ſit Domini dicentis: Non poſſum ego à me ipſo facere quicquam: erga eos uero quorum curam ſuſtinet, cuiuſque neceſſitatem reſpiciat. Scriptum enim eſt: Dabatur ſingulis, iuxta quod cuique opus erat. Eadem uero ratio ſeruanda eſt omnibus, quotquot talia curanda ſuſceperunt.

Quod ſit iudiciū œconomi, ſi ex perſonarū reſpectu uel contentione aliquid fecerit. QVAEST. C. XLIX.

QVONIAM Apoſtolus quandoq; præcipit, ne quid faciamus ex animi propenſione, quandoq; uero pronuntiat dicens: Si quis contentioſus eſt, nos talem conſuetudinem nō habemus neq; Eccleſiæ Dei, alienus ab Eccleſia Dei iudicetur qui eiuſmodi eſt, donec emendetur. Oportet autem cum multa circunſpectione D probare, cui rei quiſque ſit accōmodus, atq; ita quodcunq; opus iniūgere, ut neq; ſi qui incommodum quid cuiquā deputent, condemnentur tanquam mali œconomi, tam animarum quàm præceptorum Domini, neq; quibus inconueniens aliquid mandatur, occaſionem inde peccati inuenire uideantur.

Quid ſi œconomus per negligentiam non det fratrum alicui quæ neceſſaria ſunt. QVAEST. C. L.

HVIVS iudiciū manifeſtū eſt ex uerbis Domini dicentis: Diſcedite à me maledicti in ignē æternū, qui paratus eſt Diabolo & angelis ipſius. Eſuriui enim, & nō dediſtis mihi cibū: Sitiui, nec dediſtis mihi potū, & quæ ſequuntur. Et ex eo, quod ſcriptura dicit: Maledictus omnis qui facit opera Domini negligenter.

An liceat miniſtranti maiuſcula uoce loqui QVAEST. C. LI.

VOCIS menſuram circunſcribit audientium neceſſitas. Igitur ſi minor fuerit, ueluti languidior, uicina erit ſuſurro, & digna quæ damnetur. Si uero neceſſitatem exceſſerit, cum queat auditor etiam leniter loquentem audire, in reprobabilem uociferationem euadet niſi ita langueat auditor, ut neceſſe nobis ſit uti uociferatione, & uelut ex ſomno torpentem excitare. Hoc enim & Dominus feciſſe ſcribitur, ubi Euangeliſta dicit, Ieſus uero uociferatus eſt ac dixit: Qui credit in me non credit in me, ſed in eum qui miſit me.

Si quis hebdomadariū coquinæ miniſteriū adimplendo ſupra uires laboret, ita ut diurnū, pro conſuetudine, opus præſtare nequeat, an ei qui eiuſmodi eſt tale ſit iniungendū miniſteriū. QVAEST. C. LII.

DICTVM

A DICTVM eſt, debere eum cui diſpenſatio operũ concredita eſt, conſiderata cũ aptitudine, tum uirtute operantis, iuſſa ſua attemperare, ne audiat illud Pſalmiſtæ, qui fingis laborem in præcepto. Cui uero tale quid iniungitur, contradicere non debet. Obedientia nanq; ad mortis uſq; metam extendenda & ſeruanda eſt. Pſal. 93.

Quomodo quæ lanificij curã accepit, adminiſtrare munus ſuum debeat, & operantes ſorores obſeruare. QVAEST. CLIII.

ITA uidelicet, ut lanam concreditam æſtimet eſſe depoſitum dei, ſingulis uero ſororibus abſque ulla contentione, perſonarumq; captatione, accommodatum opus diſponat & admetiatur.

An periculo careat, ſi contingat paucis fratribus pluribus ſeruiendum eſſe ſororibus: ita ut per neceſſitatem à ſe inuicem ad perficienda opera diuidantur. QVAEST. CLIIII.

SI cura & ſolicitudo eorum quæ ex mandato domini ſeruanda ſunt, fratribus certo teſtimonio adeſſe, & exerceri cognitum fuerit, & ſinguli operantium in ſuo quiſq; opere hoc curabunt, ut deo placeant, & coadunabuntur inter ſe, tanquã unanimes omnes, idem curantes, & quod ab Apoſtolo dictum eſt adimplentes, uidelicet. Etenim tametſi carne abſum, ſpiritu tamen uobiſcum ſum.

Quoniam infirmis in Xenodochia tanquam fratribus domini miniſtrare docemur, quomodo rationem illorum habere debeamus, qui deprehenduntur non eſſe fratres domini. QVAEST. CLV.

QVIA dominus dicit. Quicunq; fecerit uoluntatẽ patris mei qui in cœlis eſt, hic frater meus eſt, & ſoror, & mater: ſi quis eiuſmodi nõ fuerit, ſed peccare deprehẽdi

B tur, ut in eo ſententia iſta, qui facit peccatũ ſeruus eſt peccati, locũ habeat, primum quidẽ opus habet, ut à Præpoſito admoneatur ac reprehendatur: ſi uero immutatus nõ fuerit, manifeſtum habebit iudicium, domino ipſo ſubiungente, Seruus aũt non manet in domo, & Apoſtolo pręcipiente, Tollite eum qui malus eſt de medio ueſtri. Nam hoc pacto & miniſtri hæſitatione liberabuntur, & omnibus qui in fratrum ſunt conuictu cauendi occaſio dabitur.

An qui uel cellarij uel alterius cuiuſpiam rei curam gerit, ſemper eam adminiſtrare, uel mutari debeat. QVAEST. CLVI.

SI ordinis peritiam & regulæ exactam diligentiam ſeruauerit, ſuperfluum erit amoto ipſo alium ſubſtituere, imò moleſtũ ac difficile. Opus autem eſt ut affectatorẽ aliquem habeat, qui paulatim ad eandem curã informetur, ne ſi quando quęrendus ſit alius, qui ſuccedat, inopia illius comprehẽſi turbemur, imò ineptum aliquem ad id operis deputare cogamur, per cuius imperitiam & officij iuſta diligentia labefactetur, & ordo ipſe rationi conſonus deſtruatur.

Quo animi affectu ſeruiendum ſit deo & quid ſit omnino quod διάθεσιν uocamus. QVAEST. CLVII.

διάθεσιν bonam eſſe arbitror, deſiderium deo placendi, uehemens, inſatiabile, ſolidum & immotum. Acquiritur autem intelligenti & continua magnificentiæ & gloriæ dei contemplatione, & cogitationibus ſynceris, indeſinentiq; bonorum quæ à deo accepimus memoria, unde animæ innaſcitur illud. Diliges dominum deum tuum ex toto, corde tuo & ex omnibus uiribus tuis, & ex tota mente tua, ad exemplum eius qui dixit. Quemadmodum deſiderat cerua ad fontes aquarum, ita deſi- *διάθεσις affectus & diſpoſitio animi.*

hhh deraт

derat anima mea ad te Deus. Cum tali itaq; deſiderio ſeruiendum eſt deo, ut im/ C
pleatur illud Apoſtoli, Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio? Angu
ſtia? Perſequutio? Nuditas? Periculum? Gladius? & quæ ſequuntur.

Quo animo ſuſcipienda ſit iniuncta pœna. QVAEST. CLVIII.

QVALEM eſſe conueniens eſt infirmi, & de uita periclitantis, qui à patre et medico curatur, cui etiamſi modus curandi acerbus ſit ac doloroſus, gratus tamen eſt in certitudine dilectionis, experientiaq; caſtigantis, & deſiderio ſanitatis.

Qualis ſit qui moleſto eſt animo erga eum à quo caſtigatur. QVAESTIO CLIX.

NEQVE peccati periculum nouit, maximè coram deo, neq; reſipiſcentiæ utilitatem, neq; credidit dicenti: Qui diligit diligenter caſtigat, & ſeipſum alienum conſtituit ab utilitate & profectu dicentis: Corripiet me iuſtus in miſericordia & increpabit me. Periculoſe uero fratribus cõuiuit qui talis eſt, impediẽs reliquorũ certamina.

Quo animo ſeruire debeamus fratribus. QVAEST. CLX.

SICVT ipſi Domino miniſtrantes, qui dixit: Quatenus feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Confert autem ad acquirendum talem affectum, ſi quibus miniſtratur, tales fuerint. Quapropter diligentiorem curam illorũ habere debent præpoſiti, ne corporis ſtudioſi uentri ſeruiãt & uoluptatibus: ſed tanquã ſtudioſi dei & amatores Chriſti per tolerantiam perfectã fiant gloria & gaudium Domini, & probrum diaboli, ſicut de iuſto Iob legimus.

φιλόθεοι καὶ φιλόχριστοι.

Cum qua humilitate debeat quis miniſterium à fratre impenſum ſuſcipere. QVAESTIO CLXI.

QVA ſeruus à domino, & qualem oſtendit Petrus Apoſtolus cum ipſi miniſtraret dominus. In quo & periculum eorũ diſcimus, qui miniſteriũ fratris nõ ſuſcipiũt. D

Quæ debeat eſſe charitas inter nos mutua. QVAEST. CLXII.

QVAM Dominus docuit dicens: Diligite uos inuicem ſicut ego dilexi uos. Maiorem hac charitatem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Si uero ponenda eſt pro amicis anima, quãto magis neceſſe eſt in particularibus officiolis animi declarare promptitudinem, non quæ humanæ tantum conſuetudini reſpondeat, ſed quæ iuxta ſcopum beneplaciti Dei cuiuſq; utilitatem quærat?

Quomodo acquiri queat dilectio erga proximum. QVAEST. CLXIII.

PRIMVM quidem ſi adſit timor iudicij, quo mandati Dei tranſgreſſores iudicabuntur, ipſo Domino dicente: Qui incredulus eſt filio, non uidebit uitam, ſed ira dei manet ſupra ipſum. Deinde ſi ſtudioſe certetur pro uita æterna. Mandatum enim ipſius, inquit, uita æterna eſt. Primum autem & magnum mandatum eſt, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex omnibus uiribus tuis. Et alterum iſti eſt ſimile, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Ad hæc ſi ſit deſiderium ſimilitudinis domini, dicentis, Mandatum nouum do uobis, ut diligatis uos inuicem, ſicut ego dilexi uos. Præterea ſi cogitauerimus ad hunc modum. Siquidem nobis aliquando beneficij aliquid præſtitit frater, debemus illi etiam humano iure dilectionem, quam & Gentes ſeruãt, ſicut in Euangelio Dominus declarat dicens, Et ſi dilexeritis eos qui uos diligũt, quæ uobis eſt gratia? Nam & peccatores diligentes ſe diligunt. Si uero nos læſit, & hoc pacto non ſolum propter mandatum, ſed & tanquam maioribus nos beneficijs afficientem diligere debemus,

A bemus,ſiquidem credimus domino dicenti.Beati eſtis,ſi quando uos probris affi-cient & perſequentur,ac dixerint quodcunque malum uerbum aduerſum uos, mentientes,propter me.Gaudete & exultate,quia merces ueſtra multa eſt in cœlis.

Quid ſit illud.Nolite iudicare,& non iudicabimini, nolite condemnare & non condemnabimini. QVAEST. CLXIIII.

QVIA dominus aliquando quidem dicit. Nolite iudicare, & non iudicabimini,aliquando uero, iuſtum iudiciũ iudicare præcipit, nõ in uniuerſum iudicare prohibemur,ſed iudicij differentiam docemur.In quibus autem iudicandum ſit, in quibus non,dilucidè nobis tradidit Apoſtolus, de ijs quidem quæ in noſtra ſunt poteſtate,& de quibus ſcriptura nihil explicauit, dicens. Tu uero cur iudicas fratrem tuum? Et iterum.Ne iudicemus igitur alius alium amplius: de ijs uero quæ deo diſplicent, reprehendens non iudicantes & ipſe ex ſeipſo iudicium proferens, cum dicit. Nam ego quidem tanquam corpore abſens, ſpiritu uero præſens, iam iudicaui,quaſi præſens, eum qui hoc facinus ad hunc modum perpetrauit, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, congregatis uobis, & meo ſpiritu cum uirtute domini Ieſu,tradendum eſſe,cum talis ſit, Satanæ,ad interitum carnis, quò ſpiritus ſaluus ſit in die domini Ieſu.Proinde, ſi quid in noſtra eſt poteſtate ſitum, aut plerunque obſcurum,in huiuſmodi non eſt iudicandus frater: quemadmodum de ignotis ab Apoſtolo dictũ eſt.Nolite itaque ante tempus iudicare,donec ueniat dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & patefaciat conſilia cordium. Iudicia uero dei ut tueamur ac perſequamur,irrecuſabilis exigit neceſſitas, ne qui tacet unà cum delinquentibus irę dei obnoxius reddatur.Niſi quis eadẽ cum eo qui reprehendẽ-

B dus & culpabilis eſt delinquens, fiducia iudicandi fratrem deſtituatur, audiens dicentem dominum:Eijce primum trabem ex oculo tuo,& tunc perſpicies ut eximas feſtucam ex oculo fratris tui.

Quomodo ſciat quis, an zelo dei commoueatur aduerſus fratrẽ peccantem uel iraſcatur. QVAEST. CLXV.

SI quod ſcriptum eſt,zelus tuus liquefecit me, quoniam obliti ſunt eloquia tua inimici mei,aduerſus quoduis peccatum patiatur, conſpicuus erit zelus dei. Oeconomia uero prudenti & hic ad ædificationem fidei opus eſt. Vbi uero hic animus non antea obtinuerit in anima,illamque mouerit, motus illius reddentur turbati,nullaque in re pietatis ſeruabitur ſcopus.

Quo animo obediendum ſit ei,qui ad opus præcepti nos urget. QVAEST. CLXVI.

QVO puer eſuriens nutrici obedit ad refectionem uocanti, & quo quiſque mortalium ſtudio uitæ deditus, obedit ei, qui, quæ ad uitam neceſſaria ſunt, ſubſidia largitur. Imò multo amplius,quanto præſenti uita precioſior eſt æterna. Mandatum enim dei,inquit, dominus uita æterna eſt, ipſo iterum dicente domino, cibus meus eſt,ut faciam uoluntatem eius qui miſit me patris.

Quomodo debeat affecta eſſe anima quod omnino hoc per diuinam dignationem accepit, ut in opere dei occupetur. QVAEST. CLXVI.

QVOMODO affecta erat quæ dicebat.Quis ego ſum domine? Et quæ eſt domus mea, quod dilexiſti me? ut adimpleat illud Apoſtoli. Gratias agentes patri,

qui idoneos nos fecit, ad participationem ſortis ſanctorum in lumine, & tranſtu-lit in regnum filij dilectionis ſuæ. C

Quo animo ſuſcipiendum ſit indumentum aut calciamentum, qualecunq; ſit. QVAESTIO CLXVIII.

SI uel minus ſit uel maius, quàm ætati ac ſtaturæ conueniat, indicetur neceſſitas cum maſuetudine competenti. Si uero, de eo quod uilius ſit, uel non recens, non-nihil ambigitur, recordandum eſt domini dicentis, dignus eſt (non ſimpliciter quiſque) ſed operarius cibo ſuo, & cuiq; ſpectandū, ut ſeipſum examinet, an condignū aliquid præceptis aut promiſſis dei operatus ſit, quod ſi factum fuerit, nemo aliud requiret, ſed de eo quod datur ſolicitus erit, tanquam qui plus accipiat quàm promeritus ſit. Quod autem de cibo dictum eſt, de quacunq; re ad corporis ſuſtentationem neceſſaria, uelut regula quædam, ſeruandum eſt.

Si fratri iuniori iniungatur, ut ſeniorem ætate aliquid doceat, quo debeat erga illum eſſe affectu. QVAEST. CLXIX.

TANQVAM qui miniſterium ſuum ſecundum mandatum domini dei adimpleat, ſimul ſolicitus, ne cadat in iudiciū dicētis. Maledictus omnis qui facit opera domini negligenter, & cautus, ne quandoq; inflatus incidat in iudiciū diaboli.

An æqua ſit habenda ratio, tam eius qui plus, quàm qui minus in pietatis exercitio promouit. QVAEST. CLXX.

QVOD in remittendis peccatis dominus definiuit, dicens. Remittuntur peccata eius multa quoniam dilexit multum. Cui uero modicū remittitur, modicum & diligit. Et quod de presbyteris ordinauit Apoſtolus dicens. Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in ſermone & doctrina, hoc in omnibus talibus conſentaneum arbitror, ut ſeruetur. D

Quomodo tractandus ſit inferior ſi ægreferat religioſiorem ſibi præferri. QVAEST. CLXXI.

TALIS manifeſtè malus eſt, condemnatus per parabolam Euangelij, in qua dominus ad eos qui moleſtè ferebant quòd pari honore & alij afficerētur, dicit, An oculus tuus malus eſt, quòd ego bonus ſum? Et manifeſtum hic & alij eiuſmodi ſupra ſe habent iudicium dei, per Prophetam dicentis. Contemnitur in conſpectu eius malignus, timentes autem dominum, ipſe glorificat.

Quo timore, qua plerophoria, aut quo animi affectu, participandum ſit de corpore ac ſanguine Chriſti. QVAESTIO CLXXII.

TIMOREM quidem docet nos Apoſtolus dicens. Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi ipſi manducat & bibit. Plerophoriam uero gignit nobis fides uerborum domini dicentis. Hoc eſt corpus meum, quod pro uobis traditur, hoc facite in meam rememorationem, & teſtimonij Ioannis, primum dei gloria uerbi teſtificantis, deinde de incarnationis modo ſubiungentis, cum dicit. Et uerbum caro factum eſt, & habitauit in nobus, & uidimus gloriam eius, gloriā uelut unigeniti à patre, plenum gratia & ueritate, & Apoſtoli, qui ad hunc modum ſcripſit: Qui cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, æqualem eſſe deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, accepta ſerui forma. In ſimilitudine hominum factus, & habitu inuentus ut homo, humiliauit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Anima igitur, ſi fidem habeat his uerbis, & ex talibus agno-

ſcat

A ſtat magnificentiam gloriæ,admireturq́ excellentiam humilitatis & obedientiæ, quòd cum talis eſſet ac tantus obedierit patri uſq; ad mortem pro noſtra ſalute, arbitror illam affectum acquirere ad diligendum,cum deum patrem,qui proprio filio ſuo non pepercit,ſed pro nobis omnibus illum tradidit, tum unigenitum ipſius filium,qui ipſi ad mortem uſque pro noſtra redemptione ac ſalute obediuit, atq; ita obtemperare poſſe Apoſtolo, qui uelut finem quendam fide ſanis bonã ex iſtis conſcientiam ponit cum dicit.Nam charitas Chriſti continet nos, iudicantes hoc,quòd ſi unus pro omnibus mortuus eſt, omnes igitur mortuos fuiſſe, ut qui uiuunt non iam ſibi ipſis uiuant, ſed ei qui pro ipſis eſt mortuus ac reſurrexit. Talem affectum & animi aptitudinem habere debet, qui de pane & calice domini participat.

An liceat tempore domeſticæ pſalmodiæ colloquia fieri. QVAEST. CLXXIII.

NON licet, præterquàm ab illis quibus ordinis & oeconomiæ atq; operum cura & ſolicitudo concredita eſt, idq́; ſi neceſſitas quędam urgeat,& neq; ſic incircumſpectè,ſed cõſiderata loci & ordinis grauitatisq́; ratione, ita ut nihil detur offendiculi:reliquis uero omnibus neceſſariò ſeruandum eſt ſilentium.Si enim tempore ſermocinationis,inter eos quoq;,quibus doctrinæ ſermo concreditus eſt,ita habet,ut primo iniunctum ſit ſilentium,ſi alij quid reueletur:quanto magis tempore pſalmodiæ multis neceſſarium eſt ſilentium?

Quomodo queat quis ex animo, & cum deſiderio præcepta domini facere. QVAEST. CLXXIIII.

B EXPERIENTIA rerum iucundarum & utilium,& ipſa quoq; illarum expectatio,ex natura hoc habent,ut animæ indant affectum & deſiderium. Itaq; ſi quis odio proſequatur & abominetur iniuſtitiam, & repurget ſe ab omni peccato,per quod,ut corpus per morbum faſtidium acquirit, ut nihil illi ciborum gratum ſit,ita & anima circa iuſtificationes dei languida & ſegnis redditur,deinde certus fuerit, quod mandatum dei uita ſit æterna, & omnia promiſſa uera ijs qui illud cuſtodiunt, acquiret affectum dicentis, iudicia domini uera,iuſtificata ſimul, deſiderabilia,pluſquàm aurum, & plus quàm lapis admodum pretioſus, & dulciora melle ac fauo mellis.Nam & ſeruus tuus cuſtodit ea. Illorum cuſtodiam comitatur retributio multa.

Quomodo deprehendatur quis, an fratrem iuxta mandatum domini diligat,uel an illum non ita diligat. QVAEST. CLXXV.

PECVLIARITER hæc duo habet charitas, primum ut triſtetur & anxia ſit ſi lædatur dilectus:alterum ut gaudeat ac certet ob illius utilitatem. Beatus igitur qui ſuper peccatore luget,quẽ horrendum manet periculum, & ſuper eo gaudet,qui quod rectũ eſt facit, quem incomparabile expectat lucrum, ſicut ſcriptũ eſt.Atteſtatur autem & Paulus Apoſtolus dicens.Si patiatur unum membrum, compatiuntur illi ſimul omnia membra, prorſus ſecundum charitatis rationem quæ eſt in Chriſto.Et ſi glorificetur unum membrum, iuxta ſcopum uidelicet beneplaciti dei,congaudent illi omnia membra.Qui autem ad hũc modum animatus non eſt,apertum de ſe præbet indicium,quòd fratrem non diligat.

Qui ſint inimici illi quos diligere iuſſi ſumus.Et quomodo illos diligere

debeamus, an ſola beneficentia, uel ipſo quoq; dilectionis affectu; & C
an illud ſit poſſibile. QVAEST. CLXXVI.

PROPRIVM inimici eſt nocere & inſidiari. Huius itaq; gratia quiſquis quo cunq; modo cuiquam nocet, inimicus dicatur. Propriè uero qui peccat. Quantum enim in ipſo eſt, uarijs ille modis nocet, & inſidiatur tam coniuncto ſibi quàm cui intercidit aliquid cum ipſo commercij. Quoniam uero ex corpore & anima compoſitus eſt homo, ſecundum animam quidem diligamus tales, arguentes eos & admonentes, & quouis modo ad conuerſionem inducentes, iuxta corpus uero benefaciamus illis, ſi neceſſariorum penuria laborârint. Quod autem dilectio in affectu ſit conſtituta, cuiuis eſt manifeſtum. Poſſibilitatem uero præcepti huius oſtendit ac docuit dominus, ubi dilectionem patris & ſuam ipſius per obedientiam uſque ad mortem pro inimicis non pro amicis præſtitam declarauit, ſicut teſtatur Apoſtolus dicens. Commendat autem dilectionem ſuam deus erga nos, quòd cum adhuc peccatores eſſemus Chriſtus pro nobis eſt mortuus. Et nos ad idem hortatur cum dicit. Eſtote igitur imitatores dei ſicut filij dilecti, & ambulate in dilectione, quemadmodũ & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & ſacrificium deo. Non autem hoc nobis præcepiſſet bonus ac iuſtus dominus, niſi ſimul & uires perficiendi dediſſet, quod & in natura neceſſariò reconditũ eſſe patefecit. Nam benefactores ſuos & beſtiæ naturaliter diligũt. Quid autem habet amicus quo tantum adferat utilitatis quantum adferunt inimici? Conciliant enim nobis felicitatem illam de qua dominus dicit. Beati eſtis cum perſequuti uos fuerint, & probris affecerint, dixerintq; omne malum uerbum aduerſum uos, mentientes, propter me: Gaudete & exultate, quoniam merces ueſtra multa eſt in cœlis. D

Quomodo qui potentes ſunt infirmitates impotentium portare debeant. QVAEST. CLXXVII.

SI portare eſt ſufferre & curare iuxta quod ſcriptum eſt. Quoniam ipſe infirmitates noſtras tulit & morbos portauit, non quòd eadem in ſe tranſtulerit, ſed quòd morbidos curauerit, & hic reſipiſcentiæ modus & ratio quadrabit, per quã impotentes potentiorum cura & ſolicitudine curabuntur.

Quid ſit illud. Alter alterius onera portate, & quam legem, hoc facientes, adimpleamus. QVAEST. CLXXVIII.

IDEM eſt cum eo de quo iam diximus. Graue nanq; eſt peccatum animam trahens ad imum inferni fundum, quod uelut onus alterius tollimus & auferimus, ad reſipiſcentiam inducentes eos qui peccant. Portare uero pro tollere etiam regionis illius indigenis in uſu eſt, ſicut ſæpenumero & à multis ipſe audiui. Legem autem Chriſti adimplebimus, dicentis. Non ueni uocare iuſtos, ſed peccatores ad reſipiſcentiam, & qui id legis nobis quoq; tulit, dicens, ſi peccauerit frater tuus uade, argue ipſum. Si audierit te, lucratus es fratrem tuum.

Quomodo fidem quis ſine charitate tantam habere queat ut montes transferat, aut facultates ſuas pauperibus eroget, aut corpus ſuum tradat ut ardeat. QVAEST. CLXXIX.

SI memores fuerimus domini dicentis: faciunt enim ut ſpectentur ab hominibus, & reſponſionis ipſius ad eos qui dicent, domine domine, non in nomine

A tuo prophetauimus? non in nomine tuo dæmonia eiecimus? non in nomine tuo uirtutes multas fecimus? ad quos dicet. Non noui uos unde ſitis. Non quòd mentiantur, ſed quod gratia dei ad propria deſideria abuſi ſunt, quod alienum eſt à dilectione erga deum, facilè intelligere poterimus dictorum ſenſum. Chariſma uero dei aut donum, etiam ab indigno ſumi, nihil habet inſolentiæ: deus enim tempore bonitatis ac lenitatis ſolem ſuum producit ſuper bonos ac malos, quod plerunque etiam ad utilitatem facit, uel illius qui chariſma datum accipit: an hoc pacto per bonitatem dei pudefactus ac permotus ad ſtudium induci queat ipſius beneplaciti, uel aliorum etiam, iuxta quod Apoſtolo dictum eſt. Quidam enim propter inuidiam & cõtentionem, nonnulli uero & propter beneuolentiam Chriſtũ prædicant, quibus paulo poſt ſubiungit. Veruntamẽ quouis modo, ſiue per occaſionem, ſiue ueritatem Chriſtus prædicetur, in hoc ego gaudeo.

Quo affectu, & quàm attentè quæ inter reficiendum nobis leguntur, audire debeamus. QVAEST. CLXXX.

CVM maiore uoluptate quàm qua edimus ac bibimus, ut declaretur, quàm mens noſtra non euagatur circa uoluptates corporis, ſed magis in uerbis domini iucundetur, iuxta affectum eius qui dixit, & dulciora melle ac fauo mellis.

Si contingat duo fratrum contubernia ſibi inuicem eſſe uicina, & hoc quidem penuria rerum laborare, alterum uero circa communicationem tenax eſſe ac tergiuerſari, quo affectu pauperum contubernium erga illud quod de ſua facultate non communicat, eſſe debeat. QVAEST. CLXXXI.

B QVI DOCENTVR in dilectione Chriſti ipſam animam quoque alius pro alio inuicem ponere, quomodo parcere poterunt facultatibus quæ corpus concernunt, tanquam obliti illius qui dicit. Eſuriui, & non dediſtis mihi cibum: & quæ ſequuntur. Si uero hoc omnino uſuuenerit, oportet pauperes perſiſtere in animi lenitate, & plerophoria conſolationis, quæ in futuro ſeculo obtinget, memores exempli Lazari.

Ex quibus fructibus probandus ſit qui fratrem delinquentem ex animi compaſſione reprehendit. QVAEST. CLXXXII.

PRIMVM quidem ex peculiaribus compaſſionis notis, iuxta quod ab Apoſtolo dictum eſt. Si patiatur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Et, Quis offenditur & ego non uror? Deinde uero, ſi cuiuſuis peccati gratia pariter tribuletur, & ſuper quibuſuis peccatoribus, ſiue in ſe ſiue in alios peccãtibus æqua ratione contriſtetur ac lugeat, & arguens non labefactet arguendi modum à domino traditum.

Si contingat quoſdam ex fratribus inter ſe diſcrepare, an periculo careat, ſi charitatis gratia in uno conuictu ſeruantur. QVAEST. CLXXXIII.

QVONIAM dominus dicit, da pater, ut quemadmodum ego & tu unum ſumus, ita & ipſi unum ſint in nobis: & Apoſtolus ſcripſit, uuanimes & idem ſentientes. Et acta Apoſtolorum commemorant, quod credentium fuerit cor unum & anima una, qui inter ſe diſcordant, alieni ab iſtis ſunt. Dilectio uero, ſi ſcripturæ ſit conſona, ſeruat dictum illud. Qui uero diligit, ſolicitè caſtigat: ſi autem conſona

A ferebant. Si uerò iſtorum diſpenſatio non eſt omnium, ſed eorum duntaxat qui ad hoc cum iudicio inſtituti ſunt, quod à talibus datur, ipſe pro ſuo iudicio diſpenſandum adornet.

Quomodo tractandi ſint qui aliquando domeſtici noſtri fuerunt aut cognati, ſi ad nos ueniant. QVAEST. CLXXXVIII.

QVEMADMODVM dominus oſtendit ac docuit, cum nuntiaretur illi ac diceretur. Ecce mater tua & fratres tui ſtant foris uolentes te uidere, ubi obiurgantius reſpondit dicens. Quæ eſt mater mea? Et qui ſunt fratres mei? Quiſquis enim fecerit uoluntatem patris mei, qui in cœlis eſt, iſte frater meus & ſoror ac mater eſt.

Si uero nos obſecrauerint, cupientes ad ſua abducere, an illis ſit obtemperandum. QVAESTIO CLXXXIX.

SI hoc petent ad ædificationẽ fidei. Si quis talis eſt, qui poſſit cum illis ad hunc modum abire, cum iudicio dimittatur. Si uero propter humanum aliquod officium præſtandum, audiat dominum dicentem, ad eum qui dixerat, permitte mihi ut abeam ac diſponam ijs qui domi meæ ſunt. Nemo qui miſſa ad aratrum manu, retro ſpectat, appoſitus eſt ad regnum dei. Si autem is petatur, qui renuntiaturus ſit cœpto in uniuerſum, de huius iudicio, quid attinet dicere?

An habendus ſit erga cognatos ſecundum carnem miſericordię affectus, ut ſalutem ipſorum deſideremus. QVAEST. CXC.

QVI natus eſt ex ſpiritu ſecundum domini uocem, & poteſtatem accepit ut fiat filius dei, carnalem cognationem erubeſcet, & eos agnoſcet pro cognatis, qui iuxta fidem cognati ſunt, ex teſtimonio domini dicentis. Mater mea & fratres mei hi
B ſunt qui uerbum dei audiunt & faciunt. Hic miſerabitur omnes, qui à domino elongantur, & cognatos quoque ſuos ſecundum carnem, ſed ut reliquos omnes. Si uero iſtis aliquis amplius affectus, putauerit aſtipulari affectui ſuo Apoſtolum dicentem: optarim enim ipſe ego anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, cognatis ſecundum carnem, diſcat talis ex ijs quæ ſubiunguntur, quòd non carnalem cognationem Apoſtolus, ſed Iraëlem, & prærogatiuas dei erga illum, in pretio habeat. Non quia cognati eius erant Iſraëlitæ, ſed quia Iſraëlitæ erant cognati eius ſecundum carnem: & quoniam tantis ac talibus bonis ex diuina dignatione potiti fuerant, quoniam ipſorũ erat adoptio, & gloria ipſorum legiſlatio & cultus, quoniam ipſorum erant teſtamenta & promiſſiones, ipſorum patres, quoniam ex ipſis erat Chriſtus ſecundum carnem, tanti facit illorum ſalutem, non ad cognationem reſpiciens; ſed ad incarnationem domini pro ipſis ſuſceptam, qui dicit. Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt, domus Iſraël.

Quis ſit manſuetus. QVAEST. CXCI.

QVI firmus eſt, ut immutari nequeat, ubi eorum gratia iudicatur, quæ ad beneplacitum dei ſtudioſe exequitur. πραΰς

QVAE ſit triſtitia ſecundum deum & quæ ſecundum ſæculum QVAEST. CXCII.

TRISTIA ſecundum deum eſt, quando quis propter mandati dei neglectum triſtatur, iuxta quod ſcriptum eſt. Triſtitia obtinuit me propter peccatores derelinquentes legem tuam. Seculi uero triſtitia eſt, quando humani quicquam & ſeculo conueniens mœſtitiam incutit.

Quòd

Quod ſit gaudiũ in domino, et quid faciẽtes gaudere debemus. QVAE. CXCIII. C

QVANDO ſuper his quę iuxta mandatũ domini ad gloriã dei fiunt, gaudemus, gaudium eſt in domino. Si quando igitur mandata domini facimus, aut propter nomẽ domini aliquid patimur, gaudere, & inuicẽ alius alij cõgaudere debemus.

Quem luctum apprehendere debeamus ut felicitate digni reddamur. QVAEST. CXCIIII.

COMPREHENDITVR hæc quæſtio in ea quæ ſecundum deum eſt triſtitia. Quando ſuper his lugemus, qui peccârunt, aut propter contumeliam dei, quando quis per transgreſſionem legis deum dehoneſtat, aut propter eos qui in peccato periclitantur (Anima enim, inquit, quæ peccat, ipſa morietur) imitantes eum qui dixit, & lugeam multos qui peccârunt.

Quomodo omnia ad gloriam dei quis facere poterit. QVAEST. CXCV.

SI omnia propter deum iuxta præceptum dei faciat, nec aliqua in re laudem ab hominibus affectet, ſed ubiq; memor ſit dicentis. Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant opera ueſtra bona & glorificent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt.

Quomodo manducare quis & bibere queat ad gloriã dei. QVAEST. CXCVI.

SI manducauerit ac biberit in memoria benefactoris, & tali affectu animæ, quæ ex corporis quoq; diſpoſitione teſtimonium habeat, quòd non negligenter edat, ſed tanquam ſub inſpectore deo, & in eo fuerit reficiẽdi propoſito, quod non ut ſeruuus uentris propter uoluptatem edere uelit, ſed ut operarius dei, propter cõſeruandum corporis ad operandum iuxta domini mandatum, uigorem.

Quomodo ita operari poterit dextera, ut neſciat quicquam illius ſiniſtra. QVAEST. CXCVII. D

QVANDO citra euagationem animi, & cum deſiderio placendi deo, ſolicita mens, ne à recto ſcopo aberret, ligitimè certat. Tunc enim nullius prorſus alterius rei, ne membri quidem, cogitationẽ admittet niſi eius tantum quod ad propoſitũ confert: ſicut artifex in uno quoq; opere ad id tantum reſpicit inſtrumenti quod ad deſtinatum opus accommodum eſſe nouit.

Quid ſit animi humilitas, & quomodo illa poſſit acquiri. QVAEST. CXCVIII.

ANIMI humilitas eſt quoſuis ſe ſuperiores æſtimare iuxta determinationem Apoſtoli. Acquirere autem illam quis poterit, ſi memor ſit mandati domini dicentis, Diſcite à me, quoniam mitis ſum & humilis corde, quod multis in locis ac uarijs modis oſtendit ſimul ac docuit: deinde ſi credat promittenti, quòd qui ſeipſum humiliauerit, ſit exaltandus, Ad hæc ſi ex ęquo & ſine controuerſia humilitatis exercitijs ubiq; deditus & cum alijs pari ſtudio accommodatus fuerit. Poterit enim tandem, & ſi ægrè, hoc pacto per continuum exercitium humilitatis habitum acquirere. Quemadmodum & in artificijs uſuuenire ſolet. Idem autem hic modus acquirendæ uirtutis, & in reliquis omnibus iuxta mandatũ domini noſtri Ieſu Chriſti uirtutibus, ſeruandus eſt.

Quomodo acquirenda ſit animi promptitudo, & quomodo pro mandato domini contemnenda ſint pericula. QVAEST. CXCIX.

PRIMVM quidem ſi admoneamur, ipſum dominum noſtri gratia obediuiſſe patri uſq; ad mortem, deinde ſi perſuadeamur hanc eſſe mandati dei uirtutem, ut

uita

A uita ſit æterna ſicut ſcriptum eſt. Præterea ſi credamus domino dicenti. Qui uult animam ſuam ſeruare, perdet eam, qui uero perdiderit animam ſuam mei & Euangelij gratia, ſeruabit eam.

Qui aliquandiu in opere dei laborarunt quomodo iuuare poſſint recens accedentes. QVAEST. CC.

SI corpore ſunt ualidi, poterunt illis prodeſſe, ſi indefeſſam & inpigram diligentiam oſtẽderint, typumq́ſ ſeipſos omnis uirtutis exhibuerint. Si uero fuerint infirmi, proderunt plurimum, ſi talem oſtenderint animi affectum ac diſpoſitionem, ut appareat eos & uultu & uniuerſo motu certitudinẽ habere diuini aſpectus & præſentiæ dominicæ, & ſi quæ Apoſtolus charitati peculiariter adſcripſit, oſtenderint. Vbi dixit, charitas patiens eſt, benigna eſt, non inuidet, non eſt procax, nõ inflatur, non faſtidit, non quærit quę ſua ſunt, non exacerbatur, non cogitat malũ, non gaudet de in iuſtitia, congaudet autẽ ueritati, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Charitas nunquam excidit. Nam hæc omnia & ab eo qui corpore eſt infirmo præſtari poſſunt.

Quomodo efficiat quis, ne inter precandum cogitationibus euagetur. QVAESTIO CCI.

SI perſuaſus ſit deum ſibi præ oculis eſſe. Si enim qui principme aut præſidem in faciem alloquitur immoto uultu perſtat, quanto magis qui ad deum precatur, mentem habebit immotam, coram eo qui corda ſcrutatur ac renes? adimplens illud, extollentes puras manus ſine ira & diſceptatione.

An acquiri poſſit in omnibus ac ſemper mentis nihil euagantis ſtabilitas, B & quomodo acquiri poſſit. QVAEST. CCII.

QVOD acquiri poſſit, oſtendit ille qui dixit. Oculi mei ſemper ad dominum. Et, Prouidebam dominũ in conſpectu meo ſemper, quoniam à dexteris eſt mihi, ne commouear. Quomodo autem acquiri poſſit ſupra dictum eſt. Videlicet ſi nullum otij tempus detur animæ, à cogitatione de deo, deq́ſ dei operibus ac donis, & de confeſſione & gratiarum actione pro omnibus.

An eadem ſit in omnibus rectè factorum ſecundum mandatũ domini menſura aut alius plus habeat alius minus. QVAEST. CCIII.

QVOD non una ſit in omnibus menſura ſed alius plus credat & præſtet, alius uero minus, manifeſtũ eſt ex uerbis domini, qui alicubi dicit, qui autem in terram bonam eſt ſeminatus, hic eſt, qui uerbum audit & intelligit, qui fructum quoq́ſ reddit ac facit, alius quidem centuplum, alius uero ſexagecuplum, alius autem tregecuplum. Quod & in eo deprehenditur qui unum accepit talentum, alicubi uero alij dedit quinq́ſ talenta, alij duo, alij unum.

Quomodo promereatur quis participationẽ ſpirituſſancti. QVAE. CCIIII.

DOMINVS noſter Ieſus Chriſtus docuit nos dicens. Si dilexeritis me, præcepta mea ſeruabitis, & ego rogabo patrem & alium paracletũ dabit uobis ſpiritum ueritatis, quem mundus non poteſt accipere. Donec igitur non ſeruabimus omnia domini præcepta, nec tales ſumus ut teſtimoniũ ipſius ad nos pertinere poſſit, quo dicit uos non eſtis ex hoc mundo, non erit expectandũ ut ſpiritu ſancto potiamur.

Qui ſint pauperes ſpiritu. QVAEST. CCV.

QVIA dominus alicubi dicit, uerba quæ ego loquutus ſum uobis, ſpiritus ſunt & uita,

& uita: alicubi uero, ſpiritusſanctus docebit uos omnia, & ſuggeret quęcunq; dixero uobis. Non enim loquetꝰ à ſemetipſo, ſed quæcũq; audiet à me, ea loquetur, hi ſunt pauperes ſpiritu, qui nullam aliam ob cauſam pauperes facti ſunt, quàm propter doctrinã domini, dicentis: uade, uende omnia quæ habes, & da pauperibus. Si uero quiſquam quocunq; modo acceptam paupertatem ad uoluntatem dei moderatur, ad exemplum Lazari, ne is quidem ab iſts felicitate alienus erit. C

Quouſq; ualeat hoc præceptum domini quo iubet ne ſoliciti ſimus quid manducemus, aut quid bibamus, aut quo induamur. Et quomodo perfici poſſit. QVAESTIO CCVI.

AD mortem uſq; hoc præceptum, quemadmodum omnia quoq; alia, extenditur. Nam & dominus obediens fuit uſq; ad mortem. Perficietur autem, ſi fiducia locata ſit in deum. Vbi enim hanc curam dominus prohibuit, promiſſionem ſimul adiecit dicens. Scit enim pater ueſter, quibus opus habeatis, antequam ipſum petatis. Talis erat Apoſtolus dicens, ſententiam mortis acceperamus, ne confideremus in nobis ipſis, ſed in deo, qui excitat mortuos, qui ſecundum iſtam quidem mortis ſententiam & animi ſui promptitudinem quotidie moriebatur, beneuolentia uero dei ſeruabatur. Quapropter cum fiducia dicebat, tanquam morientes, ſed ecce uiuimus. Opitulatur autem tali propoſito ſtudium quoq; feruidum & inſatiabile deſiderium circa mandata domini, à quo qui occupatus eſt, nihil habet otij, ut de corporis neceſſitatibus cogitando mente euagetur.

An, quia prohibemur de uitæ neceſſarijs ſoliciti eſſe, & aliud quoq; mandatum domini eſt quo dicit, Operamini cibum qui non perit, ſuperfluũ ſit quod operamur. QVAEST. CCVII. D

DOMINVS ipſe utrobiq; mandatum ſuum declarauit. Nam ubi quidem uitæ neceſſaria quærere prohibuit dicens, nolite quærere, quid manducetis, aut quid bibatis. Hæc enim omnia gentes mundi requirunt, adiecit dicens, quætite autem regnum dei & iuſtitiam eius. Quomodo autem quęrendum ſit, per eos quos hac gratia dignatus eſt manifeſtauit. Hic uero, ubi uetat operari cibum qui perit, docet operari cibum qui permanet in uitam æternam, quem ipſe iterum alio loco declarauit dicens, Cibus meus eſt, ut faciam uoluntatem eius qui miſit me patris. Si uero uoluntas dei eſt, ut paſcamus eſurientem, potemus ſitientem, ueſtiamus nudũ, & quæ ibi ſequuntur, omnino neceſſe eſt ſequi Apoſtolũ, dicentem, Omnia oſtendi uobis, quod ita laborandũ ſit, & ſuſcipiendi infirmi, obedireq; docenti. Imò laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt, ut habeat quod dare poſſit egenti. Cum hęc igitur ad hunc modum nobis à domino per Euangelium, & ab Apoſtolo tradita ſint, manifeſtum eſt, quòd ſui ipſius gratia ſolicitum eſſe aut operari omnibus in uniuerſum prohibitum ſit. At iuxta mandatum domini propter neceſſitatem proximi ſolicitum eſſe & ſtudioſius operari oportet, maximè cum in ſeipſum recipiat dominus quicquid officij conſecratis ſibi impenditur, & regnum cœlorum illius nomine polliceatur.

An bonum ſit prorſus exercere ſilentium. QVAEST. CCVIII.

SILENTII bonum iuxta temporis & perſonæ rationem æſtimatur, quemadmodum ex diuina ſcriptura docemur. Iuxta temporis quidem rationem, utpote cũ dicit. Sapiens in tempore illo tacebit. Nam tempus malum eſt. Et iterum. Poſui ori

meo

A meo cuſtodiam, cum ſtaret corã me peccator. Iuxta perſonæ uerò rationem, ut cũ ſcribit Apoſtolus: Si alij uerò ſedenti reuelatum fuerit, prior ſileat. Et iterum: Mulieres ueſtræ in eccleſijs taceant. Accidit autem aliquando, ut & ijs qui linguæ incontinentia laborant, nec ſeruare poſſunt illud Apoſtoli: Omnis ſermo ſpurcus ex ore ueſtro non procedat, ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem fidei, abſolutum neceſſarium ſit ſilentium, donec à morbo petulantiæ, quam habent in uerbis, curentur, ac diſcere queant in ſilentio quando, quid, & quomodo ſit loquendum, ut ſicut ſcriptum eſt, det gratiam audientibus.

Quomodo iudicia dei timere queamus. QVAEST. CCIX.

CVIVSCVNQVE mali expectatio naturaliter hoc habet, ut metum incutiat. Ita nanque & ſæuas beſtias metuimus, & principes, ſicubi mali cuiuſdam periculũ ab illis expectamus. Itaque ſi credat quis cõminationes Domini eſſe uераces, expectetque horrendam illarum & grauiſſimam experientiã, metuet quoque iudicia dei.

Quis ſit habitus ille ornatus ab Apoſtolo traditus. QVAEST CCX.

VSVS ILLE ad proprium ſcopum honeſtus, conueniens tempori, loco, perſonæ, ac neceſſitati. Non enim eandẽ ueſtem præſcribit ratio tempore hyemis, & eandem tempore æſtatis, nec idem habitus eſt operarij, & eius qui ab opere ceſſat, militis & idiotæ, uiri & mulieris.

Quouſque diligendus ſit deus. QVAEST. CCXI.

HACTENVS ſcilicet, ut ad uoluntatem Dei adimplendam ſupra uires animo enitamur, iuxta ſcopum ac deſiderium gloriæ ipſius.

Quomodo dilectio erga deum acquiratur QVAEST. CCXII.

B SI BONA conſcientia & ſynceriter beneficijs ipſius afficiamur, quod & brutis ineſt animantibus. Videmus enim quàm diligant canes eum à quo panem duntaxat accipiunt. Diſcimus autem hoc ex ijs etiam quæ per Eſaiam prophetam expoſtulando dicta ſunt, nempe: Filios genui, & exaltaui, ipſi uerò ſpreuerũt me. Agnouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, Iſraël uerò me non agnouit, & pópulus meus me non intellexit. Quemadmodum enim boui & aſino ex beneficentia quam à nutritore accipiunt, ultroneã erga illum dilectionem acquirunt, ita & nos ſiquidem non inſenſatè & animo ingrato beneficia dei acceperimus, quomodo tantorum ac talium bonorum largitorem deum non diligemus, cum talis affectus iuxta naturam, ut ita dicam, & ſponte animo ſano ac recto innaſcatur.

Quæ ſunt indicia dilectionis erga deum. QVAEST. CCXIII.

IPSE Dominus hoc docuit, dicens: Si diligitis me, mandata mea ſeruate.

Benignitas ac bonitas quomodo inter ſe differant. QVAEST. CCXIIII. Χρηστότης & ἀγαθωσύνη.

CVM DAVID alicubi quidem dicat: Benignus Dominus omnibus. Et: †Benignus uir qui miſeretur & cõmodat. Alicubi uerò: Benefac Domine bonis. Et Hieremias: Bonus Dominus ijs qui ipſum expectant. Latiorem eſſe puto benignitatẽ ad benefaciendi ſtudium, à quibuſcunque illa imploratur. Bonitatem uerò & iuſtitiæ uerbis coniunctam in beneficijs uſurpari. †aliâs iucũduſ uir.

Quis ſi pacificus, qui à Domino beatus dicitur. QVAEST. CCXV.

QVI DOMINO cooperatur ſecundum Apoſtolum dicentem: Pro Chriſto legatione fungimur tanquã deo exhortante per nos, obſecramus pro Chriſto reconciliemini Deo. Et iterum: Iuſtificati ex fide pacem habemus apud Deum. Pax

enim quę aliter habet,ab ipſo quoq; Domino expreſſa eſt,ubi dicit:Pacem meam C
do uobis,non ſicut mundus dat,ego do uobis.

Quomodo cōuerti debeamus,& fieri ſicut paruuli. QVAEST. CCXVI.

IPSA nos hoc Euangelij pericope docet,quo argumēto dictū ſit declarans.Ne uidelicet affectemus eminentiā,ſed æqualitatem honoris ex natura prouenientem agnoſcamus,diligamusq; æqualitatē, etiam in illis,qui in quibuſdam minores eſſe uidentur.Nam tales inter ſe ſunt & paruuli, qui nondum eorum malitiæ, cum quibus uerſantur,aſſueti ſunt.

Quomodo regnū dei accipiamus ſicut paruuli. QVAEST. CCXVII.

SI TALES fuerimus erga doctrinam Domini, qualis eſt paruulus ubi eruditur, nec contradicens, nec diſceptans contra præceptores, ſed fideliter & obtemperanter ſuſcipiens quæ docetur.

Quem intellectum à deo petere debeamus,aut quomodo illo potiri queamus. QVAEST. CCXVIII.

INTELLECTVM quidem ab ipſo deo per Prophetam diſcimus, qui dicit: Ne glorietur ſapiens in ſapientia ſua,nec glorietur potens in potentia ſua,neq; glorietur diues in diuitijs ſuis,ſed in hoc glorietur qui gloriatur, ſi ſciat & cognoſcat dominum.Et per Apoſtolum dicentem:Sed intelligentes quæ ſit uoluntas Domini. Poſſumus autem hunc acquirere, ſi fecerimus quod ſcriptum eſt,uidelicet: Vacate & uidete, quòd ego ſim deus. Et ſi quodcunque uerbum dei uerum eſſe crediderimus.Niſi enim credideritis,inquit,non intelligetis.

Si nobis quiſquā benefecerit, quomodo fieri poſſit,ut & Domino debitā gratiarū actionem ſyncerè & integrè perſoluamus, & eam quoq; quæ benefactori competit,ritè adimpleamus,ut nec illi quicquam demamus,nec iuſtam mercedem excedamus. QVAEST. CCXIX. D

SI DEVM pro autore & conſummatore omnis boni,illum uerò uelut diaconū & miniſtrum diuinæ beneficentiæ certò perſuaſi agnouerimus.

An cuicunq; lubet cum ſororibus colloqui permittendum ſit, aut cui id liceat,& quando,& quomodo. QVAEST. CCXX.

DE ISTIS dictum eſt in definitionibus latioribus, uidelicet,quòd neque cum uiro quiſq; uir pro ſuo arbitrio temere colloqui debeat, ſed cum iudicio is qui prodeſſe poteſt & proficere, quanto minus cum muliere? Si uerò memor quis fuerit Domini dicentis:Quoniam de quocunque uerbo otioſo,quod loquuti fuerint homines,reddent rationem in die iudicij, metuet huiuſmodi iudiciū in omni negotio, obtemperabitq; Apoſtolo dicenti: Siue edatis,ſiue bibatis,ſiue aliud quid faciatis, omnia ad gloriam dei facite.Et alibi: Omnia ad ædificationem fiant,nec ſuſtinebit quicquam otioſè & inutiliter facere. Et de eo quoque dictum eſt,cui,quando,quomodo id liceat,ubi,& tempus,& locus, & perſona probari debet, ex quibus neque aliqua mali ſuſpitio eſſe poſſit. Curandū autē eſt omnibus, ut uitetur offendiculū, & colloquiū ad ædificationem fidei fiat.Alioqui ratio nō permittit,ut uni perſonæ una colloquatur.Meliores enim,inquit,duo ſunt,quàm unus,ſimul & fide digniores. Væ autem ſoli.Quoniam ſi ceciderit,non habet à quo ſubleuetur.

Quoniā à domino precari docemur,ne intremus in tentationē, an precandū ſit,ne incidamus in dolores corporis.Et ſi inciderimus,quomodo uincere debeamus. QVAEST. CCXXI.

NON

A NON EXpreſſit tentationis qualitatem, ſed generaliter ita præcepit: Precemi-ni,ne intretis in tentationem. Hoc autem à Domino petere debemus, ut cum ten-tatione largiatur & exitum,ut ſuſtinere poſſimus, illoq; potiamur,quod dixit: Qui ſuſtinuerit uſque ad finem,hic ſaluus erit.

Quis ſit cuiuſque noſtrum aduerſarius,& quomodo beneuolentiam cum illo habere debeamus. QVAEST. CCXXII.

SIGNIFIcanter Dominus hoc loco eum uocat aduerſariũ, qui aliquid eorum quæ ſunt pręcipui momenti,nobis auferre conatur.Beneuoli autẽ erga illũ erimus, ſi præceptũ domini ſeruauerimus,dicentis:Ei qui uult tecũ iudicio contendere,& tu nicam tuam tollere, dimitte & palliũ: & cõſimiliter in quacunq; huiuſmodi re alia.

Cum Dominus dixerit:Tu uerò cum ieiunaueris, unge caput tuũ,& faciẽ tuã laua, ne conſpicuũ ſit hominibus quòd ieiunas. Si quis ob cauſam ali-quam,quę deo placeat,ieiunare uoluerit,quemadmodũ & ſancti ſæpenu-mero feciſſe inueniuntur,quid faciat, ſi præter animi ſui ſententiam conſpi cuum fuerit quòd ieiunat. QVAEST. CCXXIII.

PRAECEPTVM hoc illorum gratia datum eſt, qui mandatum dei ita facere ſtudent,ut ſpectentur ab hominibus,ut affectum hunc,quo hominibus placere ge ſtiunt,emendent. Cæterum quòd mandatũ Domini, quod fit ad gloriam dei na-tura ſui ita habeat,ut commodè nequeat ab amicis dei abſcondi,Dominus ipſe de-clarauit,dicens:Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita,neq; accendunt lucernam,ut ponant eam ſub modio,& quæ ſequuntur.

An & nunc quoq; alij à prima hora operentur, alij ab undecima, & qui

B illi ſint. QVAEST. CCXXIIII.

FORSAN hoc omnibus notiſſimum ex ijs quæ in diuina ſcriptura traduntur, quòd multi quidem ſunt, qui iuxta teſtimonium Apoſtoli à prima ætate ſacras li-teras didicerunt: multi uerò, qui ad exemplum Cornelij naturalibus quidem mo-tibus ritè utuntur, ad perfectam uerò ſcientiam ſero propter inopiam doctorum perueniũt.Quomodo enim,credent,inquit,niſi audiant? Proinde ſi cõtingat quoſ-dam eſſe,qui,ſicut olim Cornelius,circa nullum mali ſtudium occupentur, ſed deſi derio perfectionis quicquid boni poterunt,quod cognitioni ipſorũ competat præ-ſtent: illis deus eadem largietur,quæ largitus eſt Cornelio, non imputans criminis loco præteriti temporis ignauiam, quoniam illa non ipſorum, ut dixi, uitio accidit, ſed contentus deſiderio pietatis, quod in ijs declarant, quæ iuxta temporis oppor-tunitatem ſtudioſè conantur,& tandem maiore diligentia perficient.

Quoniam Dominus dicit, ubi duo uel tres congregati fuerint in nomi-ne meo,ibi ſum in medio illorum,quomodo huius conpotes eſſe poſſimus. QVAEST. CCXXV.

QVI IN alicuius nomine congregantur,omninò ſcopum & propoſitum illius per quem congregantur ſcire debent,ut ad illud ſeſe accõmodare poſſint, quo non in malitiæ uel negligentiæ iudicium incidant, ſed gratiam beneuolentiæ inueniant. Quemadmodum enim qui uocati ſunt ab aliquo, ſi quidem metendi propoſitum illi fuerit,à quo ſunt uocati,ad illud ſeſe parant:ſi uerò ædificare ſtatuit, ad ædifican dum ſeſe accõmodant: ita & qui à Domino ſumus uocati, memores eſſe debemus Apoſtoli dicentis: Obſecro uos ego uinctus in Domino,ut dignè ambuletis uoca-

tione,qua uocati eſtis,cum omni humilitate & manſuetudine,cũ patientia ſufferen- tes uos inuicem in dilectione, ſatagentes ſeruare unitatem ſpiritus in uinculo pacis, unum corpus,& unus ſpiritus,ſicut uocati eſtis in una ſpe uocationis ueſtræ. Diluci dius autem totum hoc nobis exprimit Dominus,per promiſſionem, quam uni fa- cit,dicens: Si quis diligit me,ſermonem meum ſeruabit,& pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mãſionem apud ipſum faciemus. Quemadmodum igitur apud eum qui huiuſmodi eſt,propter mandatorũ obſeruantiam manſio fit à Do- mino: ita & in medio duorum uel trium eſt, ſi ad uoluntatem ipſius accommodati fuerint. Qui uerò neque dignè uocatione,neque ad uoluntatem Domini congrega ti ſunt,etiam ſi in nomine Domini in unum collecti uideantur,audient illud: Quid uocatis me Domine,Domine,& non facitis quæ dico?

Cum Apoſtolus dicat,Conuitijs affecti benedicimus,maledictis laceſſiti obſecramus: quomodo benedicere debeat qui conuitijs petitur: aut quid obſecrare debeat,qui maledictis inceſſitur. QVAEST. CCXXVI.

OMNINO puto Apoſtolũ hic ex his quæ ſibi uſuueniebant, docere nos omnes ut malorum tolerãtia utamur,& ijs qui nos malignè lædunt, beneficentia rependa mus, ut non ſolum in eo hoc fiat qui conuitiatur, ſed in omnibus quoque qui mali- tioſè erga nos agunt,atq; ita adimpleamus illud: Noli uinci à malo,ſed uince in bo no malum. †Verbum uerò obſecrandi ſcriptura aliquando non iuxta conſuetudi- nem ponere ſolet, ſed pro confirmare ſolariq; corda ad ueritatis tenendam certitu- dinem, utpote ubi dicit: †Confirmate populum meum,dicit Deus. Et Apoſtolus ait: Deſidero uidere uos, ut aliquid doni ſpiritalis uobis impertiar ad confirman- dum uos,hoc eſt,ut unà uobiſcum refociller per mutuam noſtram fidem,ueſtram ſimul & meam. Et alibi: Sed qui conſolatur humiles, conſolatus eſt nos Deus per aduentum Titi.

[Margin: τὸ δὲ παρακαλῶν. alibi conſolamini.]

An quiſque debeat cum alijs quæ ſentit conferre,aut in perſuaſione quòd deo placeant quæ gerit,apud ſeipſum ea cõtinere. QVAEST. CCXXVII.

VBI RECORDAMUR ſententiæ Dei dicentis per Prophetam: Væ ijs qui pru dentes ſunt apud ſeipſos,& intelligentes coram ſeipſis. Et Apoſtoli dicentis. Deſi- dero uidere uos, ut aliquid uobis doni ſpiritalis impertiar ad confirmandum uos, hoc eſt,ut unà uobiſcum refociller per mutuam noſtram fidem, ueſtram pariter ac meam: neceſſarium arbitror, ut cum ijs qui unanimes nobiſcum ſunt, & experien- tiam de ſe dederunt fidei & intelligentiæ, inſtituta noſtra conferamus, ut uel quod erratum eſt corrigatur,uel quòd probè & exactè præſtitum confirmetur, & nos iu dicium illud prædictũ fugiamus,quod eos manet,qui apud ſeipſos prudẽtes ſunt.

An in quacunq; re ſatisfaciẽdum ſit ijs qui offenduntur,aut ſint ne quę- dam,in quibus non oporteat diſſimulare quicquam, etiam ſi quidam of fendantur. QVAEST. CCXXVIII.

MANIFESTAM in iſtis differentiam ſuo loco rogati declarauimus, & quæ ſit hic ſeruanda cautio,ut potuimus,tradidimus.

An ſi quid ueciti ſit geſtum, quibuſuis illud oporteat reiecto pudore reue lare,aut quibus,& qualibus. QVAEST. CCXXIX.

REVELATIO peccatorum eandem habet rationem, quam habet & manife ſtatio corporalium paſſionum. Quemadmodum igitur corporis morbos nõ qui- buſlibet

A buſlibet reuelant homines,ſed ŋs qui curandi habent experientiam: ita & peccatorum reuelatio ŋs fieri debet,qui mederi nôrunt, iuxta quod ſcriptum eſt: Vos potentes infirmitates impotentium portate,hoc eſt,tollite per diligentiam curandi.

Quid ſit cultus,& quid ſit rationalis cultus. QVAEST. CCXXX. Λατρεία quid.

CVLTVS QVIDEM eſt, ut puto, ordinatum,continuum, ac conſtans erga eum qui colitur obſequium. Differentiam uerò rationalis cultus & irrationalis explicat nobis Apoſtolus, alicubi quidem dicens: Quoniam cum gentes eſſetis ad ſimulacra muta prout ducebamini,abeuntes: alicubi uerò: Exhibete corpora ueſtra hoſtiam uiuentem,ſanctam,deo placentem,rationalem ueſtrum cultum.Qui nanque,ut ducitur,abit,irrationalem cultum exequitur,utpote qui non per rationis magiſterium proprio ductu ac propoſito, ſed per ducentis poteſtatem quocunque ille impellat, præter animi quoque ſententiam rapiatur. Qui uerò cum recta ratione,ac bona uoluntate,multaꝗ; ſolicitudine quæ Deo placent ſemper & ubique ſpectat & præſtat,hic demum eſt,qui præceptū rationalis cultus adimpleat, ad exemplum eius qui dixit: Lucerna pedibus meis uerbum tuum,& lumē ſemitis meis. Et iterum:Et conſilium meum iuſtificationes tuæ.

Si frater aduerſum me malignè agat, mihiꝗ; inimicus fuerit, idꝗ; aliquando ſacerdos quoque,an mandata debeam de inimico data,& in ipſo ſeruare. QVAEST. CCXXXI.

IN IIS mandatis Dominus quæ de inimicis dedit,neque de inimico, ueque de inimicitia aliquid diſcriminis aſſignauit.Imò magis in excellentibus gradibus idem peccatum grauius eſſe definiuit, cum diceret: Quid autem uides feſtucam in oculo B fratris tui,trabem uero quæ in oculo tuo eſt,non uides? In ŋs itaque potiſſimū,qui celebriores uidentur,ſtudio & diligentia opus eſt, ut & debitam illis curam ſiue exhortando,ſiue increpando,cōpetenti patientia impēdamus,& reliqua omnia iuxta mandatū Domini in illis ſeruantes,inſontes,nos ipſos & in hac cauſa cuſtodiamus.

Si quis iniuria à quoquam affectus nihil quidem omittat,quod ad patientiam & tolerātiam attinet:uideatur autem iudicium deo committere, an is ſecundum ſententiam Domini faciat. QVAEST. CCXXXII.

QVONIAM Dominus alicubi quidem dicit:Remittite ſi quid habetis aduerſus quenquam:alicubi uerò:Si peccauerit in te frater tuus,uade, argue eum,inter te & ipſum ſolum. Si audierit te,lucratus es fratrem tuum. Si uerò nō audierit,accipe tecum adhuc unum aut duos,ut in ore duorum uel trium ſtet omne uerbum. Si uerò & iſtos non audierit,dic eccleſię.Si autem & eccleſiam non audierit,ſit tibi uelut Ethnicus & Publicanus,Patientiæ quidem fructum oſtendere oportet,precationē uidelicet ad deum pro eo qui iniuriam intulit,ut ex uero cordis affectu dicat:Domine,ne ſtatuas illi hoc peccatum,ne tanquam fratri iratus obnoxius fiat iudicio, Fratri uerò qui læſit,conſequens eſt ut reprehenſionis cura adhibeatur, ut & ille ab ira quæ in filios immorigeros uentura eſt,liberetur. Si uerò qui læſus eſt,iſta neglexerit,& prætextu patientiæ obticuerit, duplici nomine peccabit, cum quòd ipſe mandatum Domini tranſgreditur,dicentis: Arguendo argues proximum tuum, & nō accipies propter ipſum peccatum: & ſocius peccantis per ſilentium redditur, tum quòd quem poterat fortè, ſi arguerit, lucrari, quemadmodum & Dominus præcepit,hunc in mundo periclitari permittit.

Si alicui ex omnibus uirtutibus una tantum defuerit, an illius gratia ſalutẽ amittat. QVAEST. CCXXXIII. C

LICET multa ſint tam in ueteri quàm nouo inſtrumẽto, quæ nos hac de re abundè queant inſtruere, unũ tamen hoc iudiciũ ſufficere puto fideli, quod in Petrũ à Domino latũ legitur, qui cum tantis prędiтus eſſet, ac talibus uirtutibus, ac tantoperè beatus à domino prædicatus ac laudatus, ubi in uno tantũ uidebatur nõ obtẽperare, idq; non per ſocordiã, neq; ex contemptu, ſed per religionẽ & reuerentiã erga dominnũ ob id ſolũ audiebat illud: Si nõ lauero te, nõ habebis partem mecum.

Quomodo mors Domini ſit annuntianda. QVAEST. CCXXXIIII.

SICVT Dominus docuit dicens: Si quis uenit ad me, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam. Et ſicut Apoſtolus expreſſit, dicens: Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo, quod in ipſo baptiſmate ſtatim ab initio pacti ſumus ac profeſſi. Quotquot enim, inquit, baptizati ſumus in Chriſtum Ieſum, in mortem ipſius baptizati ſumus. Quoniã uetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, ut deſtrueretur corpus peccati, ne ſeruiremus amplius peccato. Et ſi ab omni erga hanc uitam affectu repurgati, digni fuerimus Apoſtoli teſtimonio dicentis: Mortui enim eſtis, & uita ueſtra abſcondita eſt, cum Chriſto in Deo, ut cum fiducia audeamus dicere: Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam.

An conducat multa ediſcere ex ſcripturis. QVAEST. CCXXXV.

CVM DVO ſint generaliores mortalium ordines, unus eorum quibus gubernatio aliorum enncredita eſt, alter eorum quibus ordinatum eſt, ut obſequantur & obediant pro uarietate chariſmatum: arbitror eum cui multorum cura & gubernatio commendata eſt, omnia debere ſcire & ediſcere, ut quoſuis placita Dei doceat, cuiq; oſtendens quæ ſibi conueniant: Aliorum uerò quiſq; memor Apoſtoli dicentis: Nolite ſapere pręterquã oportet ſapere, ſed ſapite ad ſobrietatem & modeſtiã, ſicut unicuique deus partitus eſt, quæ ſe concernunt diligenter diſcat & faciat, nihil amplius per curioſitatem inueſtigans, ut dignus reddatur uoce domini dicentis: Euge ſerue bone, in modicis fuiſti fidus, ſupra multa te conſtituam. D

Quibus datum eſt quatuor Euangelia ediſcere, quo animo eam gratiã amplecti debeant. QVAEST. CCXXXVI.

QVIA Dominus dicit: Quibus multum cõcreditum eſt, ab illo & multũ repoſcent, amplius timere, & ſtudioſius ad pietatẽ eniti debent, ſicut Apoſtolus docuit, dicens: Cooperantes autẽ obſecramus quoq;, ne gratiã dei in uanũ accipiatis. Hoc autem fiet, ſi crediderimus Domino dicenti: Si ita nôſtis, beati eſtis, ſi feceritis ea.

Quæ anima ad uoluntatem dei rite ſeſe accommodet ac dirigat QVAEST. CCXXXVII.

QVAE MODERationem Domini amplectitur, dicentis: Si quis uenit ad me, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Niſi enim quis iam antea præſtiterit illud, abneget ſemetipſum, & illud, tollat crucem ſuam, multa ex ſeipſo inueniet in progreſſu, quæ à Chriſti ſequela impediant.

An poſſibile ſit indeſinenter pſallere, aut legere, aut ſedulo ac ſerio de uerbis Domini diſſerere, nec liceat in uniuerſum propter neceſſitatẽ corporis, quæ nonnullis accidit, ad ſordidiora curanda interſtitiũ admittere. QVAEST. CCXXXVIII.

A DE HOC nobis Apoſtolus canonem ponit, dicens: Omnia honeſtè & ordine fiant. Itaque ſpectandum magis eſt, ut honeſtas & bonus ordo iuxta temporis ac loci rationem ſeruetur.

Quis ſit theſaurus bonus, quis malus. QVAEST. CCXXXIX.

THESAVRVS bonus eſt, ſolicita cogitatio de quacunque uirtute in Chriſto ad gloriam Dei faciente. Theſaurus uerò malus eſt, cogitatio malitiæ eorum, quæ à Domino uetita ſunt, ſtudioſa, unde iuxta Domini ſententiam per peculiaria utriuſque opera & uerba proferuntur, uel bona, uel mala.

Quomodo lata ſit porta & ſpatioſa uia, quæ ad interitum ducit. QVAEST. CCXL.

PROPTER multã ſuã benignitatẽ Dominus nominibus & dictionibus earũ rerum utitur, quæ in uſu ſunt, & plerunque accidunt, ut ueritatis dogmata dilucidè exprimat. Quemadmodum igitur, ſi quis rectam uiam egrediatur ac deſerat, multam habet latitudinem: ita, inquit, qui egreditur ac deſerit uiam regni cœlorum, in multa erroris latitudine deprehenditur. Latitudo uerò & ſpatioſitas, ut arbitror, idem eſt. Illud enim ἰυρὺ, etiam iuxta ſeculum eruditis latum dicitur. χῶρος igitur, id eſt, locus, erroris latus eſt, cuius finis perditio. ἰυρύχωρος ἃ ὁδός.

Quomodo anguſta ſit porta & arcta uia, quæ ducit ad uitam, & quomodo per illam quis ingredi queat. QVAEST. CCXLI.

ET HIC QVOQVE anguſtum (ςενὸν) & arctum (τεθλιμμένον) non aliud atque aliud ſignificant, ſed anguſtiæ intenſionem exprimit arcti dictio, quòd uia uſque adeò ſit anguſta, ut in arctum coactum atterat, hoc eſt, utrinque premat uiatorem, ita ut periculoſum ſit quocunque latere illam egredi, ſiue ad dexteram, ſiue
B ad ſiniſtram: uelut uſuuenit pontem tranſeuntibus, ubi undique fluuius ſubterlabitur, excipiens à ponte declinantem. Quapropter Dauid dicit: Iuxta iter offendicula mihi poſuerunt. Oportet itaq; per anguſtam & arctam uiam uitam ingredi uolentem cohibere ſeipſum, ne uſquam egrediatur aut exorbitet ex mandatorũ Domini uia, adimplens illud: Ne declines neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram.

Quid ſit illud, per fraternam charitatem amico inuicem affectu præditi. QVAEST. CCXLII. φιλόςοργοι.

ςοργὴ per intenſionem amicitiæ dicitur, qua erga dilectum deſiderio & affectu ardenti præditus eſt qui diligit. Ne ſit igitur ſuperficialis fraterna charitas, ſed affectuoſa & feruida, ita dictũ eſt, per fraternã charitatẽ amico inuicem affectu prędití.

Quid uelit Apoſtolus cum dicit: Iraſcimini, & nolite peccare, ſol non occidat ſupra iracundiam ueſtram, tametſi alibi dicat: Omnis amaritudo, & ira, & excandeſcentia, tollatur à uobis. QVAEST. CXLIII.

ARBITROR APOſtolum hoc loco ſermone ad imitationem Domini uſum eſſe. Quemadmodum enim in Euangelio Dominus prius dixit: Dictum eſt antiquis. Deinde: Ego autem dico uobis, ita & hic Apoſtolus facta prius mentione ueteris dicti ad eos pertinentis, qui ſub lege fuerunt, nempe: Iraſcimini, & nolite peccare, paulò pòſt ſubiungit de ſuo quod nobis competit, dicens: Omnis amaritudo, & excandeſcentia, & ira, & uociferatio tollatur à uobis.

Quid hoc ſit dare locum iræ. QVAEST. CCXLIIII.

AVT IDEM eſt,quod illud:Nolite reſiſtere malo,ſicut ſcriptum eſt,ſed percu tienti te in dexteram maxillam, obuerte illi & alteram, & quæ ſequuntur: uel idem quod hoc:Quando perſequuti uos fuerint in ciuitate iſta,fugite in aliam.

Quid ſit prudentes ſicut ſerpentes,& ſimplices ſicut columbæ.QVAEST. CCXLV.

PRVDENS EST ſicut ſerpens, qui doctrinam circumſpectè & cum conſideratione uirium & ſucceſſus audientibus diſpenſat & accommodat.Simplex uerò ſicut columba eſt, qui ne in animum quidem ſibi ſumit, ut ulciſcatur inimicum, ſed perſeuerat in benefaciendi ſtudio,iuxta mandatum Apoſtoli,dicentis: Vos autem nolite deficere benefacientes. Cum enim diſcipulos ſuos Dominus ad prædicandum regnum Dei amandaret, hæc ipſis mandauit, in qua profectione & ſapientia opus erat,ut perſuaderent auditoribus, & patientia erga inſidiatores, ut quemadmodum in paradiſo ſerpens,uultu uti ad inducendum accommodatiore, & uerisimiliter ad perſuadendum dicere nouerat, ut à Deo abduceret, & peccato ſubijceret: ita & nos, & uultus, & loci, & temporis rationem habeamus, & quouis modo ſermones noſtros diſpenſemus in iudicio,ut à peccatis auocemus, & ad Deum reducamus.Patientiam uerò in tentationibus ad finē uſq; ſeruemus,ſicut ſcriptū eſt.

Quid ſit illud:Charitas non agit inhoneſtè QVAEST CCXLVI.

ἡ ἀγάπη οὐκ ἀσχημονεῖ.

IDEM AC SI diceret,non excedit ſtatus ſui decorum. Decorum autem charitatis eſt in ijs,quæ ab Apoſtolo in eodem loco tanquam peculiaria & propria charitati adnumerata ſunt.

Cum ſcriptura dicat,Nolite gloriari,neque loqui ſublimia. Et Apoſtolus alicubi quidem fateatur ſe gloriari, dicens: Quod loquor, non ſecundum Dominum loquor, ſed uelut per inſipientiam in hoc gloriationis argumēto.Et iterum:Factus ſum inſipiens gloriando. Alicubi uerò permittat etiam gloriari,cum dicit:Qui gloriatur, in Domino glorietur. Sciendum eſt quæ ſit gloriatio in Domino,& quæ uetita. QVAEST. CCXLVII.

QVOD APOſtolus neceſſitate fuerit adactus reſiſtere affectionibus aduerſariorum, manifeſtum eſt. Non enim ideo gloriatus eſt, ut ſeipſum commendaret, ſed ut quorundam confidentiam, arrogantiam,& animi elationem deijceret. Gloriatio autem in Domino eſt,quando quis rectè facta non ſibi ipſi,ſed Domino adſcribit,dicens:Omnia poſſum in Chriſto,qui me confortat. Vetita uero duplicem habent rationem,uel ſecundū dictum illud:Laudatur peccator in deſiderijs animę ſuæ.Et:Quid gloriaris in malitia potens?uel iuxta illud Chriſti:Faciunt opera ſua, ut ſpectentur ab hominibus, quia cupiunt laudari in ijs quæ faciunt,quaſi gloriantes in factis ſuis.Tales uerò ſacrilegi ſunt, dona Dei ſibi appropriantes, & deo debitam gloriam ad ſeipſos rapientes.

Si Dominus dat ſapientiam, & à cōſpectu illius eſt ſcientia & intellectus, Et ſi per ſpiritum alij quidem datur ſermo ſapientiæ, alij uerò ſermo ſcientiæ, quomodo culpat diſcipulos ſuos Dominus,dicens: Adhuc & uos intelligentia caretis? Et, Apoſtolus quoſdam tanquam inſipienens reprehendit. QVAEST. CCXLVIII.

SI CVI NOtum eſt quę ſit bonitas Dei uolentis omnes homines ſeruari, & ad agnitionem ueritatis uenire, & quæ ſit cura ſpiritus ſancti in diuiſione & energia charisma-

A charisſmatum Dei, is nimirum nouit tarditatem intelligentiæ non eſſe ex eo quòd grauatim illam benefactor Deus impertiat, ſed ex incredulitate eorum quibus ille benefacere cupit, ut rectè culpetur inſipiens, tanquam qui ſole oriente oculos ſuos claudat, ut in tenebris agat, nec ſuſpiciat ut illuminetur.

Quid ſit fas (ὅσιον) & quid ſit iuſtum (δίκαιον). QVAEST. CCXLIX.

ὅσιον quidem eſſe arbitror, decorum illud & debitum, quod à ſubditis præſtantiori ſecundum præſtantiæ rationem debetur: iuſtum uerò quod pro dignitate ac mercede operum unicuique redditur. Et ad ὅσιον ea tantum animi gratitudo & retributio pertinet, quæ optimates concernit: ad iuſtitiam uerò etiam malorum exploratio & retributio.

Quomodo detur ſanctum canibus, aut proijciantur margaritæ ante porcos, aut quomodo contingat illud quod ſubiungitur, ne fortè proculcent eas pedibus, & conuerſi lacerent uos. QVAEST. CCL.

DILVCIDE Nobis iſta exponit Apoſtolus in ijs quæ aduerſus Iudæos adducit, dicens: Qui in lege gloriaris, per tranſgreſſionem legis Deum dehoneſtas. Ignominiam igitur iſtam, qua per tranſgreſſionem ſancta Domini uerba dehoneſtamus, Dominus hic prohibuit, per quam tranſgreſſionem fit, ut qui extra fidem noſtram ſunt, ſimul & contemptibilia iudicent Domini dogmata, & illorum gratia cõfidentius in nos exurgant, ac probris ſuis & reprehenſionibus uelut lacerant tranſgreſſorem.

Quomodo Dominus nunc quidem prohibeat ſacculum & peram ſumere in uiam, nunc uerò dicat: At iam qui ſacculum habet, tollat ſimiliter &
B peram, & qui non habet, uendat tunicam ſuam, & emat gladium. QVAEST. CCLI.

HOC DOMINVS ipſe declarat dicens: Quoniam oportet adhuc illud in me impleri: Et cum iniquis deputatus eſt. Protinus enim ubi impleta fuerat prophetia hæc de gladio, dixit ad Petrum: Conuerte gladium tuum in uaginam ſuam. Quicunque enim gladium arripiunt, gladio pereunt, ut liqueat non eſſe mandatum illud: At nunc qui habet ſacculũ, tollat, ſiue tollet, (nam ita multa exemplaria habẽt) & peram, ſed prophetiam prædicente Domino, quòd Apoſtoli donorum dei ac legis Dominicæ obliti, gladios eſſent uſurpaturi. Quòd autẽ imperandi modo ſcriptura ſępenumero loco prophetandi utatur, multis in locis manifeſtũ eſt, quale eſt illud: Fiant filij eius orphani, & diabolus ſtet à dextris ipſius. Et quæcunq; ſimilia.

Quis ſit panis quotidianus (ἐπιούσιος) quem dari nobis quotidie precari docti ſumus. QVAEST. CCLII.

QVANDO QVI operatur memor Domini dicentis, ne ſoliciti ſitis animæ ueſtræ, quid edatis, aut quid bibatis, & Apoſtoli mandantis ut operemur, ut habeamus quod demus neceſſe habenti, nõ propriæ neceſſitatis gratia, ſed propter mandatum Domini operatur (dignus eſt enim operarius cibo ſuo) tunc quotidianum panem, hoc eſt, cum, qui ad quotidianã uitæ ſuſtentationem ſubſtantiæ noſtræ cõducit, non ſibi ipſi adſcribit, ſed deo ſupplicat illius gratia, atq; illi ita expoſita indigentiæ neceſſitate manducat quod datur ab eo, cui cum iudicio commiſſum eſt, ut quotidie adimpleat illud: Et dabatur unicuique iuxta quod opus habebat.

Quid ſit talentũ, & quomodo illud multiplicetur. QVAEST. CCLIII.

ARBITROR parabolā illam de quouis dono dei dictā eſſe, ut quam quiſque gratiam à deo probatur habere, illā multiplicet ad beneficētiam & utilitatē multorum quod accepit impendens. Nemo em̄ eſt, qui nō ſit diuinæ bonitatis particeps.

Quæ ſit menſa, cui debebas, inquit Dominus, argentum committere. QVAEST. CCLIIII.

PARABOLAE non implēt ſpecie tenus theoremata, ſed ad propoſitum cauſæ mentem inducunt. Quemadmodū igitur pecuniam cōſentaneum eſt menſarijs uictus ac ſubſidij gratia dari: Sunt enim, ut in Alexandria cognoui, qui menſa excipientes hoc faciāt, ut neceſſitate obſtrictus ſit, qui excipitur, qualemcunque gratiam rependere egeno, aut illud facere quod ab Apoſtolo de diſpenſanda doctrina dictum eſt: Hæc committe fidelibus hominibus, qui idonei ſint & alios docere. Non enim in doctrina tantum hoc fieri ſolet, ſed in re quacunque. Nam alij quidem potentia præditi ſunt, alij uerò experientiam diſpenſationis acceperunt.

Quo iuſſus ſit abire, cui dictum eſt: Tolle quod tuum eſt, & abi. QVAEST. CCLV.

FORSAN QVO abire iuſſi ſunt, qui ſunt à ſiniſtris, qui propter ignauiam & uacationem à bonis reprehenſi ſunt. Quiſquis autē fratri inuidet, peior eſt ignauo, eo quòd ſcriptura id conſuetudinis habeat, ut inuidentiæ cædem connectat.

Quæ ſit merces illa, quam primi ſimul cum poſtremis accipiunt. QVAEST. CCLVI.

EA FORTaſſis quòd non culpatur quiſquam bonorum gratia quæ operatus eſt, quòd commune eſt omnibus morigeris. Coronari nanque proprium eorū eſt, qui bonū certamen legitimè decertârunt, qui curſum ſuum conſummârunt, fidemque ſeruârunt in dilectione Domini noſtri Ieſu Chriſti. Poteſt autem merces illa, quæ cadē ex pacto dabatur omnibus intelligi de centuplicatis bonis, quæ in iſto præſenti tempore Dominus quiduis præſentium rerum mandati ſui gratia dimittentibus pollicitus eſt, ut de iſtis dictum ſit illud: Tolle quod tuum eſt, & abi. Quoniam uerò inuidentiæ morbo, qui priores in labore uidebantur, erga eiuſdem mercedis cōſortes poſtremos laborârunt, conſentaneum eſt, quòd uitam æternam non acquiſierint, ſed in hac uita centuplicatis illis bonis acceptis in futura propter inuidiā condemnandi ſint, & audituri illud: Abi.

Qui ſint qui per paleas intelligantur, quæ comburentur igni inextinguibili. QVAEST. CCLVII.

HI SCILicet, qui dignis regno cœlorum utiles quidem ſunt, ſiue per dona ſpiritalia, ſiue beneficia corporalia illis ſeruientes, uerùm nō affectu dilectionis uel erga deum, uel erga proximum id faciunt, atque ita ſibi ipſis ſunt inutiles.

Quis ſit qui ab Apoſtolo condemnatur quòd data opera palmam interuertat credentibus per humilitatem & ſuperſtitionem angelorum, & quæ ſequuntur. QVAEST CCLVIII.

Coloſſ. 2. ARBITROR huius loci ſententiam & propoſitum declarari per id quod ſubiungitur. Nam in progreſſu nominat corporis læſionem. Tales autem ſunt Manichæi, & ſi qui alij ſunt illis ſimiles.

Quis ſit ſpiritu feruens. QVAEST. CCLIX.

QVI FERuenti propoſito, & inſatiabili deſiderio, ſtudioque impigro uoluntatē

Dei facit

A dei facit in charitate Ieſu Chriſti Domini noſtri, iuxta quod ſcriptum eſt: In mandatis eius uolet ac delectabitur plurimum.

Cum Apoſtolus nunc dicat, ne ſitis inſipientes, nunc uerò, ne ſitis prudentes apud uos ipſos, an poſſit qui non eſt inſipiens, non eſſe apud ſeipſum prudens. QVAEST. CCLX.

HABET unumquodque mandatum ſuum finem ac propoſitũ. Nam ei quod dixit, ne ſitis inſipientes, adiecit, ſed intelligentes quæ ſit uoluntas Dei: & ubi dixit, ne ſis prudens apud teipſum, ſubiecit illud, ſed time Dominum, & recede à malo. Itaq; inſipiens eſt, qui non intelligit uoluntatem Domini. Prudens uerò apud ſeipſum, quiſquis proprijs uſus conſilijs nõ incedit per fidem iuxta uerba dei. Si quis igitur cupiat neque inſipiens eſſe, neq; prudens apud ſeipſum, intelligere debet uoluntatem Domini per fidem in ipſum, & in timore Dei imitari Apoſtolum dicentem: Conſilia demolientes & omnem altitudinem quæ extollitur contra ſcientiam Dei, & captiuantes omnem intellectum in obedientiam Chriſti.

Cum Dominus promittat, dicens: Quæcunque petieritis in precatione ſi credideritis, accipietis. Et iterũ Si duobus ex uobis cõuenerit ſuper terrã, quãcunque rem petierint, fiet ipſis: quomodo precati quidam, etiã ſancti, petita non acceperint, ſicut & Apoſtolus, huius, inquit, gratia tertiò Dominum rogaui, ut diſcederet à me, & tamen quod petijt non accepit, ut & Hieremias propheta, & Moſes ipſe. QVAEST. CCLXI.

QVONIAM Dominus noſter Ieſus Chriſtus in precatione dixit: Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me poculũ hoc: deinde ſubiunxit, ueruntamen non mea uoluntas B fiat, ſed tua, primum quidem hoc ſciendũ eſt, quòd non eſt arbitrio noſtro permiſſum, ut quidlibet petamus. Quanquam ignoramus etiam prorſus quid nobis conducat. Nam hoc ipſum quod petimus, quemadmodũ oportet, nõ nouimus. Quapropter admodum quidẽ circumſpectè iuxta uoluntatem Dei petitiones inſtituendæ ſunt: ubi uerò non audimur, ſciendum eſt quòd uel patientia, uel conſtantia, & intentione opus eſt, ſecundum parabolam Domini, qua docet ſemper eſſe precandum, nec deficiendum. Et ſicut alio in loco dicit, uel propter improbitatem eius, ſurgens dabit illi quantum neceſſe habet, aut correctione & diligentia, iuxta quod per prophetam quibuſdam à Domino dictum eſt: Quando manus ueſtras extenderitis ad me, auertã faciem meã à uobis: & ſi multiplicaueritis precationem, nõ exaudiam uos. Nam manus ueſtræ ſanguine plenę ſunt. Lauemini, mũdi eſtote, & quæ ſequuntur. Quòd autẽ nunc quoq; multorum manus ſanguine plenæ fiant, & ſint etiam, nihil addubitandũ eſt ijs qui iudicio dei credunt, quod contra eos latum eſt, qui cum iuſſi ſint cõteſtari populum ad reſipiſcentiam, muti ſunt, uidelicet, quoniam ſanguis eius qui peccauit, de manu ſpeculatoris requiretur: de cuius irrefragabili ueritate perſuaſus Apoſtolus dixit: Mũdus ego ſum deinceps à ſanguine omnium. Non enim ſubterfugi, quò minus annuntiarem uobis omne conſilium dei. Si uerò reus ſanguinis eorum qui peccauerũt deprehenditur, qui tantum tacuit, quid de illis dicendum eſt, qui factis ac ſermonibus ſuis alijs offendiculo ſunt? Vſuuenit autem aliquando, ut & propter indignitatem petentis nõ acquiratur quod petitur, ut Dauidi contigit, cui non eſt permiſſum, ut, quemadmodum petebat, domum deo ſtrueret, qui licet non eſſet alienus à beneplacito dei, nõ tamen ſtatim & hac re dignus

dignus habitus eſt. Hieremias uerò uidetur non eſſe exauditus propter malitiam C
eorum, pro quibus precabatur. Fit autem & hoc ſæpenumero, ut neglecta per ſocordiam temporis oportunitate, quo facieuda erat petitio, reperiamur tandem fruſtra, & inaniter precari. De eo uerò Apoſtoli loco, ubi dicit: Tertio rogaui Dominum, ut diſcederet à me, hoc ſciendum eſt, quòd in calamitatibus externis & corporalibus multa ſit apud deum & uaria ratio, qui uel infert, uel admittit pro ſua diſpēſatione meliora quàm ſit harum remiſſio. Si igitur cuiquam notum fuerit quòd debeat per precationem & petitionem à ſua calamitate liberari, intelligitur petijſſe ſicut duo cæci in Euāgelio, & decem leproſi, ac multi alij. Si uerò incognitū fuerit ob quam cauſam inciderit in tentationē (nam ſæpenumero hoc fine in tentationes incidit quis, ut per patientiam ad pręfixum emendationis ſcopum perueniat) non exaudietur, ſi calamitatem ſufferre detrectauerit, ac deprecetur, cùm oporteat eam ad finem uſq; ſuſtinere. Alioqui iſta non conuenient ſcopo benignitatis diuinæ. Illud uerò: Si duo ex uobis conſenſerint, ipſa pericope eius loci declarat. Loquitur enim de reprehendente peccatorem, & de reprehenſo. Quoniam, cum deus nolit mortē peccatoris, ſed magis ut cōuertatur ac uiuat, ſi qui reprehenditur, animo cōpunctus conſenſerit propoſito reprehendentis, de quacunq; re, id eſt, de quocunq; peccato, cuius remiſſionem petierint, quod petunt à benigno deo accipient. Si nanq; reprehenſus non conſenſerit ei, à quo reprehenditur, non accipiet iam remiſſionem, ſed uincula, iuxta quod ſubinfertur: Quoniam quæcunq; ligaueritis ſuper terram, ligata erunt in cœlis, ut adimpleatur iudicium illud: Si & eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.

Quoniam ſcriptura paupertatē & egeſtatem inter laudabilia collocat, ut D
cum dicit: Beati pauperes. Et: Deſiderium pauperū exaudiuit Dominus: Et iterum: Pauper & inops laudabunt nomen tuum, ſciendum eſt quæ ſit paupertatis & inopiæ differentia, & quomodo uerū dicat Dauid, cum dicit: Ego uerò pauper ſum & inops. QVAEST. CCLXII.

MEMOR Apoſtoli de Domino dicentis: Quoniam cum diues eſſet, propter nos pauper factus eſt, arbitror pauperem eſſe eum, qui ex diuitijs delapſus eſt in egeſtatem, inopem uerò qui ab initio in egeſtate fuit, & ad beneplacitum dei huiuſmodi calamitatem moderatus eſt. Dauid autē pauperem ſe fatetur & inopem, forſan in perſonam Domini & hic reſpiciens, qui pauper dicitur ſecundum illud: Qui propter nos pauper factus eſt, cū diues eſſet: inops uerò, ſecundū quòd non diuitis alicuius, ſed fabri filius iuxta carnē appellatus eſt. Forſan & ob id quòd ſubſtantiā ſuam nouit ſecundum exemplum Iob, nō more theſaurorū ſibi ipſi reconditam ſeruare, nec diuitijs ſuis attendere, ſed omnia ſecundum uoluntatem dei diſpenſare.

Quid uoluerit Dominus docere per exēpla illa, quibus hoc ſubiecit: Sic quiſquis ex uobis non renūtiauerit omnibus quæ poſſidet, nō poteſt meus eſſe diſcipulus. Si enim uolens turrim ædificare, aut congredi bello cum alio rege inſtructus eſſe debet uel ad ædificandum, uel ad bellū: Si uerò non potuerit, licitè poteſt uel nō ponere fundamentum, uel rogare quæ pacis ſunt, an ad hunc modum & qui cum diſcipulis domini fieri deſtinauit, omnibus ſuis renūtiare debet: ubi cognouerit ſe ad hoc ineptū, licitè queat nec à principio quidē ad diſciplinam ſe Domini tradere. QVAEST. CCLXIII.

A SCOPVS Domino eſt in iſtis exemplis non poteſtatẽ dare fieri diſcipulum uel non fieri,ſed oſtendere quàm ſit impoſſibile Domino placere in ijs rebus,quę animum perturbant,& in quibus periculum eſt,ne diaboli inſidijs ſit locus, & dignus quis efficitur qui ſubſannetur ac irrideatur,propter imperfectos eorũ , quæ ſatagere uidebatur,conatus:quod deprecatus propheta dixit: Ne quãdo gaudeãt ſuper me inimici mei,& cum cõmouerentur pedes mei,ſuper me arrogãter loquuti ſunt.

Quia Apoſtolus dicit,ut ſitis ſynceri,& iterum,ſed tanquam ex ſynceritate,quid ſit ſynceritas. QVAEST. CCLXIIII.

SYNCERVM (εἰλικρινὴς)arbitror eſſe,quod mixtũ nõ eſt, ſed maximè ab omni contrario repurgatum. Compoſitum uero, etiam quod ad pietatẽ quidem ſolam ordinatum eſt:ſed non ſolum,uerum cum alijs quoq; quæ unoquoq; tempore & negotio ad illius ſcopum ſtudioſe requiruntur, ut neq; ad uirtutum ac rectè factorum cognata animo liceat euagari ei qui ad aliquid ſyncerè gerendum ordinatus eſt.Prius autẽ ex ipſa declaratur conſequentia.Nam iſti,ſed tanquam ex ſynceritate ſubiungitur hoc,uelut ex deo,coram deo , in Chriſto loquimur. Poſterius uero ex eo quod dicit,ne amplius ſapiatis,quàm par eſt,ſed ſapiatis ad modeſtiam,unicuiq; ſicut Deus partitus eſt menſuram fidei,& ex alijs quæ iſtis ſubijciuntur. τὸ εἰλικρινὲς

An ad ſolos ſacerdotes dictum ſit illud,ſi obtuleris munus tuum ad altare,& ibi recordatus fueris,quod frater tuus habet aliquid aduerſum te, & quæ ſequuntur an ad omnes,quomodo quiſq; & ad altare offerat. QVAEST. CCLXV.

LOCVS hic peculiariter quidẽ & quaſi exemplaris uice de ſacerdotibus exponere conſentaneum eſt. Quoniam uero ſcriptum eſt, uos autem ſacerdotes Domini
B uocabimini,miniſtri dei omnes. Et, Sacrificium laudis glorificabit me. Et iterum, Sacrificium deo ſpiritus contribulatus.Et Apoſtolus quoq; dicit,Exhibete corpora ueſtra hoſtiam uiuentẽ,deo placentẽ,rationalem ueſtrũ cultum, quorũ quodq; cõmuniter ad omnes pertinet,neceſſariũ eſt ut q́ſq; quod hic locus habet perficiat.

Quid ſit ſal illud de quo præcepit dominus dicens , Habetote in uobis ipſis ſal,& pacẽ colite inter uos.Et Apoſtolus:ſermo ueſter,inquit, ſemper ſit in charitate,ſale conditus. QVAEST. CCLXVI.

ET hic quoq; uerborũ Chriſti ſenſus per ea quę ſingulis capitibus cõnexa ſunt, manifeſtus eſt.Nam in uerbis Chriſti quidem docemur, ne quam demus mutuæ diuulſionis ac ſeparationis cauſam,ſed perpetuò conemur, ut uinculo pacis ad unitatẽ ſpiritus unanimes cõſeruemur.In Apoſtoli uero, Si quis memor fuerit dicentis,An comedetur panis abſq; ſale? An & guſtus eſt aliquis in uerbis nouis? docebitur ſermones ſuos diſpenſare ad ędificationẽ fidei ut dent gratiã audientibus,tẽpore accõmodo & ordine honeſto uſus,ad hoc, ut obtẽperantiores fiãt qui audiunt.

Si alius uapulabit plurimum, alius parum , quomodo quidam dicant, non eſſe ſupplicij finem. QVAEST. CCLXVII.

QVAE ambiguè & obſcurè in nõnullis ſcripturæ ſacrę locis dicta uidentur,per ea quæ alibi certa & indubitata habentur,declarantur.Cum ergo Dominus alicubi pronuntiet dicens,Ibunt illi in ſupplicium æternum , alibi deſtinet quoſdam in ignem æternum,paratum diabolo & angelis ipſius,& alibi nominet geennã ignis, ac ſubijciat,ubi uermis non moritur,& ignis non extinguitur,& præterea olim per

Prophetam de quibuſdam prędixerit, quòd uermis ipſorū non ſit moriturus, nec ignis extinguendus: cum iſta inquam, & ſimilia multis ſacræ ſcripturæ locis poſita reperiantur, conſequens eſt & hoc unum eſſe eorum quæ ex Diaboli inſidijs ſtruuntur, quod plerięꝫ homines, uelut obliti tot ac talium Domini uerborum & ſententiarum, ſupplicij finem ſibi ipſis, ut hoc maiore temeritate peccent, præſcribūt. Nam ſi finem habebit æternum illud ſupplicium finem habebit pariter & æterna uita. Si uero de uita hoc cogitare non ſuſtinemus, quam rationem habebit finem dare æterno ſupplicio? Æternitatis nanque adiectio ad utrunque pariter & ex æquo poſita eſt. Ibunt, inquit, iſti in ſupplicium æternum, iuſti uero in uitam æternam. Cum hæc igitur ad hunc modum indubitata ſint & confeſſa, ſciendum eſt, illud, plagis uapulabit multis, &, uapulabit paucis, non finem ſed differentiam ſupplicij ſignificare. Si nanque Deus iuſtus iudex eſt, non ſolum bonis ſed & malis reddens, iuxta quod quiſque peregit, poteſt alius quidam inextinguibili igne dignus eſſe, eoq; uel mitiore uel ardentiore, alius uero uerme immortali eoq; iterum uel mitius uel acrius mordente, iuxta cuiuſque meritum. Et alioqui uaria ac differētia omnino ſunt gehennæ ſupplicia, & aliter atque aliter erunt in tenebris exterioribus, ubi hic in fletu tantum, ille & in ſtridore dentium per adflictionum intenſionem erit. Et exteriores tenebræ omnino innuunt eſſe aliquas interiores. Et quod in prouerbijs de inferni fundo dictum eſt, oſtendit quoſdam in inferno quidem, non tamen in illius fundo futuros, ſed leuius ſupplicium laturos. Hoc autem & in hac uita in paſſionibus corporum notari poteſt. Nam alius quidem febricitat ut ſimul habeat Symptomata, & alias paſſiones: alius uero febricitat tantum, & is quoque diſſimiliter cum alio, & alius non febricitat quidem, uerum alio quodam dolore in membris conficitur. Et hic quoque non pari cum alijs ratione, ſed uel plus uel minus. Dicta eſt autem hæc ſententia Domino plus uapulabit, &, minus uapulabit, ſecundum conſuetudinis uulgatum uſum, quemadmodum & alia ſimilia pleraque. Scimus enim huiuſmodi ſermonis genus, & de ijs ſæpenumero uſurpari, qui uno quodam & eodem morbo laborant, utpote quando de febricitante tantum, uel oculos dolente, cum admiratione dicimus quàm acerba paſſus eſt, aut quantam doloris uim ſuſtinuit. Itaque uel plus uel minus uapulare, iterum dico non in temporis prorogatione uel conſummatione ſed ſupplicij differentia contingit.

Quo ſenſu quidam filij diffidentiæ & filij iræ dicantur. QVAEST. CCLXVIII.

NATOS AC FILIOS DOMINVS quoſdam nominare ſolet eius cuius faciunt uoluntatem, ſiue boni ſiue mali. Si filij enim, inquit, Abrahæ eſſetis, opera Abrahæ faceretis. Et iterum: Vos ex patre Diabolo eſtis, & deſideria patris ueſtri uultis facere. Itaq; diffidentiæ filius eſt, qui quæ diffidentiæ ſunt operatur, forſan autem quemadmodum non ſolum peccator Diabolus ſed & ipſum peccatū nominatę: propterea, ut opinor, autor factus eſt peccati, ita propter eandem cauſam Diabolus ipſa dicitur diffidentia. Filius autē iræ eſt, qui ſe ipſum ira dignum reddidit Quemadmodum enim Domino dignos, & operantes lucis ac diei opera, filios lucis ac filios diei appellauit Apoſtolus, ita conſentaneum eſt ut & hoc, eramus autem filij iræ intelligamus. Sciendum ſanè eſt, quod idem

eſt filius

A eſt filius diffidentiæ,& filius iræ,Domino ita pronuntiante: Qui incredulus eſt filio non uidebit uitam,ſed ira Dei manet ſupra ipſum.

Quia ſcriptũ eſt,faciẽtes deſideria carnis & cogitationũ,an alia ſint deſideria carnis,& alia cogitationũ,& quæ ſint illa. QVAEST. CCLXIX.

CARNIS quidẽ deſideria Apoſtolus alio in loco nominatim ex parte recenſet dicens: Manifeſta ſunt opera carnis,quæ ſunt,adulterium,fornicatio,immundicia,laſciuia,ſimulachrorum cultura,ueneficium,inimicitię,contentio,æmulationes, excandeſcentia, lites,diſſidia ,hæreſes, inuidia , cædes , temulentia, comeſſatio , & quæ iſtis ſunt ſimilia. Et alibi ſuccinctius: Quoniam ſenſus,inquit, carnis inimicitia eſt contra Deum: Nam legi Dei non ſubditur. Necꝫ enim poteſt. Cogitationum uero deſideria conſilia ſunt,nullum ſcripturæ teſtimonium habentia,qualia ſunt illa de quibus dictum eſt,conſilia demolientes, & omnem altitudinem,quæ extollitur contra ſcientiam Dei: Et intellectus, non captiuati in obedientiam Chriſti. Quapropter neceſſarium eſt & cautum,ut ſemper & ubique illud Dauidis cuſtodiamus: Et conſilium meum,iuſtificationes tuę.

Quid ſit illud,egeſtate laboramus ſed non ad deſperationem uſqꝫ deſtituimur. QVAEST. CCLXX. ἀπορούμενοι ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι. 2 Cor. 4.

PLEROPHOriam fiduciæ ſuæ erga Deum Apoſtolus ex oppoſitione humani ſenſus oſtendens,ſingula eo loco ita ponit,uidelicet quod ad humanum ſenſum attinet,illud,in omnibus premimur,inquit:quod uero ſuę eſt fiducię,hoc ſubiungit,ſed non anguſtiamur. Iterum iuxta humanum ſenſum,egeſtate laboramus inquit:iuxta fiduciam uero erga Deum , ſubdit , ſed non ad deſperationem uſque B deſtituimur,& conſimiliter quæ ſequuntur . Qualia ſunt & illa quæ alibi dicit,tanquam morientes , ſed ecce uiuimus , uelut pauperes , multos uero locupletantes, quaſi nihil habentes,& omnia poſſidentes.

Cum Dominus dicat,ueruntamẽ quod ſupereſt date eleemoſynã, & ecce omnia munda ſunt uobis,an omniũ quis per eleemoſynã,quæcunqꝫ peccauerit,mundationẽ inueniat QVAEST. CCLXXI.

IPSA eorũ quæ præmiſſa ſunt cõſequentia & ſeries declarat hoc dictũ . Cũ enim præmiſiſſet , mundatis quod extra poculum eſt & catinum, & quod intus eſt ueſtri,plenum eſt rapina,& dolo,& malitia,ita ſubiecit, ueruntamen,quòd ſupereſt,date eleemoſynam,& ecce omnia munda ſunt uobis,omnia uidelicet, quæ per rapinam & auaritiæ ſtudium peccamus , & malè agimus. Exprimit autem hoc & Zachæus,cum dicit: Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus,& ſi quẽ defraudaui,reddo quadruplum . Itaqꝫ quæcunque talia peccata ſunt,quæ dilui,& pro quibus plura rependi queant, hoc pacto, mundantur. Hoc pacto inquam, nõ quòd per ſe iſta ad mundationem ſufficiant, cum principaliter opus ſit miſericordia Dei & ſanguine Chriſti, in quo & aliorum omnium redemptionem habemus, ſi in unoquoque dignos reſipiſcentia fructus fecerimus.

Quoniã Domini mandatũ eſt, ne ſoliciti ſimus de craſtino , quomodo mandatũ hoc ſanè intelligi debeat. Videmus enĩ,quã multum ſtudij rebus neceſſarijs impendamus , ut nobis cõparemus quæ ad prolixũ aliquod tẽpus ſufficere queant. QVAEST. CCLXXII.

QVI doctrinam Domini amplexus eſt, dicentis: Primum quærite regnum

Dei & iuſtitiam eius, certoq; perſuaſus eſt de promiſſi illius ueritate, quod ſubiun- C
git dicens: Et iſta omnia adijcientur uobis, non in temporarijs curis, quæ uerbum Dei ſuffocant & infrugiferum reddunt, animum ſuum ignauũ reddet, ſed per bonum, ad diuinũ beneplacitum, certamen, Domino fidem habebit dicenti, dignus eſt operarius cibo ſuo, nec quicquam huius gratia curioſe aget. Operabitur autem & curam habebit nõ propter ſeipſum, ſed propter mandatũ Domini, iuxta quod Apoſtolus oſtendit ac docuit dicens. Omnia oſtendi uobis, quod ſic laborantes ſuſcipere oporteat infirmos. Etenim propter ſeipſum ſolicitum eſſe, proprij amoris ac ſtudij uitium, at propter mandatum Domini ſolicitum eſſe & operari, dilectionis Chriſti & fraternæ dilectionis affectus encomium habet.

Quomodo quis in ſpiritum ſanctum blaſphemus fiat. QVAEST. CCLXXIII.

EX ea blaſphemia quã tum cõmitebant phariſæi contra quos & iudicium hoc latum eſt, liquet & hodie blaſphemũ eſſe in ſpiritũ ſanctũ quicunq; operationes & fructus ſpiritus ſancti aduerſario adſcribit, quod pleriſq; nobis accidit, quando pietatis ac uirtutũ ſtudioſum plerunq; auſu temerario inanis gloriæ cupidum denominamus, & bonum alicuius zelum, iram falſò uocamus, & alia ſimilia ex malis ſuſpicionibus mendaciter diffamia reddimus.

Quomodo fiat quis in hoc ſeculo ſtultus. QVAEST. CCLXXIIII.

SI iudiciũ Domini metuat dicentis: Væ prudentibus apud ſeipſos, & coram ſe ipſis intelligentibus, & imitetur dicentẽ, iumentũ factus ſum apud te, omnemq; intelligentiæ propriæ opinionem abijciat, nec quicquam proprij conſilij tanquã D
bonum, præponendum ducat, neq; alicuius faciat bene cœpiſſe, nec initio quicquã ſtatuat antequam ab ipſo mandato Domini ad beneplacitum Dei aſſuefiat, ſiue in opere, ſiue uerbo, ſiue cogitatione, dicente Apoſtolo, fiduciam autem talem habemus per Dominum ad Deum, non quòd ex nobis ipſis idonei ſimus ad cogitandum aliquid tanquam ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, qui docet hominem ſcientiam, ſicut ſcriptum eſt.

An impedire queat Satanas propoſitũ ſancti, quia ſcriptum eſt. Ego quidem Paulus propoſueram uenire ad uos ſemel atq; iterum, ſed impediuit nos Satanas. QVAEST. CCLXXV.

EORVM quæ in Domino recte aguntur, alia mentis propoſito & iudicio abſoluuntur: alia per corpus perficiuntur, uel ſtudioſo opere, uel tolerantia. Quæcunque igitur in animi ſita ſunt propoſito, illa nullo modo impedire poteſt Satanas: ijs uero, quæ corporali operatione perficiuntur, ſæpenumero permittit etiã Deus accidere impedimentũ, ad probandũ & arguendũ eum qui impeditur, ut uel ſi bonum propoſitũ mutet arguatur, quales ſunt qui ſupra petram ſeminantur, qui ad breue aliquod tempus ſermonẽ Dei cũ gaudio quidẽ ſuſcipiũt, uerũ ſuborta tribulatione confeſtim deficiunt, aut ſi in bono perſeuerauerit, probatus reddatur in uirtutũ ſtudio ac diligẽtia, ſicut ipſe Apoſtolus, qui cũ ſæpe ſtatuiſſet proficiſci ad Romanos, impeditusq; ſemper eſſet, ut ipſe fatetur, nihilominus à propoſito non deſtitit, donec illud impleuerit etiã. In tolerantia uero, ut Iob, qui licet tanta à Diabolo perpeſſus eſſet, qui ad hoc urgebat, ut blaſphemi aliquid diceret, aut ingratus eſſet

A esset erga Deũ, perſtitit tamen ad extremas uſq; calamitates in pietatis iudicio ac propoſito, & ſano erga Deũ ſenſu & affectu. Scriptum enim de illo eſt: In his omnibus nõ peccauit Iob labijs ſuis contra Deũ, nec inſipientiã dedit Deo.

Quid ſit illud Apoſtoli, ut probetis quæ ſit uoluntas Dei bona, benePlacens, & perfecta. QVAEST. CCLXXVI.

MVLTA ſunt quæ Deus uult, alia per patientiam & bonitatẽ, quæ quidem bona ſunt & dicuntur: alia per iram propter peccata noſtra, quæ mala nominantur. Ego enim, inquit, ſum qui facio pacem, & creo mala. Mala uero non quorum nos gratia punimur, ſed per quæ caſtigamur. Quæ autẽ nos caſtigant & per adflictionem ad reſipiſcentiam inducunt, ab bonũ cedunt. Quæcunq; igitur per patiẽtiam & bonitatẽ uult Deus, eadẽ & nos uelle & imitari neceſſe eſt. Sitis enim, inquit miſericordes, ſicut & pater ueſter miſericors eſt. Et Apoſtolus, Eſtote imitatores Dei, tanquã filij dilecti, & ambulate in dilectione, quemadmodum, & Chriſtus dilexit nos. Quæ uero per iram propter delicta noſtra inducit, quę, ſicut dixi, mala dicuntur, ratione adflictionis non omnino nobis ſunt imitanda. Non enim quoniã uoluntas Dei eſt ſæpenumero uel fame uel peſte, uel bello, uel aliqua alia calamitate perdere homines, ei uoluntati nos ſeruire debemus. Nam ad talia perficienda malis miniſtris utitur Deus, iuxta quod dictũ eſt: Miſit in illos iram furoris ſui, furorẽ & irã, ac tribulationẽ, immiſſionẽ per angelos malos. Primum igitur quærendũ eſt, quę ſit uolũtas dei bona, deinde ubi illã cognouerimus, an ea & accepta ſit Deo. Poteſt eñ fieri ut ſit aliquid propria ſua ratione & uoluntas Dei, & bonũ: quando uero uel pręter perſonæ uel temporis rationẽ uſurpatur, iam Deo

B acceptum non ſit. Vt exempli gratia, uoluntas Dei erat, & bonum erat, incenſum offerre Deo, uerũ acceptum illi non erat, cũ fieret à Dathan & Abiron. Et iterum uoluntas Dei eſt, & bonũ eſt, eleemoſinam facere: at ſi ad gloriam ab hominibus uenandam fiat, iam amplius acceptũ Deo non eſt. Item uoluntas Dei erat, & bonum, ut diſcipuli quod in aurem audierant, prædicarent ſuper tecta: uerum ſi ante temporis opportunitatẽ hoc feciſſent, acceptũ Deo non fuiſſet. Nemini enim, inquit, dixeritis uiſionem hãc, donec filius hominis à mortuis reſurgat. In ſumma, Omnis uoluntas Dei bona, tunc & accepta eſt, quando in ea adimpletur illud Apoſtoli: omnia ad gloriam Dei facite. Et omnia honeſtè, & ordine fiant. Rurſus etiam ſi quid & uoluntas Dei eſt, & bonũ & acceptum, neq; ſic tamen negligentes eſſe debemus, ſed ſolicitè curare, ut & conſummatũ ſit & abſq; defectu, pro menſura partim eius quod ſit, ut ſecundum mandatũ fiat, partim facultatis eius qui id facit. Diliges enim, inquit, Dominũ Deum tuũ ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex tota fortitudine tua, atq; ex tota mente tua, & proximũ ſicut teipſum. Quemadmodum & Dominus in Euangelio Ioannis docuit. Et ut omne mandatum Domini fiat, ſicut ſcriptum eſt. Beatus enim, inquit Dominus, quem Dominus cũ uenerit inueniet ita facientem.

Quod ſit conclaue illud, in quod ingredi precaturum iuſſit Dominus. QVAEST. CCLXXVII.

CONCLAVE (ταμιεῖον) conſuetudo uulgata nominare ſolet eam domus partem, quæ uacet ac ſeparata ſit, in quam reponimus, quæ recondita uolumus: aut in qua occultari poſſumus, ſicut & in Propheta dictũ eſt, uade popule meus,

ingredere in conclaue tuum,abſcondere. Vim autem præcepti ipſum argumentũ declarat. Loquitur enim contra eos,qui morbo hominibus placendi laborabant. Itaq; ſi quiſquã eſt qui iſto affectu perturbatur,bene facit, ſi ſe ad precandum ſubducat ut ſolus ſit, donec habitum quendam acquirat, non reſpiciendi ad hominum applauſus,ſed ad Deum tantum, iuxta exemplum eius qui dixit: Ecce ſicut oculi ſeruorum ad manus intenti ſunt Dominorum ſuorum, ſicut oculi ancillæ ad manus Dominæ ſuæ ita ſunt oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum. Si uero per gratiam Dei quis ab hoc fuerit affectu repurgatus, non habet neceſſe abſcondere quod bonum eſt:quemadmodum & ipſe Dominus docet,dicens: Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita, nec lucernam accendunt ut ſubtus modium illam ponant, ſed ſupra candelabrum, ut luceat omnibus qui ſunt in domo. Et ſic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant opera ueſtra bona,& glorificent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt. Idem autem ſenſus & de eleemoſyna, & de ieiunio,de quibus in eodem loco mentio fit, & in uniuerſum de quocunque quod ad pietatem pertinet,obſeruandus eſt.

Quomodo ſpiritus alicuius precetur, mens uero fructu careat. QVAEST. CCLXXVIII.

HOC de illis dictum eſt,qui in lingua audientibus ignota, preces faciunt. Dicit enim: Si oro lingua ſpiritus meus quidem orat:mens uero ſine fructu eſt. Nam quando præſentibus uerba precationis incognita ſunt, ſine fructu eſt mens, quia nihil utilitatis redit ad precantem. Quando uero qui adſunt,precationem intelligunt,quæ utilis eſſe poteſt audientibus, tunc qui precatur fructum habet ædificationem ſcilicet eorum qui inde iuuantur. Conſimiliter autem & de quacunq; uerborum Dei pronuntiatione ſentiendum eſt. Scriptum enim eſt. Sed ſi quis bonus eſt ad ædificationem fidei. D

Quid ſit illud,pſallite cũ intellectu. QVAEST. CCLXXIX.

QVOD in cibis eſt ſenſus qualitatis cuiuſque cibi, hoc eſt in uerbis ſacræ ſcripturæ intellectus. Guttur enim,inquit,cibum deguſtat,mens uero uerba iudicat. Itaque ſi quis eſt, qui animo cuiuſque uerbi ſignificationi afficitur, ſicut guſtu afficitur qualitati cuiuſq; cibi,talis impleuit mandatum hoc,pſallite cum intellectu.

Quis ſit mundo corde. QVAEST. CCLXXX.

QVI ſeipſum non reprehendit propter roprobationem uel omiſſionem, uel negligentiam præcepti Dei.

An cogenda ſit quæ pſallere non uult. QVAEST. LXXXI,

SI non cum deſiderio ad pſallendum uenit, & ſi non apparuerit affectus ille Dauidis qui dixit: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo,& ſi non putauerit magnum eſſe detrimentum ignauiam iſtam, aut emendetur aut tollatur è medio,ne modicum fermenti totam conſperſionem corrumpat.

Qui ſint qui dicturi ſunt comedimus coram te ac bibimus,atque audituri,non noui uos. QVAEST. CCLXXXII.

FORSAN illi ſunt quos ſub propria perſona deſcripſit Apoſtolus dicens: Si linguis hominum loquar & angelorum & quæ ſequuntur. Et: Si habuero omnẽ ſcien-

A ſcientiam & omnem fidem, & ſi deprompſero omnem facultatem meam, & ſi trá didero corpus meum ad comburendum, charitatem autem non habuero, nihil mihi proderit, quòd à Domino didicit Apoſtolus, de quibuſdam dicente, faciunt enim, ut ſpectentur ab hominibus. Amen dico uobis, acceperunt mercedem ſu am. Quod enim non propter charitatem Dei fit, ſed propter aucupandam ab hominibus laudem, qualecunq; tandem ſit, non timoris Dei laudem inueniet, ſed ſtudij uel hominibus, uel ſibi ipſi placendi, uel contentionis, uel inuidiæ, uel alteri/ us cuiuſdam praui affectus iudicium habebit. Quapropter & Dominus tale fa ctum, iniquitatis opus nominat, dicens ad eos qui dixerant: Comedimus coram te: Diſcedite à me omnes operarij iniquitatis. Quomodo enim non ſunt opera rij iniquitatis qui donis Dei ad proprias uoluptates abutuntur, quales erant de quibus Apoſtolus dicit. Non enim ſumus ſicut multi ad quæſtum uſurpantes uerbum Dei. Et iterum. Quæſtum eſſe putant pietatem. Et multa talia, de qui/ bus omnibus repurgatus eſſe demonſtratus nobis eſt Apoſtolus, cum dicit, non tanquã hominibus placentes, ſed Deo, qui probat corda noſtra. Neq; eñ unquã in ſermone adulatorio fuimus apud uos, ſicut ſcitis, neq; in occaſione auaritiæ, De/ us eſt teſtis: neq; quæſiuimus ab hominibus gloriã neq; à uobis, nec ab alijs.

An qui alicuius uoluntatem facit, conſors illius ſit. QVAEST. CCLXXXIII.

SI Domino credimus dicenti: Quiſquis peccatum facit, ſeruus eſt peccati. Et iterum, uos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris ueſtri uultis facere, ſcimus non ſolum conſortem eſſe ſimpliciter, ſed & Dominum ſibi & patrem conſtituere B eum cuius quis opus facit, ſecundum Domini ſententiam. Teſtatur autem hoc & Apoſtolus clarè dicens: Ignoratis, quòd cui uoſipſos exhibetis ſeruos ad obedi/ endum, ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obedientiæ ad iuſtitiam.

Si ad paupertatem redactum fuerit fratrum contu/ bernium propter morborum calamitatem, an liberum ſit ab alijs quæ neceſſaria ſunt accipere, & ſi eſt, à quibus liceat. QVAEST. CCLXXXIIII.

QVI memor Domini dicentis, quatenus feceritis uni ex his fratribus meis mi/ nimis, mihi feciſtis, multum curæ & plus ſtudij ac diligentiæ ad hoc impenderit, ut dignus habeatur qui inter fratres Domini ſit ordinatus, talis nihil hæſitet in ac cipiendo, ſed gratias agat. A quibus autem accipiendum ſit, & quando, & quomo do, probare ac iudicare debet, cui communis eſt fratrum cura commiſſa, memor Dauidis qui dicit: Oleum peccatoris nõ impinguat caput meum. Et iterum. Qui ambulat in uia immaculata, hic mihi miniſtrabat.

An debeat contubernium fratrum cum alio fratrum contu bernio negotium habens, iuſtum pretium rerum curioſius exigere. QVAEST. CCLXXXV.

AN RATIO PERMITTAT ut inter fratres & uendatur & ematur ali quid, non habeo quod dicam. Docemur enim ut pro neceſſitate communice/ mus, alius alij ſicut ſcriptum eſt, ueſtra abundantia ſuppleat ueſtrã inopiã, & il/ lorũ abundantia ſuppleat ueſtram inopiã, ut fiat æqualitas. Si uero talis aliquãdo

inciderit neceſſitas, ementem magis concernit curare, ne minus iuſto det pretium, quàm uendentem. Ambo autem recordentur dicentis, Damno afficere uirum iuſtum non eſt bonum. C

An abducendus ſit ad Zenodochiũ, ſi quis inter fratres uiuens morbo corporali correptus fuerit. QVAEST. CCLXXXVI.

CONSIDERanda eſt ratio cuiuſque loci & proprij propoſiti, & accõmodanda ad communem commoditatem & gloriam Dei.

SCHOLIVM.

SCRIPTVS eſt hic liber ad exẽplar uetuſtiſſimũ è Ponto allatũ, & ex illis locis, in quibus MAGNVS BASILIVS monaſticam uitam exercuit. Collatus aũt ſimul eſt & ad codicẽ Cæſarienſem, repertum in æde pauperum ab ipſo ædificata, quam nunc Baſiliada uocant, ex quo ſequentia XXIII. capita præmiſſis adiecta ſunt.

Qui ſint digni reſipiſcentia fructus. QVAEST. CCLXXXVII.

OPERA iuſtitiæ peccato oppoſita, quæ reſipiſcens uelut fructus proferre debet, faciens illud Apoſtoli, in omni opere bono fructificantes.

An qui peccata ſua confiteri uult omnibus illa debeat & quibuſcunq; confiteri, aut quibus. QVAEST. CCLXXXVIII.

PROPOSITVM benignitatis diuinæ erga peccatores manifeſtum eſt iuxta illud Prophetæ: Nolo mortẽ peccatoris, ſed ut cõuertatur ac uiuat. Quoniã igitur conuerſionis modus proprius eſſe debet peccatoris, & neceſſe eſt ut fructus ferantur qui deceant reſipiſcentiã, iuxta quod ſcriptum eſt, facite fructus reſipiſcentia dignos, ne cõminatio, quam ſubiecit, locũ habeat, ſi fructus defuerint (nam omnis arbor quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem conijcitur) neceſſarium eſt, ut ijs fiat confeſſio peccatorum, quibus diſpenſatio myſteriorum Dei concredita eſt. Nam hoc pacto & qui olim inter ſanctos pœnitentiam egerunt, feciſſe reperiũtur. Scriptũ eñ eſt in Euãgelio, quòd Ioãni Baptiſtæ peccata cõfeſſi ſint. In actis uero, Apoſtolis à quibus baptizabantur, peccata ſua cófeſſi ſunt omnes. D

Qui poſtquam de peccato aliquo pœnitentiam egit, in illud iterum recidit, quid facere debeat. QVAEST. CCLXXXIX.

SI quis peracta ſemel pœnitentia in idem peccati iterum reciderit, indicium eſt quòd primam eius peccati cauſam non exterminauit, unde tanquã ex radice quadam neceſſe eſt eadem denuo pullulare. Quemadmodum enim ſi quis plantæ alicuius ramos relicta radice, amputare uoluerit, nihilo ſecius radix relicta iterũ eadẽ germinat: ita & hic, quoniã quædam peccata principiũ non habent in ſeipſis, ſed ex alijs oriuntur, omnino neceſſe eſt eum qui ab illis repurgari deſiderat, primas ipſorũ cauſas extirpare: utpote, Contẽtio & inuidia nõ oriũtur ex ſeipſis, ſed ex radice affectus inanis gloriæ cupidi germinãt. Qui nanq; affectat gloriã ab hominibus, cõtendit cũ eo qui celebris eſt, aut inuidet ei à quo gloria & celebritate ſuperatur. Si igitur ſeipſum ſemel quis inuidiæ uel cõtentionis gratia reprehenderit, poſt aũt in eadẽ iterũ uitia relapſus fuerit, declarat & prodit ſeipſum, quòd ex prima inuidiæ & cõtentionis cauſa, affectu ſcilicet inanis gloriæ in receſſu animi laboret, & opus habeat ex contrario per exercitia humilitatis (exercitium autem humilitatis conuerſatio in uilibus & abiectis rebus) curare iſtum affectum inanis gloriæ ut

ita

A ita in affectu humilitatis conſtitutus, non incidat amplius in illius praui affectus germina. Et conſimiliter in unoquoque talium peccatorum faciendum eſt.

Quomodo abundare queat quis in opere Domini ſemper. QVAEST. CCXC.

AVT ſi datum chariſma per eorum profectum ac ſucceſſum, quibus benefacit multiplicet, & fœcundam reddiderit, aut ſi ex collatione ſtudiorum humanorum plus ſtudij oſtenderit in opere Domini.

Quis ſit calamus contritus, aut quod linum fumigans, & quomodo ille non frangatur, iſtud nō extinguatur. QVAEST. CCXCI.

CONTRITVM quidem calamum eſſe arbitror eum qui præceptum Dei, in aliquo affectu conſtitutus, facit: qui non debet frangi aut præcidi ſed magis curari, ſicut Dominus docuit dicens. Attendite ne eleemoſynam ueſtram faciatis corā hominibus, ut ſpectemini ab illis. Et Apoſtolus denuntiat dicens, ōmnia facite ſine murmurationibus & diſceptationibus: Et alibi. Nihil ex cōtentione, aut inanis gloriæ ſtudio. Linum uero fumigans eſſe puto, quando quis præceptum Dei facit deſiderio non feruenti, nec perfecto ſtudio, ſed ignauius quodammodo & negligentius, quem non oportet reprimere, ſed magis per admonitionem iudiciorum Dei & promiſſionum ipſius excitare.

An habendus ſit in fratrum contubernio ſecularium puerorum præceptor. QVAEST. CCXCII.

QVONIAM Apoſtolus dicit, patres ne exacerbetis liberos ueſtros, ſed educate eos in diſciplina & admonitione Domini, ſi ad hunc ſcopū reſpexerint parentes
B liberos ſuos adferentes, & ſuſcipientes fratres perſuaſi fuerint, quòd queant in diſciplina & admonitione Domini allati pueri educari, ſeruetur mandatum illud Domini dicētis: Sinite paruulos uenire ad me, nec prohibete eos. Talium enim eſt regnum cœlorum. Sine iſto autem ſcopo, & extra talem ſpem, nec Deo acceptum eſſe arbitror, ut ſuſcipiantur, nec uobis decorum nec utile.

Quomodo tractandi ſint, qui maiora quidē peccata detrectant, minora uero temere committunt. QVAEST. CCXCIII.

PRIMVM quidem ſciendum eſt, ex nouo inſtrumento hanc non poſſe differentiam cognoſci. Nam una eſt contra omnia peccata ſententia lata, dicente Domino. Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Et iterum: Sermo quem loquutus ſum, ille iudicabit eū in nouiſſimo die, & Ioanne clamante: Qui incredulus eſt filio non uidebit uitam, ſed ira Dei manet ſupra ipſum, eo quòd incredulitas comminationem habet, non in peccatorum differentia, ſed in obedientia. Prorſus autem, ſi permittimur magnum dicere & paruum peccatum, irrefragabiliter demonſtrari poteſt, unicuique hoc eſſe magnum peccatum, quo ſuperatur, & modicum, quod ipſe ſuperat. Quemadmodum inter Athletas uſuuenit ut qui ſuperat fortis ſit, qui uero ſuperatur, infirmior ſit eo à quo ſuperatur quiſquis tandem ſit.

Seruandum eſt igitur in unoquoque peccante quicquid ſit quod peccat, iudicium illud Domini dicentis: Si peccauerit in te frater tuus, uade argue eum inter te & ipſum ſolum. Si audierit te, lucratus es fratrem tuum. Si uero non audierit, accipe tecum adhuc unum aut duos, ut in ore duorum aut trium ſtet omne uerbum. Quòd ſi & iſtos non audierit dic Eccleſiæ. Si uero Eccleſiam

quoque

quoque non audierit ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Seruetur autem in o- C
mnibus talibus quod ab Apoſtolo dictum eſt: Quare non potius luxiſtis, ut tol
leretur de medio ueſtri qui hoc facinus fecit? Oportet enim ſeueritatem ſuccede-
re patientiæ & commiſerationis affectui.

Qua de cauſa quis excidat continuæ Dei memoriæ. QVAEST. CCXCIIII.

SI immemor beneficiorum Dei, & nulla conſcientia gratitudinis erga benefa-
ctorem præditus fuerit.

Ex quibus iudicijs deprehendatur quis animo eſſe uagabundo & fluctuanti. QVAEST. CCXCV.

SI deprehendatur negligens erga beneplacitū Dei, dicente Propheta: Propo-
ſui Dominū in conſpectu meo ſemper, quoniā à dextris eſt mihi ne cōmouear.

Quomodo certa reddatur anima, quòd repurgata ſit à peccatis. QVAEST. CCXCVI.

SI cognouerit in ſeipſa affectum Dauidis, dicentis: Iniquitatem odio habui & abominatus ſum: Aut ſi cognouerit in ſe, quòd præſtiterit mandatum Apoſtoli dicentis, mortificate membra ueſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, affectionem, concupiſcentiam prauam, & auaritiam, quæ eſt ſimulacrorū ſeruitus, propter quæ uenit ira Dei. Vbi & poſtquam fuſe iudicium Dei contra quodcunque tale peccatum declarauit, ſubiecit, ſuper filios diffidentiæ, ut dicere poſſit, non adhæſit mihi cor prauum, &, Declinantem à me malignum non cognoſcebam. Declarabit autem quis ſeipſum in tali conſtitutum affectu, ſi & aduerſus peccatores eundem cum ſanctis horroris affectum ac ſenſum indutus fuerit, dicente Dauide, uidi inſipienter præuaricantes & contabui: quoniā eloquia tua non cuſtodierunt, & Apoſtolo quoqꝫ: Quis infirmatur & ego non infirmor, quis offenditur, & ego non uror? Si nanqꝫ iuxta rationis ueritatem anima prȩſtantior eſt corpore, uidemus aūt quàm execremur ac deteſtemur corporis ſordes, aut quā conteramur ac mœſti reddamur animo, ſi conſpexerimus illud lacerari uel inſidiose lȩdi, quanto magis conſentaneum erat prædicto modo eum qui & Chriſti & fratris amans eſt, erga peccata affici, ubi uidet delinquentis animam uelut à beſtijs uulnerari, deuorari, & quaſi ſanie & putredine miſerabili modo corrumpi, dicente Dauide: Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum: uelut onus graue grauia facta ſunt ſupra me. Putruerūt & corruptæ ſunt cicatrices meȩ, à facie inſipientiæ meæ: miſer factus ſum & incuruatus uſque in finem, tota die mœſtus ambulaui: & Apoſtolo: Stimulus enim mortis eſt peccatum. Quando igitur animam ſuam quis uel erga propria peccata uel erga aliena iuxta prædicta affectam cognouerit, tum demum certus ſit illam mundam eſſe à peccato. D

Quomodo ſit à peccatis facienda auerſio, QVAEST. CCXCVII.

SI fiat imitatio affectus Dauidis, primum quidem dicentis: Iniquitatem meā ego patefeci, & peccatum meū nō abſcondi, Dixi, confitebor aduerſum me iniquitatem meam Domino, deinde uero & modum pœnitentiæ in ſexto Pſalmo & aliis multifariā exponētis. Et ſi cognita fuerint, quibus Apoſtolus Corinthios alieni peccati gratia cōteſtatus eſt, dicens: Quoniā triſtitia quæ ſecundū Deū eſt, pœnitē-

tiam

A tiam ad ſalutē nō pœnitendam operatur, & quæ triſtitiæ ſunt propria ſubijciens: Ecce enī hoc ipſum, quod ſecundū Deū contriſtati fuiſtis, quantā in uobis pepererit ſolicitudinē, imò indignationē, imò timorē, imò deſideriū, imò zelum, imo uindictā: ubiq; cōmendâſtis uoſipſos, quod ſitis puri in hac cauſa. Itaq; ex iſtis liquet quòd nō ſolū à peccatis ſecedere, & ad hunc modū erga peccantes affici, ſed & ab ipſis peccatoribus ſeparari oporteat, & Dauide hoc declarante, cum dicit. Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem, & Apoſtolo denuntiante, ut cum eo qui eiuſmodi ſit, ne cibum quidem capiamus.

An liceat quæ bona ſunt, iuxta animi ſententiam & placitum proprium exequi QVAEST. CCXCVIII.

QVI ſibijpſi placet, homini placet. Nam quiſq; homo eſt. Quemadmodum igitur maledictus homo eſt, qui ſpem collocat in hominem, & ſuffulcit carnem brachij ſui, quo ſcilicet fiduciam ſuam prodit, cum ſubiungat Propheta, & recedit à Domino anima eius: ita & qui alij placet, aut iuxta placitum proprium aliquid facit, pietate excidit: faciunt enim, inquit Dominus, ut ſpectentur ab hominibus: Amen dico uobis, acceperunt mercedem ſuam. Apoſtolus aſſentitur dicens. Quia ſi hominibus placerem, Chriſti ſeruus utique non eſſem. Grauior uero comminatio habetur in ſacra ſcriptura, quæ dicit: Quoniam Deus diſſipauit oſſa eorum qui hominibus placent.

Quomodo certa reddatur anima, quòd ab inanis gloriæ ſtudio defecerit QVAEST. CCXCIX.

SI obtemperauerit Domino dicenti: Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, B ut uideant opera ueſtra bona, & glorificent patrē ueſtrū qui in cœlis eſt, & Apoſtolo ita præcipienti: Siue edatis ſiue bibatis, ſiue aliud quid faciatis, omnia ad gloriā Dei facite, ut pius, neq; præſentē neq; futuram gloriā affectans, ſed dilectionē erga Deū omnibus præferēs, ut cū fiducia præter ea quę præmiſſa ſunt, dicere queat & hoc, neq; præſentia neq; futura poterunt nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro, ipſo dicente Domino noſtro Ieſu Chriſto: Ego uero non quæro gloriā meā. Et: Qui à ſeipſo loquitur, gloriā ſuā quærit. Qui uero quærit gloriam eius à quo miſſus eſt, hic uerax eſt.

Quis ſit modus cōuerſionis à peccatis quando peccatum eſt occultum. QVAEST. CCC.

MODVS quidem conuerſionis in ea quæſtione declaratus eſt, ubi dictum eſt, quomodo facienda ſit auerſio à peccatis. De eo uero, ſi peccatum occultum ſit, meminiſſe oportet Domini dicentis: Nihil eſt occultum, quod non ſit futurum cognitum. Et: Ex abundantia cordis os loquitur.

Si uero dicat quis ſe non condemnari, à conſcientia ſua. QVAEST. CCCI.

HOC & in corporalibus morbis uſuuenit. Sunt enim multi morbi, quos non ſentiunt infirmi, de quibus tamen magis credunt iudicijs medicorum, quàm propriæ ſtupiditati. Ita & in morbis animæ id eſt, peccatis, credere debet ijs, qui de rebus ſuis plura poſſunt obſeruare quàm ipſe. Et hoc ipſi quoq; Apoſtoli oſtenderunt, cum de ſuo erga Dominum ſyncero affectu ſecuri ac certi eſſent, audiſſent aūt dicentē Dominū, unus ex uobis tradet me, ſermoni Domini magis quàm ſibi

ipſis fidem habebant hæſitabantq; dicentes: Num ego ſum Domine? Dilucidius autem nos Apoſtolus Petrus hoc docet, qui feruenti quidem humilitate miniſterium Dei ac Domini recuſabat, audita uero quàm certiſſima illa uerborũ Domini aſſeueratione, Niſi lauero te, non habebis partem mecũ, dicebat non ſolum pedes ſed & manus & caput. C

An ex œconomia fraterna dandum ſit aliquid egenis extrarijs. QVAEST. CCCII.

QVIA Dominus dicit: Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt de domo Iſraël, Et, Non eſt bonũ ſumere panem filiorum, & proijcere ante canes, nõ eſt neceſſe ut quæ Deo deuotis adordinata ac deputata ſunt, inſumere in homines omnia ſusq; deq; æſtimantes. Si uero fieri poteſt, quòd à laudata illa propter fidẽ muliere dictũ eſt, nẽpe, Etiã Domine, nã & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa Dominorũ ſuorum, in œconomi ſit iudicio & cõmuni ſitũ ſententia eorum qui poſt ipſum ſunt præcipui, ut ex abundantia fratrum, Sol oriatur, ſicut ſcriptũ eſt, ſuper bonos & malos.

An ijs quæ ab omnibus fratribus dicuntur, ſit obediendum QVAEST. CCCIII.

QVAESTIO iſta multum adfert difficultatis reſponſioni. Primum quoniã confuſionis ſignificationem apertè habet, cum dicit, quæ ab omnibus dicuntur, cũ Apoſtolus dicat: Prophetæ duo uel tres loquantur, & alij dijudicent, & in chariſmatum diuiſionibus, proprium unicuiq; loquentium ordinem aſſignet dicens: uni cuiq; ſicut Deus partitus eſt menſuram fidei, & in hypodigmate membrorũ corporis conſpicuè exprimat corporis eſſe partem membrum, loquentis, diligentius D diſcernat, cũ dicit, ſiue qui docet in doctrina, ſiue qui exhortatur in exhortatione & reliqua, ut manifeſtum ſit, non omnia omnibus eſſe permiſſa, ſed unumquenq; in propria uocatione manere, & maiore cura ac diligentia quod à Domino concreditum habet, exequi debere. Oportet itaq; eum, cui communis fratrum cura commiſſa eſt, & qui quæ ſingulos concernunt adordinat, cum multa diligentia & cautione hanc in ſe curam ſuſcipere, & ſuper unoquoq; ſolicitè uigilare, ut ad placitum Dei, & iuxta quod quiſq; idoneus eſt & facultate præditus, ad communem utilitatem ſingula ordinet & mandet: Et qui obediunt, ordine recto qui & obedientiæ menſurã propriã patefacit, ſeruato, recordentur Domini dicẽtis: Oues meæ uocẽ meam audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequuntur me, Et ego uitam æternam do illis: Et ante iſta: Alienum autem non ſequuntur, ſed fugiunt ab ipſo, quoniam ignorant uocem alienorum, & Apoſtoli quoq;, qui dicit: Si quis aliter docet, nec adſtipulatur ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & doctrinæ quæ eſt ſecundum pietatem, inflatus eſt, nihil ſciens: Et poſt enumerationem eorum malorum, quæ hinc oriuntur, ſubiungit: Seiungere ab illis qui ſunt eiuſmodi. Et iterum alibi: prophetias nolite contemnere, omnia probate, quod bonum eſt tenete, ab omni ſpecie mala abſtinete. Proinde ſi quod dicitur, cõforme eſt mandato Dei, recta ad mandatum tendamus: Nam hic etiamſi mortis accedat comminatio, obediendũ eſt. Si uero præter mandatum fuerit aut mandatum labefecerit, etiam ſi angelus è cœlo, aut Apoſtolus aliquis præcipiat: & ſi uitæ habeat promiſſum, & mortis minas, nullo tamen pacto obtemperandum eſt, dicente Apoſtolo: Etiam ſi nos ipſi

A aut angelus è cœlo, euangelizauerit uobis, præterquam uobis euangelizauimus, anathema ſit.

An ſi eorum gratia, qui traduntur ad fratrũ contuberniũ, aliquid offeratur ab illorum cognatis, debeat accipi. QVAEST. CCCIIII.

CVRA huius & æſtimatio competit præpoſito. Attamen iuxta meam ſententiam arbitror cum minore offendiculo eſſe multis, & ad ædificationem fidei conducibilius reſpuere huiuſmodi munera. Nam ſi ſuſcipiantur, primum quòd hinc ſæpe numero exprobratio contra communionem fratrum oriri ſoleat: deinde, quòd & elationis occaſionem gignat fratri, cognato eorum qui munera dederunt. Præterea, quòd iuxta dictum Apoſtoli de illis qui in Eccleſiæ communione proprijs ueſcebantur, confundantur non habentes. Et huiuſmodi multa. Cum ergo tot peccati occaſiones concurrant, bonum fuerit talia munera nõ ſuſcipere, ſed permittere prępoſito ut æſtimet, à quibus debeant ſuſcipi, & quomodo diſpenſari.

An ſuſcipi debeant munera ab externis, uel propter amicitiam, uel prædictam cognationem. QVAEST. CCCV.

HAEC quæſtio eiuſdẽ ſcopi eſt, cũ præcedẽte, an à cognatis aliquid ſit accipiendũ.

Quomodo mentis euagatio & fluctuatio ſit corrigenda. QVAE. CCCVI.

SI Dauidis affectum quis induat, alicubi dicentis. Prouidebam dominum in cõſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commouear: alicubi uero oculi mei ſemper ad dominum, quoniam ipſe euellet è laqueo pedes meos: aliquando autem. Ecce ſicut oculi ſeruorum attenti ſunt ad manus dominorum ſuorũ, & ſicut oculi ancillæ ad manus dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad dominum deum noſtrum.
B Et ut minore aliquo exemplo ſtudioſius quæ maiora ſunt exequi conemur, cogitet quiſq; apud ſe, qualem ſe gerat coram hominibus, etiam ſi paris ſint honoris & cõditionis, quomodo caueat ne qua in re culpari poſſit, ſiue ſtando, ſiue eundo, ſiue cuiuſcunq; membri motu, ſiue loquendo. Quemadmodum igitur ſtudioſe obſeruamus quid coram hominibus geramus: ita multo amplius, ſi quis deũ certus ſit ſemper eſſe actorum ſuorum inſpectorem, qui, ut ſcriptum eſt, corda ſcrutatur & renes, & unigenitum filium dei promiſſionem ſuam adimplere, qua dixit, ubi duo uel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ſum in medio illorum, & ſpiritum ſanctum præſidem eſſe ac chariſmata diuidere & operari, & præterea angelos quoq; præſentes eſſe uniuscuiuſq; cuſtodes, iuxta dictum domini, uidete ne cõtemnatis unũ ex puſillis iſtis: dico enim uobis, quòd angeli eorum ſemper uideant faciem patris mei qui in cœlis eſt, plurimam ac uehementem ſolicitudinem habebit, quomodo pietatis ſtudium iuxta placitum dei exequatur, atq; ita admodum ſtudioſe & exactè mentis cogitationes contra euagationem & fluctuationem ſolidabit. Et præterea ad hoc quoq; faciet, ſi adimplere ſategerit illud. Benedicam dominum in tempore, ſemper laus eius in ore meo. Et illud. In lege eius meditabitur die ac noctè, ut prę æquali & continua meditatione & placitorum ac donorum dei conſideratione, mens nullam inueniat euagandi occaſionem.

An ab initio ſeptimanæ inchoãda ſit pſalmodia & precatio. QVAE. CCCVII.

SERVET hoc inſtitutũ in fratrũ præcipuorũ multitudine ordinẽ ſuũ, ut neq; uile & indifferẽs eſſe putetur: neq; æqualitas rurſus unius & alterius perſonæ, in eo qui primarius eſt elationis, & in reliquis contemptus ſuſpicionem adminiſtret.

An inter fratres remunerandum ſit ei qui aliquid dedit,& an retributio iuxta rationem & analogiã doni ſit facienda. QVAEST. CCCVIII. C

TOTA hæc quæſtio humana eſt.Si uero gratitudo demonſtranda eſt,in oeconomi ſitum ſit æſtimatione,uel an ſint accipienda quæ dono dantur,uel quomodo facienda ſit remuneratio

An liceat aliquid ex uulgatis ac conſuetis, & quæ iuxta naturam fiunt, in communionem ſanctorum inuehere. QVAEST. CCCIX.

VICTOREM naturæ & conſuetudinis oſtendit Apoſtolus eſſe eum qui in baptiſmate Chriſto conſepultus eſt, cum alicubi eo loci ubi de baptiſmate aquæ poſt ea quæ ibi prçmiſit,dicit.Scientes hoc, quòd uetus noſter homo ſimul crucifixus eſt,ut deſtrueretᷣ corpus peccati, nec ſeruiremus amplius peccato: alicubi uero prçcipit dicens,mortificate membra ueſtra quæ ſunt ſupra terram, fornicationem, immundiciam,affectionem, concupiſcentiam prauam, & auaritiam quæ eſt ſimulacrorum ſeruitus,propter quæ uenit ira dei in filios diffidentiæ: aliquando uero & definit & concludit dicens. Qui uero Chriſti ſunt,carnem ſuam crucifixerunt cum concupiſcentijs.Ego autem noui iſta per gratiam Chriſti, ſyncera in dominum fide,& à uiris & mulieribus eſſe præſtita. Immunda autem quædam applicare ſanctis, & in ueteri inſtrumento docemur terribili obnoxium eſſe iudicio.Si uero amplius templo eſt hic,cum maiore horrore inſtruit nos Apoſtolus dicens.Qui manducat & bibit indignè,iudicium ſibi ipſi manducat & bibit.

An oblatio ſit in communibus ædibus facienda. QVAEST. CCCX.

QVEMADMODVM ratio non admittit, ut commune uas in ſancta loca inferatur, ita necꝗ permittit ut ſacra in prophanis ædibus celebrentur, ueteri inſtrumento apertè ex precepto dei nihil tale fieri permittente,dominoꝗ dicente. Templo maius quid eſt hic,& Apoſtolo, An domos non habetis ad manducandum & bibendum.Quid dicam uobis? Laudabo ne uos in hac cauſa? Non laudabo. Ego enim tradidi uobis quod & accepi, & quæ ſequuntur, nec commune conuiuium in Eccleſiam inferendum,neꝗ dominicam cœnam in priuatis ędibus contemptui exponendam eſſe, niſi in neceſſitatis articulo ſeligat quis mundiorem locum aut domum tempore accommodo. D

An ad uiſitandum quoſdam,qui hoc petant, ſit abeundum. QVAEST. CCCXI.

VISITATIO quidem deo grata eſt. Oportet autem uiſitaturum aliquos intelligentem eſſe auſcultatorem,& prudentem in reſpondendo,adimplentem quod dictum eſt. Sit ſermo ueſter ſale conditus, ut ſciatis quomodo oporteat unicuiꝗ reſpondere. Verum propter cognationem, aut amicitiam,uiſitationem inſtituere, alienum eſt à noſtra profeſſione.

An debeant laici qui inuiſuntur excitari ad precationem. QVAEST. CCCXII.

SI amici dei ſunt,conſentaneũ eſt,cum Apoſtolus illis ſcripſerit. Precemini pro me,ut detur mihi ſermo in apertione oris mei, ut cum fiducia loquar myſteriũ dei.

An operandum ſit,ſi aliqui nos inuiſant. QVAEST. CCCXIII.

NIHIL eorum quæ ex mandato fiunt amputari debet, propter eos qui uiſitandi gratia accedunt, ſub prætextu officij amico præſtandi. Niſi ſeparatim ſit

aliqua

A aliqua animæ cura impendenda, quæ corporali exercitio iuxta mandatum domini præponenda eſt, dicentibus ſanctis Apoſtolis in actis, non eſt bonum, ut relicto ſermone dei miniſtremus menſis.

QVOMODO INSTITVENDI SINT QVI VEL IN COENOBIIS VEL SOLITARIE ad pietatem exercentur, conſtitutiones quædam Baſilij Magni.

QVI CHRISTI philoſophiam elegit, & animum accepit ſecularibus deſiderijs, uoluptatibus ac curis ſublimiorem, & à carnalibus affectionibus mentis ſenſum omnibus modis ſeparare ac ſecernere ſategit, ſæpenumero quidem multa ad uos rogatus diſſerui, quo pacto abſoluere debeat certaminis huius auſpicationem, ne corporalibus deſiderijs animã adorientibus expugnetur, & quid primo potiſſimum loco quidq́ꝫ poſt illum obſeruare, & quibuſnam rebus honeſtis ſtudere debeat, ut & diligenti cuſtodia abſurdorum patrationem fugiat, & ęmulatione recta bonorum exequutionem teneat. Quoniam uero quid hic conſulamus literis mandari tibiq́ꝫ tradi petis, huius gratia & ipſi permoti ſumus, ut Zelum tuum non cõtemnamus, ſed quoad eius fieri poteſt, noſtris monitis corroboremus & confirmemus, non quidem ita, ut cauſæ huic plenam ac ſufficientem inſtructionem exhibeamus, ſed ut eam facultatem,
B quam habemus, quaſi quodam terræ cumulo, ſilentio non abſcondamus, & uel hoc pacto condemnationem ei ſeruo intentatam qui talentum ſub tellurem abdidit, fugiamus. Occaſio itaq́ꝫ plerunque mortalibus ſeculariũ deſideriorum, uoluptatũ & curarum eſt coniugiũ. Neq́ꝫ enim ullã in corporis humani natura concupiſcentiã uehementiorẽ ac uiolentiorẽ inuenire eſt, ea quæ uel uiris ineſt erga mulieres, uel mulieribus erga uiros, idq́ꝫ ualde meritò, utpote quæ propter liberorũ procreationem naturaliter illos conglutinat, & ut uiuaciorem operationem habens, uehementiorem quoq́ꝫ curarum impetum inducit, neq́ꝫ grauiores curas obruere homines, quàm illæ ſint, quæ propter coniugium cumulatè irruunt, quemadmodum Paulus dicit. Qui nupſit, quæ mundi ſunt curat, curis iam abundè oneratus. Nam qui ſolitarius eſt, ſuis tantum ipſius, & quæ corpus ipſius concernunt, neceſſitatibus occupatur, aut forte hoc facilè ſibi ipſi perſuadebit, ut illas quoq́ꝫ contemnat. Qui uero coniunx eſt, & liberorum cura tenetur, iam non amplius arbitrij ſui poteſtatem habet: ſed huius gratia cogitur ſeruire uoluptati, & circa curandos liberos occupatus multam curarum exhaurire abyſſum, quas recenſere prolixius fuerit, quàm huic loco conueniat. Itaq́ꝫ qui ut à uinculis mundi liber eſſet, coniugium quaſi quaſdam pedicas, uitauit, illóque uitato uitam ſuam deo obtulit, & caſtitatem profeſſus eſt, is iam poteſtatem ad coniugium redeundi non habet amplius, ſed bello contra ipſam naturam inito, caſtitatis certamina omnibus modis, idq́ꝫ uehementioribus conatibus, obire cogitur. Cum enim,

qui eiuſmodi eſt, dei ſit amator conſtitutus, ſi apathiam illius uel modicè ſaltem obtinere cupit, & ſpiritalem illam ſanctimoniam, mentiſq; tranquillitatem, quietem ac placiditatem, &, quæ hinc naſcitur, alacritatem ac lætitiam guſtare deſiderat, cogitationes ſuas ab omni terreſtri & corporali affectione, animam perturbante, procul abducere, & quæ diuina ſunt puro ac ſereno oculo, aſpicere ſatagit, aſq; ullo faſtidio luce ac ſplendore illorum ſaturatus. Et ubi animam ſuam eiuſmodi exercitio, in talem habitum ac conſtitutionem induxit familiaris iam deo, per ſimilitudinem quantũ fieri poteſt, & amicus ac deſideratiſſimus efficitur, utpote magno & inextricabili deſudato certamine, extra corporalem commixtionem, ſyncera, & ab omnium corporalium affectionum ſeparata mente cum deo conuerſari ualens. Congruum itaq; eſt & conſequens, ut qui ad talem iam habitum prædicto exercitio aſcendit, nõ ſinat ſe carnalibus illecebris denuo ad carnalium affectionum communicationem deduci, nec ab illis aſcendentes uapores admittat, quibus animæ oculus quaſi denſiſſima quadam caligine obtenebretur, & à diuina ac ſpiritali contemplatione per paſſionum ueluti fumum mentis acies obturata excidat. C

ὑλικοῦ.

Precationem ubiq; præmittendam eſſe.

CAP. II OMNIS bona actio, & omnis ſermo ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti, canon eſt pietatis ac uirtutis. Et huius gratia homo factus eſt, ut uelut imagine quadam pietatem nobis & uirtutem deliniaret, ut quiſq; pro ſua facultate conſpecta illa imitaremur archetypum. Nam ideò corpus noſtrum geſtat, ut & nos ipſius uitę conuerſationem, quantum poſſibile eſt, imitemur. Tu itaq; quando uel ſermonem aliquem uel actum illius audis, ne obiter & negligenter audias, ſed penetra ad profunditatem contemplationum, cura ut fias conſors eorum quæ myſticè traduntur. D Nam martha quidem dominum accepit, Maria uero pedibus illius aſſedit. Erat autem bona utriſq; ſororibus alacritas, uerum actus illarum diuide. Etenim Martha ad hoc miniſtrabat, ut pararet ea quę ad ſubleuandam corporis neceſſitatem requirebantur: Maria uero aſſidens pedibus ipſius uerbum eius audiebat. Igitur illa quidem recreabat quod uiſibile, iſta uero ei incumbebat quod inuiſibile erat. Erat enim reuera & deus & homo, qui aderat. Idem dominus utriuſq; mulierculæ animi promptitudinem ſuſcepit. At Martha labore fatigata obſecrabat dominum ut interuentu ſuo Sororem acciperet miniſtrandi ſociam. Dic illi, aiebat, ut ſurgẽs adiuuet me. Cui dominus, Martha Martha, inquit, ſolicita es & turbaris erga multa: Vnum autem neceſſarium eſt. Maria enim bonam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Neq; enim huius gratia adſumus, ut thoro accumbamus, uentremq; paſcamus, ſed ut uos paſcamus uerbo ueritatis, & contemplatione myſteriorum. Igitur illam non auocauit ab eo quod faciebat, & iſtam approbauit in eo quòd uerbo ſuo intenta erat. Vide ergo duas partes per duas mulierculas propoſitas. Vnam, quæ minoris quidem momenti, utile tamẽ, & ipſum corporalius ſcilicet miniſterium eligit: Alteram potiorem & ſpiritaliorem quæ ad contemplationem myſteriorum penetrat. Iſta auditor ſpiritaliter intellige, & utrũ uoles elige. Quòd ſi uolueris miniſtrare, miniſtra nomini Ieſu. Nam ipſe dixit, Quatenus feciſtis uni ex his minimis meis fratribus, mihi feciſtis. Etenim ſiue peregrinos hoſpitio ſuſceperis, ſiue pauperes refeceris, ſiue triſtibus condolueris, uel

A calamitate ac neceſſitate preſſis manum porrexeris, uel ægrotis ſeruieris, omnia in ſeipſum Chriſtus recipit. Si uero Mariam æmulari uolueris, quæ oblita corporalis miniſterij ad contemplationem ſpiritalium conſiderationum penetrabat, ſyncerè rem hãc aggredere, relinque corpus, uaca ab agricultura, ab opſoniorum & aliorum eiuſmodi apparatu, aſſide pedibus domini, & audi uerba illius, ut particeps reddare myſteriorum diuinitatis. Nam contemplatio doctrinę Ieſu, excellit corporis miniſterum. Intellexiſti itaq; dilecte utriuſque exempla & præmonſtrationem, æmulare utrum uelis. Aut ſis miniſter pauperum, aut amator dogmatum Chriſti. Si uero utraque poteris æmulari, utrinque feres ſalutis fructum. Primus quidem eſt ſermo ſpiritalis, reliqua omnia ſecundaria ſunt. Nam Maria, inquit, bonam partem elegit. Igitur ſi & tu uolueris diſcipulus eſſe myſteriorum Chriſti, aſſide illius pedibus, ſuſcipe Euangeliũ, amplectere totam illius uitam, & abſq; ulla ſolicitudine ſeculi illam exprime, obliuiſcere quoq; corporis tui, atq; ita poteris accedere ad diſſertationem & commercium ipſius contemplationum, ut æmuleris Mariam, & ſupremam accipias gloriam. Vbi uero precationi inſtiteris, ne alia pro alijs petas, ne dominum irites, nec pecuniam, nec humanam gloriam, nec potentatum, nec aliud quicquã eorum quæ dilabuntur petas, ſed regnum dei, & quæcunq; corpori neceſſaria ſunt ipſe tibi dominus exhibebit, quemadmodum pollicitus eſt dicens. Quærite regnum dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis. Precationis autem, dilecte, duo ſunt modi. Vnus eſt, quo glorificatur dominus cum animi humilitate. Alter eſt, quo petitio ſubijcitur. Cum ergo precaberis, nõ ſtatim ad petendum prorumpe, alioqui

Quomodo precandũ ſit.

B prodis animi tui affectum, tanquam qui neceſſitate coactus ores ad deum. Oraturus igitur relinque teipſum, uxorem, liberos, deſere terram, tranſcende cœlum, relinque poſt te omnem creaturam uiſibilem & inuiſibilem, & ordire à glorificatione eius qui omnia condidit, & ubi illum glorificaueris, ne oberres animo uel huc uel illuc, neque more gentili fabuleris, ſed ſumptis ſacræ ſcripturæ uerbis dicas, Benedico te domine, lenem ac patientem, qui quotidie peccantem me patienter toleras, dáſque omnibus nobis reſipiſcendi copiam. Nam huius gratias domine, & taces, & toleras nos ut te glorificemus, qui humani generis ſalutem diſpenſas: nunc quidem caſtigationis timore, nunc uero admonitione, aliquando per Prophetas, tandem per aduentum Chriſti tui nos inuiſens. Tu enim nos cõdidiſti, non nos ipſi. Tu es deus noſter. Poſtquàm uero illum ex ſcripturis, ut poteris, glorificaueris, tunc cum animi humilitate ita ſubiunge. Ego quidem domine, non ſum dignus, qui ad te loquar, quoniam magnus admodũ peccator ſum. Et ſi non es tibi alicuius delicti conſcius, ad hunc tamen modum dicas. Nemo enim ſine peccato eſt, niſi ſolus deus. Nam licet multa peccemus, plura tamen delictorum noſtrorũ ignoramus. Quapropter, inquit Apoſtolus. Nullius mihi cõſcius ſum, ſed nec in eo iuſtificatus ſum. Hoc eſt, multa pecco, quæ non intelligo, Vnde & Propheta dicit. Delicta quis intelliget? Itaq; nõ mendacium dices, ſi te peccatorem eſſe dixeris. Si enim rectè intellexeris in eo ipſo peccabis, ſi te ſine peccato eſſe dixeris. Sed dic potius. Peior ſum reliquis peccatoribus, transgre

diens diuinum mandatum quod dicit. Quando omnia feceritis, dicite, inutiles C ſerui ſumus. Quæ nanque facere debuimus, fecimus. Ita te ſemper animatum eſſe oportet, ut dicas, inutilis ſum. Et iterum alibi. Per animi humilitatem alius alium ſe potiorem æſtimet. Ora igitur ad deum cum timore & animi humilitate. Vbi igitur extenderis humilitatis orationem, ac dixeris, Gratias ago tibi domine, quòd peccata mea patienter tuliſti & in hunc uſque diem ſupplicium de me non ſumpſiſti. Ego quidem dignus iam olim eram qui innumeris malis adfligerer & a facie tua abijcerer, at patiens illa benignitas tua, leuiter mecum & toleranter egit, cuius nomine tibi gratias ago, etiamſi idoneus nō ſum, qui iſti tuæ patientiæ ſufficientes gratias agere queam. Et ubi duas haſce partes glorificationis & humilitatis abſolueris tum deinceps pete quod petendum eſt: Non diuitias, ſicut iam antea dixi, non gloriam terrenam, non corporis ſanitatem. Nam ipſe te finxit, & curam habet ſalutis tuæ, & nouit quid cuique conducat, ſiue ſanitate ſiue infirmitate opus ſit, ſed pete ſicut iuſſus es, regnum cœlorum tantum. Corporis tui neceſſitatem, ſicut dixi, ipſe curat. Eſt enim Rex noſter auguſtiſſimus ac munificentiſſimus, moleſtè ferens, ſi quis exile quiddam ab ipſo petat, ſi quis noſtrum petat, quod ipſum non addecet. Ne concilies igitur tibi ipſi indignationem ipſius dum oras, ſed pete tibi, quæ digna ſint Rege cœlorum. Petens uero digna deo, ne ceſſes, donec acceperis. Hoc enim admonens dominus in Euangelio dicit. Quis ex uobis habet amicum, qui ſi ueniat media nocte & dicat, amice commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus ex itinere diuertit ad me, nec habeo, quod illi reficiendo proponam. Et ille intus reſpondeat, Ne ſis mihi moleſtus. Iam enim fores meæ clauſæ, & pueri mei mecum D ſunt in cubiculo, non poſſum ſurgere & dare tibi. Dico uobis, etiam ſi illi non dabit, excitatus ob id quod amicus ſit, attamem propter improbitatem illius ſurget & dabit illi quantum neceſſe habuerit. Exemplum hoc nobis proponit dominus ut doceat in fide conſtantes & contentioſos eſſe. Sumit enim exemplum hominis erga hominem, ut diſcas nunquam animum deſpondere, ut ſi quando petens non accipias ſtatim, petendo non deficias, donec accipias. Veruntamen, ſicut dixi, ſi petieris, quæ deus uult ut petas, nec dixeris, non exaudior, quia peccator ſum. Nam ne deſperes dicit. Etiam ſi illi non dabit ob id quod amicus ſit: attamen propter improbitatem illus ſurget, & dabit ei quantum neceſſe habuerit. Deinde etiam ſi non ſtatim è cubili progrediatur, ſiue annum, ſiue triennium, ſiue quadrienniū aut plures etiam annos moram nectat, ne abſcedas donec accipias. Pete autem ex fide, ſemper quod bonum eſt operans. Fit enim ſæpenumero, ut quum in adoleſcentia ſobrietatem tenuerimus, poſt illam ſubeat uoluptas, excitentur deſideria illa naturalia, debilitetur feruor precandi, ſuccedat iuuentuti uinum, pereátque ſobrietas, & fiat homo alius ex alio. Ad hunc modum fiunt hominis mutationes, eo quòd non forti & generoſo animo affectibus reſiſtit, ſitque, ut cum ipſe ſibi ipſi omnia incomoda accerſat, ad deum pro auxilio clamet.

ἀξιωματικώτατός ἐστιν ὁ βασιλεὺς ἡμῶν.

A met. Nam ſi quis per animi molliciem concupiſcentijs ſeipſum expoſuerit, & inimicis prodiderit, hunc deus nec adiuuat nec exaudit. Iam enim ſe à deo abalienauit. Etenim qui à deo iuuari cupit, decorum non negligat. Qui nanque decorum non negligit, non deſtituitur diuino auxilio. Curandum ergo eſt, ne qua in re per propriam condemnemur conſcientiam, atque ita demum auxilium implorandum diuinum. Implorandum autem non negligenter, non animo in diuerſa euagante. Talis enim non ſolum haud accipiet quod petit, ſed amplius dominum iritabit. Si enim qui in facie ſtat principis, ac cauſam ſuam illi exponit, cum multo timore ſtat, immotum ſeruans & externum corporis & internum mentis oculum, ne quo pacto periclitetur: quanto magis ante deum cum timore ac timore ita conſiſtendum eſt, ut animus illi ſoli ſit intentus, & nuſquam aliò euagetur, cum ipſe non ſolum externum hominem, ſicut homines, ſed & internum intueatur. Si igitur hæc pacto coram deo comparueris, & quicquid petiturus eras protuleris, ne deſiſtas, donec petitum acceperis. Si per conſcientiam tuam condemnaberis tanquam negligens, & qui uaga mente inter orandum aliorſum aberres, cum poſſes eſſe ſolidus, & ad ſolam precationem intentus, ne coneris ſtante coràm deo, ne cedat tibi peccatio tua ad peccatum. Si uero per peccatum indeſinenter debilitatus, non potueris orare, quantum potueris teipſum coge, & conſtanter conſiſte coram deo, animum ad ipſum intentum, & ad ſeipſum colllectum habens, & deus ignoſcet, ob id, quòd non ex contemptu, ſed per infirmitatem non uales, ut oportebat, coram ipſo conſiſtere. Si ad hunc modum teipſum ad quodcunque bonum opus adegeris, ne ceſſa donec quod petis accipias. Sed conſtanter ac perſeueranter fores ipſius pulſa, petens quod petere neceſſe habes. Quiſquis enim petit, inquit, accipit, & qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur. Quam nanque rem aliam aſſequi cupies, quàm unam, iuxta deũ, ſalutẽ. Vis diſcere, dilecte, quomodo ſancti perſeuerauerint, nec animũ deſponderint. Abrahamũ deus iuniorẽ uocauerat, & ex terra Aſſyriorũ in Palęſtinã tranſtulerat, dicens illi, Tibi dabo terrã hãc & ſemini tuo poſt te, & ſicut aſtra cœli, ſic erit ſemen tuũ, quod numerari nõ poterit. Iam tranſibat multus annorũ numerus, emoriebaturq; natura ipſius, & iam præ foribus erat & uicina mors, nec tamen dicebat. Domine ſemper mihi polliceris liberos, & patrẽ me multarũ fore gentium promittis, emortua iam mihi ſunt prę ſenio deſideria, & Sara uxor mea, iam nihil amplius muliebre patitur, propter ſenium, ideoq; mendax eſt tua promiſſio. Quam enim prolis ſpem habebimus, cum ambo ſimus ſenes? Talia nec dixit nec cogitauit, ſed fide immotus perſtitit, & licet ætate ſeneſceret, ſpe tamen adoleſcebat, & corpus quidem uigorem ſuum amittebat, & deſperationem prolis ſuadebat: fides uero & animam & corpus corroborabat. Deus, aiebat, eſt qui pollicitus eſt, Dominus naturæ, & aliter quàm ut pollicitus eſt, fieri

τὸ πρέπον.

B

non poteſt. Ipſe eſt qui ex impoſſibilibus poſſibilia facit, quoniam omnia pro ſua uoluntate format & reformat. Imitare fidem Abrahæ. Poſtquàm igitur natura debilitata eſt, & emortui illius motus, tum demum reuixit promiſſio dei. Complectere iſta exempla. Nos uero ubi annum in precibus egimus, deſiſtimus. Biennium ieiunamus, & ceſſamus. Ne igitur defatigemur expectantes promiſſionem dei. Nam qui Abrahæ pollicitus eſt ſobolis multiplicationem, & nobis petentibus pollicitus eſt daturum ſe quod petimus. Et iterum. Venite ad me omnes, inquit, qui laboratis & onerati eſtis, & ego, refocillabo uos. Cum enim procul ab ipſo abeſſes, laborantem & grauiſſimo peccati onere grauatum, miſeratus ad ſe uocauit, ut & ab onere illo te releuaret, & deinceps refocillationem largiretur. Et tu fidem illi non habes? Verum etiamſi quod uerum eſt fateri noluerimus, reprehendimur tamen ab ipſa noſtra conſcientia. Non enim illi diffidimus, quaſi nos refocillare nequeat, ſed iugum ipſius ſubire, cõmodum illud ac facilè, & per anguſtam portam ingredi in regnum cœlorum detrectamus, maluimusq́; peccatorum onus portare, & per uoluptatis affectiones ſpatioſam uiam ad perditionem ambulare. At dicis. Sæpenumero precatus ſum, nec tamen accepi. Omnino malè orâſti, uel inſufficienter, uel animo inconſtanti, uel non utilia petendo. Si uero plerunque & utilia petijſti, non tamen perſeuerâſti. Scriptum enim eſt. In patientia ueſtra poſſidebitis animas ueſtras. Et qui perſeuerauerit uſque in finem, ſaluus erit. Nouit deus orantium corda. Quid igitur, inquis, opus habet noſtra petitione? An ignorat, quæ ſit noſtra neceſſitas? Quid igitur opus eſt petere? Nouit quidem deus, qua re opus habeamus, & omnia nobis corporalia abundè & opulentè largitur: & quoniam bonus eſt, pluuiam ſuam demittit ſuper iuſtos & iniuſtos, ſolémque ſuum producit ſuper bonos & malos, etiam antequam petamus: fidem uero & uirtutis profectus ac regnum cœlorum niſi cum labore & patientia multa petas, non accipies. Oportet enim primum iſta deſiderare, deinde deſiderando quærere, ex ueritate, in fide, patientia, præſtitis omnibus quæ noſtræ ſunt facultatis, ut nulla in re per conſcientiam noſtram iudicemur, tanquam negligenter aut frigidè petentes & tum demum, cum dominus uoluerit, accipere, quod petimus. Ipſe enim melius nouit quid nobis conducat quàm nos ipſi. Et forſan ea de cauſa non ſtatim dat, ut aſſiduitatem te inſtituat, & ut diſcas, quid ſit donum dei, cuſtodiasq́; datum cum timore. Nam quicquid multo labore acquiritur, ſtudioſè cuſtoditur, ne amittatur. Nam ſi donum dei amiſeris, amittes ſimul & multum illius laborem, & gratiam dei reprobabis, & indignus habeberis uita æterna. Quid enim profuit Salomoni quòd confeſtim ſapientiæ donum accepit, quod tamen poſtea amiſit? Ne igitur animo ſis puſillo, ſicubi non ſtatim quod petis accipis. Si nanque ſciret optimus dominus quod gratiã cito acceptã nõ eſſes perditurus, paratus eſſet illã dare etiã antequã peteres. Nunc uero quod facit, tui cura facit. Si enim qui talentũ accepit, & integrum cuſtodiuit, ob id condemnatus eſt, quòd nihil cũ illo negotiatus eſt: quanto magis iudicabitur, qui illud etiam perdit? Cum hæc igitur ſciamus, ſiue citius ſiue tardius acceperimus, perſeueranter deo gratias agamus, quoniam omnino

A omnino quicquid fecerit dominus, ad noſtram illud ſalutem diſpenſat, duntaxat nos animo conſtanti in petendo perſtemus. Hac enim de cauſa parabolam nobis de uidua propoſuit dominus, quæ perſeuerantia interpellandi iniquum iudicem flexit, ut & nos perſeuerantes petendo, accipiamus quod petimus. Nam inde manifeſtatur, qua ſumus erga deum fide & dilectione, ubi etiamſi nõ ſtatim acceperimus, in gratiarum tamen actione perduramus. Gratias itaq; illi agamus indeſinenter, ut æterna bona accipere promereamur. Nam illum decet gloria in ſecula ſeculorum Amen.

Quomodo moderãdæ ſint cogitationes. Et quòd corpus non ſit malum ſicut quidam ſuſpicati ſunt.

PRINCIPIO quouis modo coërcendæ ſunt cogitationes, impoſita illis ſobria mentis ſpeculatione & cuſtodia, ne permittatur anima incautis illis motibus ad contrarios corporis reniſus abducentibus. Nam aſpectus quidem corporis eſt oculus, animæ uero contemplatio eſt mens illi cognata. At non tanquam aliud in alio, ſed idem ſunt anima & mens, quæ naturalis quædam eſt potentia, non aliunde ad animæ rationem adducta. Quando enim anima intelligẽdi uim, quam naturaliter à ſancta Triade, per quam eſt facta, inſitam habet, excitat, & quæ neceſſaria ſunt & conuenientia conſultat, tum ſcilicet corporis inſultus ac læſionem effugit, & inordinatos illius motus prouida coërcet, atq; ita tranquillitatem ſibi & competentem ſeruat, & inoffenſò otia in ijs quæ naturę ſunt ſpeculationibus immoratur. Hoc quidem pacto in ſanctam & adorãdam Triadem, quàm poterit attentè intuetur, & expendit quàm ad diuinam gloriam propter excellen- CAP. III. *Anima & mens.*
B tiſſimum illius ſplendorem nullus ſit acceſſus, quàm illuſtris felicitas, incomprehenſibilis & infinita ſapientia, ſolida & immota tranquillitas, natura nullis motionibus aut paſſionibus obnoxia. Cui enim nihil ex improuiſo accidere poteſt, utpote quæ & pręſentium & futurorum omnium ſcientiam theſauri inſtar in promptu habet, & omnia complectitur, omniaq; in ſua manu habet, cuiq; nihil poteſt omnino reſiſtere, nihil in aduerſum reſpectare, illi conſequens eſt continuam adeſſe imperturbationem & tranquillitatem. Rerum enim inſperatarum repentinę calamitates, hominum cogitationibus perturbationes adferre ſolent. Itaq; quem nulla mollitia perturbat, & omnes uirtus, & quicquid bonum eſt comitatur, hũc conſentaneum eſt conſtanti & infinita lætitia gaudere. Virtutis enim & bonitatis comes eſt letitia, ſicut Propheta dicit. Lætabitur dominus in operibus ſuis. Anima igitur, quæ intellectum ſuum, ſobrium, & in operationibus competentibus cuſtodit, in prædictis ſpeculationibus conſiſtet, & ingenium ſuum ad id quod rectum, & iuſtum honeſtumque eſt & pacificum exercebit. Quando uero cogitationem iſtis contemplationibus exercere & illuſtrare deſinit, tum petulantes & feroces catuli rebelles uidelicet corporis affectiones præſidiũ rationis deturbantes, plurimum aduerſus animam latrant, uarijſque illam modis diſcerpere moliuntur, dum quæque affectio uitalem illius uirtutem ad ſe rapere conatur. Duplicem enim ego quidem, opinor eſſe animæ uirtutem, cum ipſa ſit una & eadem, unam quæ corporis eſt, quam uitalem: alteram, quæ uim habet contemplandi, quam rationalem nominamus. Vitalem ideo corpori damus, quoniam illi natu- *Animæ duplex potentia.*

raliter

raliter conglutinata eſt anima, propter commixtionem, nec ex animi arbitrio ſub miniſtratur. Quemadmodum enim impoſſibile eſt ſolem non illuſtrare, quæ radijs ſuis contingit: ita animam impoſſibile eſt non uiuificare corpus, cui indita eſt. Virtus uero contemplandi, in animi arbitrio motum ſuum habet. Itaq; ſi perpetuò curet anima, ut contemplandi & ratiocinandi potētiam uigilem retineat, ſicut Propheta dicit, non dormitat, qui cuſtodit te, duplici nomine corporis affectiones conſopiet. Impediet enim illas meliorum & agnatorum contemplatio, & corporis ipſa confuſionem moderans, caſtigabit illas & coërcebit. Si uero otium amplexa fuerit, ut uim contemplandi immotam & uitalem, otioſam, corporis affectiones nemine moderante aut impediente, inuenerint & inter ſe diuiſerint, ſtatim illā ad ſua deſideria & proprias operationes abripient. Sunt itaque corporis affectiones uiolentæ quidem, ſi otioſa ſit in nobis ratio: morigeræ uero, ſi illa præſideat & gubernacula moderetur. Non eſt igitur culpandum corpus, ijs qui rectè de illo ſentire uolunt. Addecet enim ut pro conſilij diuini expoſitione, & malæ opiniones eorum, qui peruerſe de corpore ſentiunt, auferantur. Quemad modum enim, dilecte, bonus eſt equus, & quanto ex natura uelocior & feruentior, tanto melior, & tamen auriga & gubernatore opus habet, utpote expers rationis, qui ubi aſcenſorem ſenſerit, ipſe quidem ſuo conatur uti ingenio. Si uero auriga, competenter iumentum moderabitur, illo ad ſuum commodum utetur, & ſcopo præfixo potietur, & ipſe ſeruabitur, & optimus apparebit iumenti uſus. Si uero malè ducet, pullum maximè, & pullus plerumq; à uia publica ad auia declinabit, & in præceps aliquando ſimul cum ipſo inſeſſore auferetur, & per aurigæ negligentiam & ignauiam uterque in periculum rapietur. Tale quid & de anima & corpore intellige. Nam corpus quidem naturales motus accepit, non abſurdos ac prauos, ſed omnino ad aliquid bonos & utiles. Rationis autem expers eſt, ut rationis prærogatiuis cohoneſtetur anima. Si nanq; ipſa corporis motus condignè diſpoſuerit, & corpus ſeruabit, & ipſa periculo uacabit. Si uero gubernationem corporis neglexerit, ſomnóque oppreſſa, ſocordiæ moderationem illius permiſerit, & ipſum, tanquam rationis expers à recto excidet, & animam paribus ex ęquo lapſibus ac ruinis inuoluet, non ex propria malitia, ſed per illius negligentiam. Si igitur affectiones corporis, animæ eſſent indomabiles, meritò culpa daretur corpori. Si uero multis ſubditæ ac morigeræ fuerunt, qui illas coërcere ſtuduerunt, ſine culpa quidē eſt corpus, & reprehenſibile his, qui illud tanquam malitiæ autorem traducere conantur: anima uero culpabilis eſt propter negligentiam, quę ad corporis obtinendum dominium inſtructa eſt, neq; ipſa ex natura malum in ſe habens, ſed ex neglectu boni in malo cōſtituta. Malitia enim nihil eſt aliud quàm defectus uirtutis.

Malitia quid ſit.

Non eſſe temere ſine cautione colloquendum mulieribus.

CAP. IIII. DE EO quidem quomodo cogitationes ſint cohibendæ, & de affectionum corporis moderatione, déque capacitate & tranquillitate interni hominis, ac de contemplatione ac ſtudio eorum quæ illum cōcernunt, ſufficienter iam quantum licuit diximus. Oportet uero nō ſolum imperare cogitationibus, ſed & colloquijs quātū poſſibile eſt abſtinere, maximè quæ nos ad cōfinia & ſuggeſtionē affectionum abdu-

A rum abducunt, rationē perturbant & confundunt, bellumq; & ſolicitudinē animæ mouent. Id enim belli quod nobis incidit inuitis, neceſſariò ſuſcipiendum fuerit, ſponte uero aduerſum nos ipſos accerſere bellum, abſurdiſſimū eſt. In priore namque, ſi uicti fuerimus, uenia potiemur, abſit tamen & hoc à Chriſti athletis. In iſto uero uinci, præterquam quod probro obnoxium eſt, uenia quoq; caret. Fugienda ſunt itaq; plerunq;, & potiſſimum mulierum colloquia, niſi ad illa irrecuſabilis aliqua neceſſitas cogat. Vbi uero illa nos apprehenderit, tanquam ab igne cauendum eſt, & curandum ut quam citiſſimè ac celociſſimè nos abſoluamus. Obſerua uero quid hac de re dicat ſapientia. Quis recondet, inquit, ignem in ſinu, ut indumenta ipſius non comburantur? Aut quis incedet ſupra carbones ignitos, ut pedes non adurat? Si uero quiſquam dicet quòd plerunque cum mulieribus colloqui & conuerſari nihil adferat periculi, is uel non eſt particeps uirtutis maſculæ, & eſt admirabiliſſimum quoddam pecus, inter utranq; naturam uelut medius conſtitutus, quales eſſe dicunt eos qui ex natiuitate ſunt eunuchi, ſi tamen & illis damus, quod nullo ducantur erga mulieres affectu ac motu. Nam concupiſcentia eunuchi, inquit Sapiens, deflorat iuuenculam, uel ſi particeps illius eſt, immerſus eſt affectionibus, ut periculum non ſentiat, ad exemplum temulentorum aut phreneticorum, qui licet grauiſſima patiantur, tamen extra paſſiones ſe conſtitutos eſſe putant. Concedamus tamen, quod cum ratione concedi non poteſt, eſſe aliquem, qui maſculo affectu non compungatur: attamen etiam ſi ille nihil huius patiatur, non mox & alijs perſuadebit quòd non patiatur. Cum autem non ſit propoſitum aliquod uirtutis, multis eſſe offendiculo, arbitror non eſſe tutum facienti. Deinde & *alias, mancipium.*

B aliud eſt conſiderandum. Videlicet, quòd etiam ſi uir quiſquam nihil perniciei cogitationibus ſuis accerſat, non tamen idem de muliere contendere poterit, quaſi & ipſa aliena ſit ab affectionibus corporalibus, ſed illa plerunq;, cum imbecilli ſit ratione, & affectione permobili, paſſa eſt aliquid mali ex eo quòd incautè colloquiū admiſit. Et licet uir ipſe non ſit uulneratus, uulnerauit tamen ſæpenumero, quod non obſeruat. Et ubi prætextu ſpiritalis dilectionis muliercula cōtinuè monachum accedit, incipit per oculos haurire & ſorbere peccatum, & oculis impudicis in proximi aſpectu & forma paſci, & internam uirginem, quam ſponſus potiſſimum amat, impuris cogitationibus corrumpere. Itaq; ne quicquam horum contingat, & ſi non omnino omnia, tamen crebriora & prolixiora mulierum colloquia cauere oportet, nō ut ſexum hunc odio proſequamur, abſit, neq; ut cognationem illarum abnegemus, ſed ut illis & præſimus, & quoad fieri poteſt proſimus, omnibus quidem humanæ naturæ conſortibus, præcipue uero illis quæ caſtitatis certamina ſuſceperunt, idem certaminis nobiſcum ſuſtinētes. Colloquia uero uitabimus, ne affectionis illius, quā recuſauimus, & eorū quæ abnegauimus, ſuggeſtio nobis accidat.

Corporis uirtuti admenſurandam eſſe abſtinentiam, & exercitium corporis bonum eſſe & legitimum.

CONSENTANEVM quidem eſt & uentris cohibere ingluuiē. Ventris enim pædagogia, affectionum eſt caſtigatio, caſtigatio affectionum, pax & tranquillitas eſt animæ, uirtutum feraciſſimus fons. Ventris uero abſtinentia optima eſt, quæ unicuiq; iuxta corporis eſt uirtutem admenſurata. Nam nonnullis labor adordinatus & intenſus etiam, nihil adferre moleſtiæ deprehenſus eſt, imò magis recreationem CAP. VI

præſtare

præſtare quàm moleſtiam, propter corporis ſtructuram & uirtutem rigidam ac duram. Quod autem iſtis tolerabile eſt, alijs periculorum occaſionẽ attulerit. Corporum enim inter ſe tantum eſt inuenire diſcriminis, quantum inter æs aut ferrum, & areſcentia ſarmenta. Itaq; abſtinentiam eligere conuenit, quæ conformis ſit uirtuti corporis. Nam eæ uirtutes, quæ in ſola anima perficiuntur, omnibus omnes ex æquo conueniunt. Vtpote, manſuetudo, æquitas, humilitas, bonitas, dilectio fraterna, ſimplicitas, amor ueritatis, cõpaſſio, placiditas, humanitas. Iſtas enim peculiariter animæ uirtutes eſſe dicimus, quoniã ad ipſarũ acquiſitionẽ & perfectionẽ animę corpus nihil cõfert, niſi quòd curia quædã illius eſt in qua illa de iſtis uirtutibus conſultat. Abſtinẽtia uero cuiq; iuxta corporis uirtutẽ determinãda eſt, ut neq; minus exerceatur, quàm exigant uires corporis: neq; ad ea extendatur, quę illas ſuperant. Atq; illud opinor ſpectandũ ad hoc eſt, ne ſi per immoderatã abſtinentiã corporis uirtutem deſtruxerimus, otioſum illud & ignauum ad actiones obeundas conſtituamus. Non enim deus hominem, cum illum conderet, otioſum & immotũ eſſe uoluit, ſed operarium ac ſedulũ ad ea quæ illum concernunt, cum in Paradiſo iuſſerit Adamo, ut operaretur & cuſtodiret eam (licet enim dictum illud conſiderationis aliquid occultæ habeat, attamen & proprius illius ſenſus æmulatione & ſtudio dignus eſt) & poſtquàm ex illa eiectus eſſet ita decreuerit. In ſudore uultus tui ueſceris pane tuo. Quę uero ad Adamum ſunt dicta, quod ad omnes illius poſteros pertineant, manifeſtum eſt. Nam & mortem quidem deus contra illum induxit, dicens, terra es, & in terram abibis. Et tamen quotquot ex illo naſcuntur, ſimul cum illo eidem paſſioni ſubiecti ſunt. Conuenit igitur, ut nihil inſolentiæ præter naturã, & terminos quos cõditor naturæ ſtatuit, inducamus, ſed intra illos conſiſtentes, efficax corpus retineamus nullis immoderationibus læſum. Hoc enim arbitror ad optimam pertinere oeconomiam ut poſitos naturæ fines cõſectemur. Quanquam & pluribus diuinæ ſcripturæ teſtimonijs cauſam hãc fulcire poſſumus. Diuina nanq; ſcriptura corpus operari quidem ac moueri, & magis aliorum ſuſtentare infirmitatem, quàm aliorum opem efflagitare pręcipit: labefactare uero illud ac nimijs macerationibus lædere, nequaquã. Et huius tibi fide digniſſimũ teſtem Sanctũ Paulum producam, alicubi dicentem, audimus quoſdam inter uos inordinatè ambulantes, nec quicquam operantes: & otium diſſolutionem ordinis appellantem, cum dicit, non enim inordinatè egimus inter uos, neq; gratis panem à quoquam manducauimus, ſed in labore & moleſtia noctes ac dies operãtes. Et quod amplius eſt. Neceſſitatibus meis, inquit, & his qui mecum erant miniſtrãrunt iſtæ manus. Et alibi iterum. Vt operantes, inquit, proprium panem manducent. Et iterum alio in loco. Vt quieti ſitis, resq; ueſtras agatis, & manibus ueſtris operemini. Ab omni animi elatione conuenit liberum eſſe religioſum, & uerè regiam uiam ingredi, nuſquam declinantem, ut neq; remiſſionem amplectatur, neq; immoderata abſtinentia corpus inutile reddat. Nam ſi bonum fuiſſet negligere corpus, & quod uiuum eſt mortuum conſtituere: tales nos omnes utiq; ab initio condidiſſet deus. Si uero hoc nõ fecit, omnino quod bonum eſſe ſciebat, hoc fecit. Si uero quod bonum erat, hoc nos eſſe fecit, peccant qui quod bene eſt factum, non ut eſt, cuſtodiunt. Vnum itaq; hunc ſcopum pietatis obſeruet religioſus, ne qua malitia animæ ſeſe per ſocordiam inſinuet, néue alicubi illius ſobrietas & intẽta ad deum mẽtis acies hebetetur,

aut

A aut ſpiritus ſanctimonia,& quæ ex illa animæ ineſt,illuſtratio obſcuretur. Quòd ſi dicta iam bona in ſuo uigore conſtiterint, nullo pacto occaſionem habebunt corporis affectiones, ut rebellionem moueant,anima ſeſe in cœleſtibus exercente, nec opportunitatem aliquam corpori ad affectionum motus permittente. Si enim ſæpenumero uſuuenit in rebus iſtis temporarijs, ut ubi ſeria & cõtinua cogitatione animi intentionem aliqua in re fixam tenemus, & aſpectus & auditus otioſus reddatur,& tota anima ab ea cogitatione dependeat, corporis ſenſus deſtituens: quanto magis,ſi diuinus amor uiuidus fuerit in anima noſtra,ne modicam quidem cogitationem affectionibus corporis impendemus. Si uerò alicubi illæ uel modicè inſurrexerint, uelociter per animæ magnanimitatẽ reprimentur. Quid enim melius, dic quæſo,an imitari arbores frugiferas,quæ & ipſę abundant,& alios fertilitate ſua exhilarant,uel aſſimilari holeribus, quæ per æſtum & ſiccitatem areſcunt, & perinde eſſe atq; iuxta Prophetam, beta ſemicocta,quę ne proprijs quidem neceſſitatibus ſufficere ualet, idq; cum ultroneã ab ipſa natura facultatem quæ neceſſaria ſunt curandi habeamus,ex dimidio tantum philoſophiam exercere, ſola ſcilicet anima,nõ etiam corpore? Nam ſi extra corpus cõſtituti eſſemus,neceſſarium eſſet ea tantum curare, quæ animæ ſoli optimè conducerent. Quoniam uerò geminus eſt homo, conuenit & geminum eſſe uirtutis ſtudium, quod & corporis laboribus, & animæ exercitijs abſoluatur. Corporis uerò labores non otio, ſed opere perficiuntur. Eſt autem & hoc obſeruandum,ne prætextu neceſſitatis corporeæ ad uoluptatum ſubſidia exorbitemus.Si quidem fieri poſſet,ut continuæ indigentiæ adhærentes, operationes corpori competentes abſolueremus, hoc ſanè eſſet optimum. Quoniam B uerò paucorum admodum eſt corporũ,talem ferre poſſe uiuendi diætam, oportet & menſuratè ieiunare, & neceſſarium corpori adminiſtrare ſubſidium. Non ita ut uoluptatum arbitrio cibi ſeruiant,ſed ut rationis iudicio neceſſitas corporis diligenter determinetur:perinde ac ſi peritus medicus citra omnem affectionem conuenientibus remedijs infirmitatem aliquam curet.Si nanque hic obtinuerit in anima affectus,nulla in re qui cibum ſumit eo qui non ſumit ad philoſophiæ ſtudium poſterior apparebit,ſed mentis propoſito non ſolum continuum ieiunium,ſed & inediã quoque ſeruabit,& per prouidentiam corpori neceſſariam optimæ œconomiæ laudem auferet.Non enim poteſt commenſurata corporis educatio & abſtinẽtia deſideria inflammare, & indomitos reddere affectus. Hoc enim luxus eſt & delitiarũ. Et iſta nunc quidem ex lege naturæ & teſtimonijs diuinæ ſcripturæ confirmare, ueſtræq; conſiderationi exponere propoſitum erat. Verum quoniam non ſolum uerborum documentis quę dicta ſunt corroborare,ſed & practicis exemplis ſententiã hanc conſolidare oportet, ad ipſam iam ſeruatoris noſtri conuerſationẽ tranſimus, quam in carne ſua omnibus piè uiuere uolentibus uirtutis typum & imaginẽ propoſuit,ut in illos characteres reſpicientes, cõſimilem ſuæ uitæ formam imprimant, nuſquam arthetypum imitationis uariatione peruertẽtes. Quòd enim uitam ſuam ſeruator imaginem optimę conuerſationis omnibus ſibi fidem habere uolentibus propoſuerit,audi ipſum conſpicuè hoc docentẽ: Si quis, inquit,mihi miniſtrat, me ſequatur. Non autem carnalem ſignificat imitationem, quæ omnibus eſt impoſſibilis,cum ipſe iam iuxta corpus in cœlis eſſe cognoſcatur,ſed exactam conuerſationis ipſius,quatenus illa exprimi poterit,diligentiam.Quomodo igitur ſeruator noſter uixit,

ſter uixit,& quomodo conuerſatus eſt? Peccatum non fecit. Quomodo enim iuſti- C
tia per peccatum ſuperari potuiſſet? Quomodo mendacium ueritati præualuiſſet?
Quomodo potentia per infirmitatem expugnata eſſet? Aut quo pacto quod non
eſt eum qui eſt deuiciſſet? Deus enim ſemper eſt, & eſſentiæ finem non habet, terminum non admittit:peccatum uerò nunquam eſt, neq; in propria ſubſiſtentia deprehēditur,ſed magis in ipſis eſt,à quibus fit,quàm in malè factis,& eſſentiā ſuam in defectu boni habens, inſtar ſpiritalium tenebrarum: per iniquitates exprimitur, perq; iuſtitiæ lucem iterum diſſoluitur (Lux enim in tenebris lucet) & una cum turpibus factis terminatur. Ceſſantibus enim malè factis,ſimul & eſſentia peccati ceſſat. Quæretur enim peccatum illius,inquit,nec inuenietur. Licet reconditum ſit peccatorum gratia ſuppliciū ijs qui peccant, & irrefragabilis ſuper iniquitatibus ſit deputata pœna. Peccatum igitur non fecit,nec eſt inuentus dolus in ore eius, ſed lenitatis,patientiæ,bonitatis,manſuetudinis,benignitatis,placiditatis,humilitatis, prudentiæ, & omnis in uniuerſum uirtutis quàm plurima exhibuit excēpla,quæ in Euāgelijs clarè ſunt expoſita. Lenitatis quidem & patientiæ,ferendo Iudæorū inſidias, quibus perpetuò priorem malitiam ſequentibus maligni ſtudij hyperbolis ſuperabant. Quos quidē placidè reprehendebat,ut à malitia deſiſterent: ulciſci uerò uindictamq; de illis uel modicè ſumere nō ſuſtinebat: ſed cum inhumanitate ipſorum beneficijs certabat,& malitiæ intenſionem per bonorum ſubminiſtrationem uincere ſatagebat,& tandem crucem pro crucifixoribus ſuis ſubibat. Manſuetudinis uerò & placiditatis, in eo quòd quoſuis admittebat cum benignitate ſibi congrua, & colloquendi copiā & fiduciam exhibebat,nō ſolum honeſtis,ſed & ijs hominibus, quibus res turpiſſimæ grato & conſueto uſu fuerant. Ita ad illum accedebant mere- D
trices & Publicani, non ut libidinis aut auaritiæ morbum augerent, ſed ut animæ morbum propulſarent: nec tantum abſterrebantur conſcientia malitiæ, quantum confidebant ſpe medicinæ. Inueniebant enim experientiam ſpe maiorem. Benignitatis autem & commiſerationis quanta ſunt exempla? Interdum in ſolitudine egeſtate preſſos menſa ſpontanea & abundè copioſa duplici nomine benigna excepit, cum propter neceſſariorum abundantiā,tum propter inſolentem & admirabilem ſuppeditationem & ſufficientiam. Interdum deiectos cōmiſeratus eſt, quòd eſſent adflicti & proiecti, ſicut oues non habentes paſtorem, & corporales infirmitates, membrorumq; corruptiones ac mutilationes pariter & animæ egritudines ac peccatorū inſolubiles nodos,& obligationes uiolentorū pactorum,quas cum diabolo patre peccati fecimus,curauit ac diſſoluit. Humilitatis uerò qualia nobis præſcripſit exempla, in eo,quòd non ſolum carne circundari, ſed & humilium iuxta ſeculi formam parentum filius partim fieri,partim æſtimari uoluit: fieri quod matrem,æſtimari quod eum qui pater dicebatur,attinet. Prudentię autem,quòd aliquando Sadducęos arguit reſurrectionem per cōmentum ſeptem fratrum ſub una uxore mortuorum,irridere conantes, aliquando uerò diſcipulos Phariſæorum cum Herodianis pudefecit,qui cum ancipitem quæſtionē obijcerent,an liceret cenſum dare Cæſari,uel non,reſponſionem ambidextrā tulerunt, quæ utrinque illorum amentiam uellicaret,nō dare,ſed reddere iubens. Reddite enim,inquit,quæ Cæſaris ſunt, Cæſari,quoniam numiſma Cæſaris erat, cuius imaginem & inſcriptionem ferebat. Et hæc quidem ſunt præcipua uirtutum ac factorum Christi exempla, quorū adhuc
infinitus

infinitus eſt numerus. Corporis uerò qualia ſunt,& quot,quorũ gratia potiſſimũ A iſtud Chriſti hypodigma adductum eſt. Primæua quidem ætate parentibus ſubditus,quemuis corporalem laborẽ manſuetè & intemperanter cum illis tulit. Cum enim homines,iuſti quidem ac pij, pauperes tamen & rerum neceſſariarum haud quaquam abundantes,cuius rei teſtimonium dat præſepe, quod mederi iam debebat faſtui nobilium partuum, ueriſimile eſt aſſiduo corporalium laborum exercitio uictum ſibi neceſſariũ unà comparâſſe. Ieſus autem iſtis,ut ſcriptura inquit,ſubditus,obedientiã ſuam omninò etiã hic præſtitit, ut ſimul cum illis laboraret. Succeſſu uerò temporis cum herilia ac diuina beneficia patefacienda,Apoſtoli deligendi,regnumq́; cœlorũ prædicandũ eſſet,non in angulo aliquo iacens, & corporis uiribus deſtitutus aliorũ miniſterio opus habuit,ſed nunc quidẽ aſſiduè, idq́; pedes, iter fecit,diſcipuliſq́; ſimul miniſtrauit,ut ipſe dicebat:Ego aũt ſum in medio ueſtri, tanquam qui miniſtrat. Et:Sicut filius hominis non uenit,ut ſibi miniſtretur,ſed ut ipſe miniſtret:nũc uerò diſcipulorũ pedes lauit. Rurſus prolixo tempore doctrinæ munus exercuit,locum loco mutãs impigrè,idq́; noſtræ ſalutis gratia. Semel tantũ ac breui momento iumenti opera uſus legitur, nõ ut corpus refocillaret, ſed ut hoc opere prophetiã confirmaret. Quid autẽ Apoſtoli? Dominũ nõ ſunt imitati? Nõ in continuis laboribus fuerũt? Conſidera Paulum ſine intermiſſione operatũ, continua peregrinatione ac nauigatione occupatum, periclitatũ, tempeſtate iactatum, pulſum,flagris cæſum, lapidatum, ad uniuerſas tentationes per animi alacritatẽ ac corporis uigorem infractũ. Quòd ſi per abſtinentiæ immodeſtiam corpore fuiſſet deiecto,coronam ac præmiũ iſtorum omniũ non fuiſſet adeptus. Bonum itaq́; eſt ut Domini ac diſcipulorũ illius Apoſtolorũ uitam cum uirtutibus animæ, tum cor B porũ exercitijs imitati,operoſa præſtemus corpora optimis actibus ſeruientia. Nã animæ quidẽ eſt eligere quæ bona ſunt,quæ & cooperatione corporis perficiãtur: corporis uerò operari quæ anima elegit. Illo autẽ uiribus ſuis deſtituto,rectè factũ in animi tantum propoſito reconditũ ac dimidiatum manet, perinde atq́; germen in ipſo telluris ſinu emarcidũ,& non ad uſum eorũ,quorũ gratia ſatum eſt, progreſſum. At & Dominus,inquis,intẽſam famẽ pertulit,& Moſes pariter & Helias propheta. Verum. Sed & hoc cõſidera,quòd Dominus noſter ſemel tantũ hoc fecit,& Moſes & Helias cõſimiliter: per reliquũ uerò tempus uniuerſum cõpetenti ordine corpus gubernârunt,& operoſum reddiderũt continuis moleſtijs ac laboribus exercitatũ,atq́; ita & animæ uirtutes per corporis cooperationem illuſtrârunt, operoſamq́; uitã obſignationẽ quandam & conſummationẽ ſpiritalis conuerſationis conſtituentes. Hoc præſtitit Moſes,hoc Helias, hoc & Ioannes ipſe, qui arcana quadã œconomia diuturnã in ſolitudine conuerſationem egit. Poſt conſummationẽ uerò œconomiæ illius ad cultiora loca ad prædicandum & baptizandũ progreſſus, per operandi diligentiã & fiduciam qua Herodẽ corripuit,certaminis ſui curſum abſoluit. Hoc & uniuerſus ſanctorũ catalogus, & Ieſus ipſe præſtitit,diſpenſationẽ operando conſummans,ut undiq́; liqueat ſiue ex lege naturæ, ſiue ex doctrina ſacrarũ ſcripturarũ,ſiue ex actis omniũ ſanctorũ:ad hæc,& ex ſeruatoris noſtri conuerſatione,& canone uiuendi eorũ qui piè uitã inſtituunt, melius eſſet & utilius cõſolidare corpus,quàm negligere,& efficax reddere bonis actibus, quàm ſponte otioſum & ignauũ conſtituere.

Christus laborauit.

τῶν τιμίων τόκων ἡ θεραπεία.

Congruere religioſo ut conuenientia opera exerceat. CAP. VI.

OPERARI addecet religioſum,ea quidẽ quę ſibi conueniant, quęcunq́; uidelicet

ab omni negotiatione, & remotioribus occupationibus, turpiq; lucro aliena ſunt, quæ ſub tecto nobis manentibus, qualia multa ſunt, perfici poſſunt, ut & opus ad- C impleatur, & tranquillitas conſeruetur. Si uerò propter neceſſitatem aliquã & ſub- diale opus perficiendũ fuerit, ne hoc quidem philoſophiã impediet. Exactus enim philoſophus, cui phrontiſterium eſt corpus, & ſecura mãſio anima, etiã ſi fuerit in foro, in panegyri, in monte, in agro, in medio multitudinis magnæ, nihilominus in naturali habitat monaſterio, ad interiora colligens mentẽ, & philoſophans quæ illi ſunt congrua. Poteſt enim fieri, ut qui domi ſedet, extrà cogitationibus circũquaq; uagetur: & qui in foro eſt, uelut in ſolitudine cõſtitutus ſobrius ſit, ad ſeipſum & ad deũ ſolũ conuerſus, nec admittẽs ad animã perturbationes aliquas, quę per corpo- reos ſenſus irruũt.

Nõ debere religioſum temerè cũ quibuſlibet cõuerſari.

CAP. VII. NON DEbet autẽ id præſumere religioſus, ut quibuſlibet incautè ſe cõcredat aut aperiat. Multos enim inſidiatores habet, qui ſecundũ deũ uiuit, eosq; ſæpenumero familiariſſimos, qui uitã ipſius explorent: cõuenit igitur, ut nõ ſubeat inexploratos extrariorũ cõuictus. Si nanq; ſeruator, ſicut Euangeliũ dicit, nõ quibuſuis ſeipſum concredidit (Ipſe autẽ, inquit, Ieſus nõ credidit ſe illis) ſi inq; mundus ille, immacula- tus, irreprehẽſibilis, iuſtus, totus ipſa uirtus, quomodo nos peccatores, labiles, qui non ſemper ad ſcopũ rectà incedimus, illud propter naturalem infirmitatẽ, iſtud propter hoſtem noſtrũ, qui nos malitioſe & acriter impugnat, curioſis nos homini bus exponẽtes, nõ attrahemus nobiſipſis prauas detractiones & offendicula? Ple- runq; enim mali homines, quæ bene geruntur obtrectare conantur, nec cõmittere poſſunt, quo minus uel minutos lapſus conuitijs grauent. Oportet igit᷑ cautè cũ ex trarijs cõuerſari. Accidit enim illis & aliud quid, propterea quòd uitæ anachoreticę cõſilia & rationes ignorãt. Suſpicãtur nanq;, non quòd animi ſententiã mutârint, D qui uitę conuerſationẽ mutârũt, ſed ꝙ humana illis immutetur natura, nec iudicãt religioſos tanq̃ ijſdẽ quidẽ affectibus obnoxios: potẽtia uerò animę & alienatione à uoluptatib⁹ illos cohercẽtes, ſed putãt naturales corporis affect⁹ illis prorſus eſſe adẽptos. Vnde & hoc accidit, ut ſi uel modicum qd à recti ſcopo aberret ſpiritalis, cõfeſtim omnes, etiã qui antea illũ feruentiſſimè laudabant & admirabãtur, acerbè accuſent, prodentes ſeipſos, quòd neq; antea uerè illũ laudauerint. Quemadmodũ enim ubi athleta quidã in certamine prolapſus eſt, mox aduerſarius aduerſus irru- it cædens ac proſternens: ita & iſti ꝙ primũ uirtutis exercitio deditũ parumper de- linquere uident, irruũt conuitijs & obtrectationibus, quaſi quibuſdã illũ iaculis pe- tentes, nec reputãt penes ſeipſos, quòd ipſi innumeris quotidie affectionũ telis uul nerantur: pietatis uerò pugiles, quanquã ſimilibus affectionibus obſeſſi, uel patũ ab illis, uel plerunq; nihil læduntur, idq; cũ antagoniſtã ſuſtineant multo uehemẽ tiorẽ ꝙ ipſi. Si quidem iſti ex profeſſo bellũ cum illo gerunt: & malus ille, ſi uictor queat euadere, magnã hic aufert uictoriã: ſi uerò uictus fuerit, letalẽ accipit plagã, tanquã planè omnibus uirtutis numeris uictus. Cum illis uerò, qui ſeipſos uitæ hu ius negotijs tradiderunt, leuiculũ bellum gerit, partim quòd plurima illorũ pars ul trò manus dat uarijs uoluptatibus ac deſiderijs ad peccatũ ineſcata, & facilẽ illi con tra ſeipſam uictoriã permittit: partim ꝙ etiã hi, qui nonnihil uidentur reſiſtere pec- cato, uarijs occupationibus diſtracti, leuiter à certamine auellũtur, datoq; tergo, & acriter percuſſi, multa ac deformia cladis ſtigmata ſuſcipiunt. Si uerò & hoc alicubi contigit, ut impetũ ſecularium occupationũ nonnulli ui quadã excipere, hoſtiſq;

peruerſi

A peruerſi bello ſeſe opponere ualuerũt, nõ tamen tales agones ſuſtinuerunt, ſed qui multo & infinito ſpatio à religioſorum certamine ſuperentur. Et qui talis eſt, in hoc incũbit, ut quod ſibi iure debetur, obtineat, & ſeriò luctatur in præſentiũ rerũ cõtro uerſijs: religioſus uero quod ſibi iure debet cõtentioſis cedit, adimplens illud: Et ab eo qui tua aufert, ne repetas: ille uerberatus reuerberat, & læſus uiciſſim lædit, & cũ hoc facit, putat ſe quod æquũ eſt tueri: Iſte uerò tantiſper malorũ eſt tolerans, dum lædens aut percutiens abundè uoti compos effectus, ultrò abſiſtat. Et hic quidem omnes corporis uoluptates coërcere ſtudet: ille uerò uoluptatibus ad ſatietatem uſque immoratur. Quomodo igitur ſecularis pro agoniſta reputabitur religioſo collatus? Obſerua uerò & adhuc aliud, quod illis accidere ſolet, qui præſenti ſunt ſeculo dediti, ſicubi religioſorũ uitã ſcrutantur. Quòd ſi religioſo quãdoq; uiſum fuerit, ut corpus poſt longam abſtinentiã cibo aliquo fulciat, illi quaſi incorporeũ & prorſus ſpiritalẽ, aut planè expertẽ eſſe cibi, aut quàm minimo uti debere uolunt. Et ſi uiderint religioſum talẽ, qui corpori ſuo nõ omninò ſit rigidus ac durus, ſed aliqua ratione ex parte ſaltem defectũ illius, quo laborat, curet, conuitiantur, & obtrectãt, uoracemq; & heluonẽ uocant: & quod de uno conuitiantur, etiã reliquis omnibus imputant, nõ reputantes quòd ipſi per diẽ bis, aut nõnulli ex ipſis tertiò quoq; reficiuntur, cibis ſe craſſiſſimis ac pinguiſſimis, carniũq; infinita copia ingurgitantes, & immodicã uini abundantiã hauriẽtes, unde & ad menſas nõ ſecus anhelant, quàm canes poſt longam inediã uinculis exempti. Veri autẽ religioſi & aridiſſimo cibo utuntur, & qui modicũ alimoniæ cum debilitate coniunctũ habeat, idq; per integrũ diem ſemel. Iſti ex ordine uiuere, & menſuratè, ac cautè refici ſcientes, meritò præter B reficiẽdi tempus quæ corpori neceſſaria ſunt libera cõſcientia, ſuppeditãt. Quapropter nõ cõuenit, ut libertas noſtra iudicetur ab aliena cõſcientia. Si enim nos cũ gratia participamus, cur eorũ gratia nobis maledicitur, pro quibus nos gratias agimus? qui abſtinẽtiã & iuxta cibi uilitatẽ cũ maiore alacritate cõplectimur, quàm illi ſplendidę, & opiparæ multoq; obſonio refertæ menſæ apparatũ. Si uerò illorũ hominũ quiſquam, de quibus diximus, intellectu pietatis & obſeruantia quadã noſtrę uitæ præditus fuerit, illi in menſa cõmunicare, ſi id ſcitè petat, non erit præter rationem.

Non eſſe crebrò & citra explorationem progrediendum.

OPORTET autem ne prętextu quidem inuiſendorũ & conueniendorum fratrũ multas ac crebras inſtituere peregrinationes. Nam & hoc diabolicũ quoddam cõmentum eſt, tentante per hanc quoq; methodũ inimico ſtabilitatẽ & conſtantẽ uitæ noſtræ tenorẽ labefactare, inq; ſtudiũ uoluptatis ac cogitationũ uariarũ fluctuationem conijcere, ſed hoc magis curandũ eſt, ut quieti & apud nos ipſos conſtituti conſideremus & corrigamus animę noſtræ delicta. Qui nanq; uinculũ ſeculi iam recens quod ad animi propoſitũ pertinet, rupit, propenſionis quidem ad honeſta laudem habet, uirtutũ tamen conſummationẽ nondũ eſt aſſequutus. Plerunq; ne modum quidẽ intellexit, quo ſint exequendæ, ſed opus habet ut in ſilentio & quiete ſeipſum examinet, conſideretq; inordinatos animę impetus ac motus, illiſq; ſtrenuè reſiſtat, & melioribus cogitationibus corrigat. Animæ nanq; ſtatus fixus & ordinatus uirtutis eſt colligatio. Itaque qui perpetuus eſt in pergrinationibus & locorum mutationibus, & indeſinenter animæ compoſitũ ac ſolidum ſtatum uẽtilat & confundit, & paulatim ad corporis uoluptates reſpectare diſcit, quomodo poterit CA. VIII.

ſeipſum examinare, & quæ non bene habent cognoſcere, aut in rectum ordinem, ut par eſt, componere, cum animam adhuc ad affectuum perturbationem iritet, acc prouocet? Oportet igitur ut plurimum ſeruare quietem, & quemq; manſiunculam ſuam obfirmare, ut hunc uitæ modum ſtabilitatis habeat teſtimonium, non quòd omninò ſit incluſus, ſed quòd, ubi neceſſitas exigit, liberè & cum fiducia, nihil recla mante conſcientia progrediatur, & cum ſumma utilitate propter conuerſationis ex actam diligentiã fratres inuiſens, exemplaq; uirtutum ex utili fratrum conuictu col ligens, moderatas, ut diximus, & irreprehenſibiles progreſſus faciat. Accidit enim ſæpenumerò, ut animum tædio affectum progreſſus iterum, abacto tædio, quaſi confirmet, ac nonnihil refocillet, idq; adferat utilitatis, ut ad pietatis certamina ala criter redeatur. Si uerò quiſquam hoc nomine ſuperbiat, quòd domicilio non egre diatur, ſciat ſe inanis rei gratia inflari. Non enim domo haud progredi, in ſeipſo bo num eſt, nec aliquando, ubi occaſio eſt, progredi, uel reprobum aliquem, uel bonũ facit. ſed animus erga id quod bonum eſt firmus & immotus, aut uiciſſim animi in conſtantia uel probatum facit, uel reprobum. Si uerò quiſquã fuerit, qui firmo bo ni propoſito animam ſolidârit, & diuturno exercitio gubernandorũ affectuum ex perientiam adeptus ſit, domitiſq; ac refrenatis corporis ac animæ intemperantiæ & inconſtantiæ motibus, rationis freno confiſus crebrius ad ædificationem & uiſi tationem fratrum egredi uoluerit, hunc magis ad egrediendum impellit ea ratio, ut impoſita candelabro lucerna, omnibus lucem bonorum præceptorũ ac doctrinæ adminiſtret, duntaxat id habeat confidentiæ, ut & uerbo, & opere doctorem uirtu tum præſentibus ſe & colloquentibus exhibere ualeat, atq; ita ſeſe communiat, ut ſicut Apoſtolus dixit, cum alijs prædicat, ipſe non reddatur reprobus.

Nihil confidentiæ & libertatis dandum eſſe inconſtantibus religioſis, ſed eos qui eiuſmodi ſunt, cuſtodiendos eſſe. D

CAP. IX. COHIBERE autem côuenit inſtabiles, qui ad alios atq; alios frates irremiſſis ac temerarijs motibus monaſteria uagabũdi circueunt, & ſpiritalis dilectionis præ textu carnis obſequũtur deſiderijs, nihil ſtabile, nihil ſolidi, nihil cõpoſiti, nec quod aliqua prudentia ſit ornatum habentes, ſed in omnibus curioſi, malis præditi mo ribus, uacillatione, incõſiderantia, dolo, & hypocriſi, mendacio, & deceptoria aſſen tatione referti. Iſti linguam habent procacem, uentrem intemperantem, animũ per petuò uolucrum & flatuum more inconſtantem, cogitationes perſimiles noctuarũ uolatui, quæ nuſquã recta, ſed perpetuò tranſuerſum, & ſubitò reuerſum uolitant, quæ ubi primo impetu comparent, per animi conſtantiã præter omnem expecta tionem relabuntur, & cum plurimum ſerpant, nuſquam tamen promouent. Sunt autem & iumentis ſimiles, quæ in molendinis circueũt, quæ licet multũ properent, eodem tamen ſemper loco reperiuntur, & corpore quidem fatigantur, exiguum ta men eius loci ſpatium non ſuperant. Ita & iſti perpetua quadam corporalium affe ctuum uertigine circumacti, nihil ad ſpiritalem ſublimitatem proficiunt, ſed infini tum orbem curſitantes, corporis concupiſcentias & uoluptates ſtudioſe ſectantur, & ab ijſdem ad eadem redeuntes, prauam illam ſeruitutem propter animi malitiã haud quaquam deſerũt. Et cum habitum & formam ouium ad ineſcandum incau tos obijciant, intus delicatam, peruerſam, ac ſubdolam uulpem abſcondunt, & hoc ſtudioſè agunt, ut quamplurimos ad eandem malitiam peruertant, qui, quia ratio nis moderamine deſtituti ſunt, uel bene, uel male agenti facilè aſſentiuntur, bonum

putantes

putantes quicquid à quoquam ſiue rectè, ſiue probabiliter ſuaſum fuerit. Iſtos igi
A tur ad peruerſitatis ſuę barathrum ſecum conantur abſtrahere, criminum ſuorum apologiam & diminutionem malitiæ ſodalitatem rati. Quapropter tales conuenit omnibus modis cuſtodire, quo nec alios peſtis ſuæ contagione lędant, & ipſi undique incluſi, uel ſero tandem reſipiſcant, pudorē pædagogi uice, probatorūq; fratrū admonitionem ad auerſionem ac liberationē à malitia adepti. Hoc enim & Paulus docuit de illis, qui nihil operabantur, ſed curioſè agebant, dicens: Hunc notate, nec commercium cum illo habete, ut pudefiat.

Religioſum nequaquā decere, ut uel clericatū, uel præſidentiā fratrū appetat. CAP. X.

CLERICATVM ſanè aut pręſidentiam fratrū deſiderare religioſo haud quaquam competit. Eſt enim diabolicus morbus, & uitium ambitionis, indicium habens extremæ diaboli malitiæ. Nā & ille hoc affectu in notiſſimā delatus eſt ruinā: & qui illi eſt obnoxius, eodē cum ipſo morbo laborat. Deinde & inuidos, & cōtentioſos, accuſatores, impudentes, obtrectatores, aſſentatores, inſidiatores, & præter decorū humiles, ſeruiles, & arrogantes, innumeriſq; perturbationibus refertos, hic morbus, ſi quos ceperit, cōſtituit. Qui nanq; talis eſt, inuidet dignis, deq; illis obtrectat: quin & mortem illis plerunque imprecatur: propterea quòd difficilè ſit eorū potiri ſuffragijs, qui ad id muneris ſunt accommodi. Aſſentitur uerò illis, in quorū eſt poteſtate conferre clericatum. Et hac ratione ſeruilis redditur. Temeratius uerò eſt contra minores, ſi reſtiterint. Itaque dolos conſuet, perturbationibus & ſuſpicionibus laborabit, animæq; tranquillitatem deſtruet. Et deus pacis abigetur ex animo illius, nō habens ubi in illo conquieſcat. Agnito itaq; detrimento, fugiamus huius concupiſcentiæ abſurditatem. Si uerò deus aliquē ad iſta deputare uoluerit, pro
B ſua ſagacitate ſciet quomodo dignum aliquem exhibeat, etiā ſi hac de re cōſcientiæ noſtræ ſibi ipſis nihil impenderint ſtudij, ſed hunc affectum in animo prorſus coërcuerint. Nam hic animæ morbus & grauiſſimus eſt, & amiſſio bonorum.

Bona non eſſe per inanis gloriæ ſtudium æmulanda. CAP. XI.

STVDIVM uanæ gloriæ potiſſimū fugere cōuenit, quod nō ante labores à laboribus uacare auocat, quod malum minoris eſſet momēti, ſed poſt labores coronas deprędatur, inſidioſum noſtrę ſalutis hoſtem captu difficilē, haſtas ſuas contra nos ad cœleſtes uſq; apſides ſubigentē, & eas uirtutes, quæ ad ipſos uſq; cœlos ramos ſuos extendunt, deijcere cōtendentem. Nam ubi uidet pietatis negotiatorē omnis generis uirtutum mercibus onerariam mentis nauem impleuiſſe, mota tempeſtate ſcaphū ſubuertere & ſubmergere contendit. Nam mox atq; cœleſtis regni nautæ mentem, ut terrenas & humanas glorias reſpiciat, perſuaſit, omnem repente animę opulentiam abegit, & ipſa uirtutū fundamenta ad terram uſq; demolitur, labores cœlum contingentes deturbat, per id quòd mercedem laborum ab hominibus petere perſuadet, cum oporteat ad ſolum deum ſuſpicientes, & ad illius conſcienttiam noſtra rectè facta recondentes, ab illo ſolo dignā accipere mercedē. Nos uerò quoniam malumus propter humanā gloriam quæ bona ſunt operari, q̄; propter deū, ab hominibus inanem illam applauſus mercedem appetentes, meritò & iuſtè diuinam retributionem amittimus, non deo laborantes, ſed hominibus noſipſos operatios conſtituentes, à quibus pręmiorū detrimentū pro præmijs referimus. Quid igitur à deo exigemus, cui nihil operari uolumus? Quòd autē iſta ita habeant, audi Euangeliū, in quo de ijs qui propter homines quæ bona ſunt faciunt, ita legitur:

Amen dico uobis,acceperũt mercedẽ ſuam.Fugiamus igitur inanem gloriã, ſuauẽç ſpiritalium diuitiarũ prædonem,iucundũ animarũ noſtrarũ hoſtem, æruginẽ uirtu tum,cum uoluptate bona noſtra uaſtantẽ,ſeductionis ſuę uenenũ melle inficientẽ, & mentibus hominũ perniciosum poculũ porrigentẽ, ad hoc opinor, ut hoc mor/ bo ſine faſtidio impleãtur. Dulcis enim imperitis eſt humana gloria. Aliâs autẽ & facilè à recto iudicio,quos cœpit,aberrare facit. Qui enim illã deſiderat,& ſuũ iudi/ cium perdit, & hoc pretioſum eſſe putat, quod ab illis,in quos incidit, laudatur,ita ut ſiue mali,ſiue conſiderantes mala quæpiã laudauerint, hoc omninò laudatus fa ciat,quod ſtudiorũ ſuorũ iudices bonũ æſtimâſſe putat,ut hoc pacto inanis gloriæ ſtudiũ non ſolũ facta bona demoliatur,ſed & ad mala inducat. Quapropter conue nit,ut ad rectam rationẽ & ad deũ rectę rationis inſtructorẽ & autorẽ reſpicientes, hàc ambulemus qua nos deus ducit:& ſi eam uiã aliqui laudauerint, laudem illorũ non admodũ magnifaciamus,ad ſupernũ laudatorẽ ſuſpicientes,ſed cõgratulemur illis tantũ rectũ hoc de ueris bonis iudiciũ:ſi uerò reliqui illã uituperauerint,nequa/ quam pudore ſuffundamur, ſed magis cõmiſeremur eos tanq̃ recto iudicio deſti/ tutos,& denſiſſimas mẽtis tenebras ſuſtinẽtes.

De tempeſtiuitate loquẽdi.

CAP. XII. HAEC ITAQ; capita ſunt uirtutũ,quæ non ſunt condignæ propria magnitu/ dine,ſed pro facultatis noſtræ menſura expoſita. Quę uerò deinceps ſequũtur uir/ tutes,quotquot uulgares mores emendant,facilius puto quibuſlibet cõſiderari poſ ſe,utpote,quam tẽpeſtiuè, & cuius utilitatis gratia ſit proferẽdus ſermo. Vtile autẽ fuerit loqui,uel ſi de uirtute opportuno tempore diſſeratur, uel ad audientiũ ædifi/ cationem,uel ad inſtantem & urgentẽ neceſſitatem ſermo fiat:quod uerò extra has cauſas eſt,tanquam ſuperfluum & inutile recuſandum eſt. D

Non debere religioſum facetijs intendere.

CA. XIII. ABSTINENDUM eſt ab omni facetia. Multis enim accidit qui talibus occupãtur, ut à recta ratione aberrẽt,animo ad riſus effuſo, & mentis cõpoſitione ac ſoliditate diſſoluta,& uſuuenit ſæpenumero ut progreſſum nactũ hoc mali in turpiloquiũ & extremã abſurditatẽ abeat, ut nequeant unà conſiſtere animi ſobrietas,& facetiarũ diffuſio. Si uerò alicubi opus eſt,ut animi triſtitia per ſermones remittatur & exhi/ laretur,ſit ſermo ueſter gratia ſpiritali refertus,& Euangelico ſale cõditus, ut per in/ ternæ ſapientiæ œconomiam flagrantiam redoleat, & duplici nomine lætificet au/ ditorem,cum refocillationis,tum intelligentiæ gratia.

De manſuetudine:& quomodo charitas conſiſtat.

CAPVT XIIII. MANSVETUDINE plenũ,ſi quem maximè,certè religioſum eſſe oportet:quando/ quidem ſpiritus manſuetudinis uel particeps eſt,uel particeps eſſe deſiderat,& con uenit hoſpitẽ illius tali hoſpiti conformẽ eſſe. Si uerò indignatione aliquãdo opus eſt aduerſus ſocordẽ aliquẽ fidei noſtræ cõmiſſum, ſit indignatio ratione tẽperata. Nam gladijs utuntur quidem homicidæ,uerùm utuntur & medici. At illi per irã & crudelitatem gladium uſurpant,omnium abſurdiſſima perpetrantes, & cõgenitos iugulantes: iſti uerò quoniã cum ratione ad uſum & opus gladij accedũt, maximã ex illo utilitatẽ adferũt. Periclitantes enim cõſeruant:ita & qui cum ratione indigna ri nouit,plurimũ iuuat eũ,contra quẽ indignatur,ſocordiã & malitiã illius corrigẽs: qui uerò affectu iræ correptus eſt,nihil recti operatur. Quòd autem & ijs qui man/ ſuetudini ſtudent,tempeſtiua indignatio cõueniat, hinc liquet: Moſes enim qui te/ ſtimonium

A ſtimonium habet quòd fuerit omnium hominũ manſuetiſſimus,exigente occaſione indignatus eſt,& in eam uſq; animi cõmotionem progreſſus,ut cęde cognatorũ indignationi finem fecerit:partim cum uitulum fabricauerãt, partim cum per Beelphegor polluti fuerãt. Itaq; licet & manſueto cũ ratione ſuccenſere,& nihilominus manſuetudinis bonũ non labefactare. Immotũ uerò permanere, aut ubi opus eſt, non indignari: ignauia eſt naturæ,nõ manſuetudinis uirtus. Manſuetudinem autẽ & patiẽtia mali cõcomitari ſolet.Etenim manſuetudo patientię mater eſt.Nihilo ſecius ijs qui uerè manſueti,nec morũ grauitate preſſi & intricati ſunt,comitas quoq; cohæret.Eſt enim comitas ac benignitas materia mãſuetudinis.Hæc uerò coagmẽtata inter ſe & compacta optimam uirtutũ charitatem ſcilicet abſolutam & cõſummatam reddunt.

De prudentia.

ACTIONUM omniũ principatũ habere prudentiam addecet. Nam ſine prudentia quicquid fit,etiam ſi bonũ uideatur,ad malitiam per importunitatẽ & immodeſtiam degenerat.Rationis autem & prudentiæ, quæ bonis actibus & opportunitatem & modum definit,admirabilis eſt utilitas utentibus,cum his qui ſuppeditant, tum qui accipiunt. CAP.XV.

De fide ac ſpe.

OMNIBUS conatibus præſidere debet fides in deũ,& ſpei comes accedere, ut fide animæ uirtutem ſuffulciamus,ſpe uerò ad bona opera alacres reddamur. Neq; enim humanus conatus circa ea quę bona ſunt ſine ſuperno auxilio perficietur,nec ſuperna gratia illi datur qui negligens eſt, ſed conuenit ut utrunq; coniungatur, & ſtudium humanum,& diuinum auxiliũ è ſupernis per fidem elicitum ad perfectionem uirtutis. CA.XVI.

De animi humilitate.

QUICQUID à nobis rectè geritur, curandum eſt, ut uirtutis cauſas anima Domino adſcribat, nihil prorſus propriæ acceptum ferens potentiæ. Talis enim affectus animi nobis humilitatẽ ingenerare ſolet. Humilitas uerò theſaurophylacion eſt uirtutum.Hæc tibi ſint à nobis uelut ſeminaria quædam,ut ita dicam, ſermonũ de uirtute.Tu uerò ſumptis hinc ſeminarijs multiplicem nobis frugem operare, & ſapientiæ ſermonem adimple,qui ſapientibus iubet occaſionem dare,ut ſapientiores fiant. CAPUT XVII.

Quot modis malæ cogitationes in anima conſiſtant.

QUONIAM in præcedentibus quidẽ quæ cogitationes attinẽt, iam excuſſimus: non autem explicauimus quot modis mali conceptus mentis rectis innaſcantur cogitationibus,nunc illud adijcere dignum duximus, ut huius partis conſummata ſit diſcuſſio. Duo ſunt itaq; modi,ſecundũ quos indecori mentis conceptus rectis cogitationibus obturbant. Aut uidelicet anima negligentia ſua circa inconuenientia oberrante,& irrationalibus phantaſijs alijs atq; alijs immorante,aut per inſidias diaboli conantis res abſurdas menti inſinuare, illamq; à laudabilium cõſideratione & contemplatione abducere. Quando igitur anima mentis ſoliditate & ſtabilitate remiſſa,uulgarium rerum obuias recordationes admittit,tunc ratiocinatio incaute & imperitè ad ea quorum animam ſubijt recordatio delata, illiſq; plus æquo immorata, prolixos errores ex erroribus commutat, & in turpes ſæpenumerò & abſurdas cogitationes tandem deſinit. At talem negligentiam animæ & effuſionem ſolidior & ſagacior mentis attentio corrigit ac reſtituit, & ſemper ad id quod præſens eſt circa bona intendere facit.Quando uerò diabolus inſidiari conatur,& cum multa uehemẽtia,quaſi quædam ignita iacula cogitationes ſuas quietæ ac tranquillæ animæ immittere nititur,illamq; repentè incendere, & iniectorum ſemel memo CAPUT XVIII.

tiam

riam diuturnam & ægrè diluendam efficere, tunc intentiore ſobrietate & animaduerſione tales inſidias auertere oportet, perinde atq; athleta quiſpiam exactiſſima C cuſtodia & uelocitate corporis aduerſariorũ manibus elabitur, & precibus, & inuocationi diuini auxilij omnem adſcribere & hoſtis deiectionem, & iaculorum auerſionem. Nam hoc nos Paulus docuit, dicens: Super omnia aſſumpto fidei ſcuto, in quo poſſitis omnia iacula mali illius ignita extinguere. Itaq; ſi in ipſis quoq; precationibus prauas imaginationes ſuggeſſerit, ne ceſſet anima à precando, nec putet ſuam ipſius eſſe agricolationẽ prauas illas inſitiones inimici, & præſtigiatoris phantaſias, ſed turpium cogitationum phantaſiam impudenti malitiæ autori deputans, hoc magis illius proculcationem intendat, deoq; ſupplicet, ut diſſipet malum illud memoriæ abſurdarum cogitationum ſepimentum, ut liceat expedito mentis motu ſubitò & repentè ad deum pertingere, nuſquam malarum cogitationũ incurſibus impeditus. Si uerò prolixior ac pertinacior fuerit cogitationum prauarum incurſus propter aduerſarij impudentiam, nec ſic quidem deſperandum eſt, nec ſemiperfecta certamina deſerenda, ſed tam diu perdurandum, donec deus noſtram contemplatus conſtantiam, per ſpiritus ſancti gratiam nos illuſtret, quæ & inſidiatorẽ abigat, & mentem noſtrã erigat, diuinaq; luce repleat, ac rationẽ cum ſerena tranquillitate deũ alacriter adorare donet.

CA. XIX. De illis qui in cœnobio canonicè uiuunt.

DE RELIGIOſis itaq; ſingulatim, deq; monaſticã uitam amplexis in præcedentibus quantũ fieri potuit, quæ cognoſcenda ſunt declarauimus, ut & animũ ad honeſti ſtudiũ exercentes, & corpus ad neceſſaria diſponentes, exactos nobis queant exprimere philoſophos. Quoniam uerò quàm plurimi religioſorum congregati conuerſantur, ſeſe inuicem ad uirtutis ſtudium exacuentes, & rectè factorum exemplis alternis obiectis ſeipſos mutuò ad honeſti profectum impellentes, dignum reputauimus, & iſtis ſermonis exhortationem impartiri. D Primum autem cognoſcere debent, quantum ſibi & quale bonũ uindicent, atq; tum demũ ad aſſequendũ illud excitari, ut dignam operis huius uirtute alacritatem & diligentiam adhibeant. Principio igitur ad naturale bonum redeũt cõmunionem & conuictum amplexi. Communionem autem uitæ perfectiſſimam eam ego uoco, in qua & facultatũ proprietas exterminata, & animorum contrarietas abacta eſt, omnis perturbatio, & cõtentio & lites è medio ſublatæ: uiciſſim autẽ omnia cõmunia ſunt, animæ ſententiæ, corpora, & quibus corpora aluntur & fouentur: deus cõmunis eſt, communis pietatis negotiatio, communis ſalus, communia certamina, cõmunes labores, coronæ quoque communes, in qua unus multi, & unus non ſolus eſt, ſed in pluribus. Quid iſti conuerſationi adæquari poterit? Quid illa beatius? Quid hac cõiunctione & unitate integrius ac perfectius? Quid hac morum & animorum commixtione gratius & iucundius? Homines ex uarijs & generibus & locis moti, ad tantã ſimilitudinis perfectionem cõglutinati ſunt, ut anima una in multis corporibus conſideretur, & multa corpora unius animi organa ſpectãda exhibeãtur. Qui corpore eſt infirmo, multos habet affectu collaborantes: qui anima eſt ægrota & deiecta, multos habet à quibus ſanatur & erigitur. Alter alteri ex æquo ſeruus, alter alteri uiciſſim dominus eſt, & in pacifica libertate diligentiorẽ ſeruitutẽ inter ſe alius alij exhibent, quam nõ neceſſitas aliqua calamitatis uiolenta induxit, quę captiuis aliquando hoc adfert, ut miſeriã ſuam boni cõſulant, ſed animi ſpontaneũ arbitriũ cum hilaritate peperit, dilectione liberos inuicem alium alij ſubijciẽte, & per animi promptitudinẽ libertatẽ

cuſtodien-

A cuſtodiente. Tales nos deus ab initio eſſe uoluit,& ad iſta condidit. Iſti igitur priſcũ illud bonum reuocant, patriarchæ Adæ peccatum obtegentes. Diuiſio nanque, diſſidium,& bellum inter homines non eſſent, niſi peccatũ naturam diuiſiſſet. Iſti perfecti ſunt ſeruatoris & conuerſationis ipſius ſecundum carnem imitatores. Quemadmodum enim diſcipulorũ ille chorum coniunxit, & omnia cõmunia, ſeq; ipſum Apoſtolis exhibuit: ita & iſti Præpoſito obtemperantes, ſiquidem rectè uitę huius canonem cuſtodiunt, Apoſtolorum & Domini conuerſationem exactè imitantur. Iſti uitam æmulantur angelorum, communicationem perinde atque illi diligenter ſeruantes. Non eſt inter angelos lis & contentio, non eſt diſceptatio, ſed quiſq; quę ſunt omniũ habet,& omnes integra penes ſe bona recondita poſſident. Non enim eſt materia circunſcripta angelorum opulentia, quæ opus habeat inciſione, cum inter plures eſt diuidenda, ſed poſſeſſio ſpiritalis, & opulentia mentis. Quapropter & omnia integra à ſingulis poſſidentur,& omnes ex æquo diuites reddũt, propriã illis poſſeſſionem abſque ulla diſceptatione pacatam exhibentia. Supremi nanque boni contemplatio,& uirtutum illuſtriſſima †comprehenſio, angelicorum bonorũ theſaurus eſt, quæ licet omnibus ſuſpicere, & ſingulis integram illorũ ſcientiam & poſſeſſionem uſurpare. Tales ſunt, qui uerè religioſi ſunt, nõ terrena ſectantes, ſed pro cœleſtibus certantes, & mentibus unitis eadem omnes ſibi quiſque integra cumulantes. Poſſeſſio nanque uirtutis,& rectè factorum opulentia, laudabilis eſt auaritia, rapina nõ deflenda, inſatiabilitas coronanda: & qui hic nihil occupat, nec uim facit, reus eſt. Rapiũt omnes,& tamẽ nemini infertur iniuria, & hac ratione diuitias iſtas pax adminiſtrat. Iſti promiſſi regni bona præripiunt, ſtrenuam ſuam conuer-

uel †cognitio.

B ſationem & ſocietatem exactam conſtituentes cœleſtis uitæ ac ſtatus imitationem. Iſti perfectè hoc adepti ſunt, ut nihil poſſideant, nihil habentes ſinguli, inter ſe uerò & in cõmuni omnia. Quantorumq; bonorum nobis ſeruator per ſuam humanitatem conciliator factus eſt? Iſti conſpicuè hominũ uitę demonſtrant quàm queat humana natura reſtitui, diruptã & innumeris modis diuiſam, quantũ in ipſis eſt, iterum cum in ſeipſa, tum erga deum coadunantes. Hoc enim caput eſt diſpenſationis ſeruatoris noſtri ſecundum carnem, ut humanam naturam & in ipſa, & erga ſe reconciliaret,& praua illi diuiſione exempta ueterem unitatem reuocaret: quemadmodum ſi optimus aliquis medicus corpus multis partibus diſſolutum ſalubribus pharmacis religaret & coadunaret. Hæc autem perſtrinxi, nõ ut magni quicquam oſtentem,& ſermone cœnobitarum uirtutes extollam: non enim tanta ſum dicendi facultate præditus, ut quæ magna ſunt, cohoneſtẽ: quin magis illa differendi imbecillitate obſcuro, ſed ut, quantũ licet, inſtituti ipſorum ſublimitatẽ ac magnitudinem exponã & oſtendã. Quid enim tanto bono per collationẽ adæquari poterit? Vbi pater unus eſt imitans cœleſtẽ patrẽ, filij multi beneuolentiæ ſtudio erga Præpoſitum inter ſe alius aliũ uincere certãtes: filij inter ſe unanimes,& patrem probis actibus humaniter tractantes, nõ naturæ unitatis cauſam dantes, ſed naturæ rationem firmiorẽ unitatis ducem & cuſtodẽ cõſtituentes,& ſpiritus ſancti uinculo colligati. Quam imaginẽ ex terrenis haberent, ad exprimẽdam inſtituti ſui uirtutẽ? Ex terrenis nullam prorſus. Sola cœleſtis relicta eſt. Cœleſtis pater affectionum expers eſt, idem eſt & iſte ratione omnes antecedens & moderans: filij cœleſtis patris incorrupti ſunt,& iſtos incorruptio occupauit. Charitas cœleſtia cõiungit, charitas

& iſtos

& iſtos inuicem coadunauit. Reuera aduerſus hoc agmen ipſe quoque diabolus animum deſpondet, impar tot ac tantis agoniſtis, tam conſtanter & tanta cōſpiratione aduerſum ſe pugnantibus, tamque per charitatem ſcutatis, & ſpiritu unanimi cōmunitis, ut ne modicum quidem iaculis ſuis irrumpere in illos queat. Conſidera mihi ſeptem Machabæorum concors certamen, & inuenies apud iſtos feruentiorē concordiam. De iſtis Propheta Dauid in odis uociferatus eſt, dicens: Vide num quid bonum, num quid iucūdum ſit, niſi cohabitare fratres in unum, per bonū quidem uitæ huius fraternæ perfectam & probatā utilitatem: per iucundum uerò lætitiam eam quæ ex concordia & unitate naſcitur, exprimens. Qui iſtorum uitam diligenter exercent, cœleſtem mihi uirtutem æmulari uidentur.

Oportere religioſum firmo iudicio ad religionem accedere: & de obedientia.

CAP. XX. DE IIS QVidem quæ mentē illuſtrant, in præcedenti diſſertatione de conuerſationis huius proprietatibus conuerſandi canonem definiuimus. Quoniam uerò propter ſimpliciores fratres cōuerſationis huius canonē de ſingulis clarius exponere conuenit, ad id iam conuertimur. Oportet igitur ante omnia ad hanc conuerſationem accedentem ſenſum habere obfirmatum, ſolidum, & immotum, & iudicium ſpiritibus maliciæ inſuperabile & immutabile, ac martyrum conſtantiam per animi confirmationem ad mortem uſque adhibere, & mandatis Domini pertinaciter adhærere, obedientiamque præſidentibus oſtendere. Hoc enim conuerſationis huius caput eſt. Quemadmodum enim deus, qui omnium pater eſt, & uocari dignatur, exactiſſimam à cultoribus ſuis exigit obediētiam: ita & ſpiritalis inter homines pater, conſtitutiones ſuas legi dei conformans, indubitatam ac promptam exigit obedientiam. Si enim qui artifici cuipiam manuario ex illis qui ad præſentem nobis uitam uſui ſunt, ſeipſum commiſit, omnibus modis illi obtemperat, nec aliqua in re iuſſis illius contradicit, neque uel modicè illum deſerit, ſed perpetuus eſt in oculis præceptoris, & cibum, ac potum, reliquamque diætam non aliter expectat, quâm iuxta illius definitum ac præſcriptum: quanto magis qui ad pietatis & ſanctimoniæ diſciplinam accedentes, ſemel hoc ſibipſis perſuaſerūt, quòd apud iſtum præceptorem talem ſcientiam acquirere ualeant, omnem obtemperantiam & exactiſſimam obedientiam præpoſitis ſuis exhibebunt, & non exigent præceptorum rationem, ſed opus illorum perficient, niſi forſan quantum eos, quiquid ad ſalutē conducat ignorant, honeſtè & competenti reuerentia interrogare & inſtrui decet.

Non eſſe exercenda cum ſecularibus cognatis colloquia, nec quæ illorum ſunt curanda.

CAP. XXI. A COGNATIS ſanè, amicis, ac parentibus tantum affectu ſeparatum eſſe cōuenit, quantum mortuis uidemus cum uiuis nihil eſſe commercij. Etenim qui reuera ad uirtutis certamina accinctus eſt, & mundo uniuerſo cum omnibus quæ in mūdo ſunt, renūtiauit, ſeque ipſum mundo, ut plenius quid dicam, crucifixit, mundo eſt mortuus & omnibus quæ in mūdo ſunt, etiam ſi parentes, etiam ſi fratres, nedum tertio aut quarto uel remotiſſimo cognationis gradu cōiuncti ſint. Itaque ſi parentes relicta ſeculari uita, ad filij conuerſationē migrauerint, tū ueri ſunt cognati, non iam parentum, ſed fratrum locum obtinentes. Veriſſimus enim pater eſt, primus quidem, qui omnium eſt pater, ſecūdus uerò poſt illum, qui ſpiritali cōuerſationi præſidet. Si uerò cognati priorem uitam cōſtanter amplexi retinuerint, pars ſunt mundi à quo

A di, à quo nos receſſimus, nec aliqua in re ad nos pertinent, qui carnalem hominem abiecimus, & familiaritatem illorum exuimus. Qui uerò ſecularium amicitiam diligenter complectitur, perpetuóque cum illis conuerſari deſiderat, affectus etiam illorum per continuum conuictum animæ ſuæ familiares faciet, iterúmque mundano ſenſu animum replens à bona auſpicatione excidet, & ſpiritali ſenſu relicto prioris uitæ uomitum animo remandet, atque ab inimico per carnalem cognationem ſpiritalem conuerſationem interturbante uulnerabitur. Precabimur itaque cognatis optima, iuſtitiam, inquam, & pietatem, atque eadem quæ nos pretioſa iudicauimus. Nam iſta nos decet illis precari, & illis utile eſt ut hæc per nos acquirant. A cura uerò & ſolicitudine illorum cogitationes noſtras abſoluemus. Diabolus enim conſpicatus nos omnem exuiſſe huius ſeculi curam, & ad cœlum conſtanter properare, in eo ſedulus eſt, ut indita nobis de cognatis cogitatione, hoc efficiat, ut curam illorum ſuſcipiamus, mētemq́; circa ſecularia ſolicitam habeámus, utpote, quæ ſit illorum ſubſtantia, & an ſit ſufficiens, uel minus, quídue lucri illis ex contractibus accedat, & quouſque opulentiam ſuam auxerint, aut quid damni per uitæ huius calamitates acceperint, & quantum de ſubſtantia facultatum deceſſerit, efficitq́; hoc pacto ut ſucceſſibus illorum cōgratulemur, & ſi quid ſit infortunij, doleamus: ad hæc, ut inimico quoque animo erga illorum inimicos ſimus, cùm iubeamur nullum habere inimicum, congaudeamusq́; amicis plerunq́; illis, qui multa digni ſunt ſpiritali familiaritate, & lætemur propter iniuſta & iniqua illorum lucra, hacq́; ratione uniuerſos ſecularium rerum affectus prauos illos, quibus exuti antea ſpiritales cogitationes indueramus, iterum in animos noſtros introducit, craſſúmque &

B mundanum ſenſum animæ denuò imprimens, internum religioſum abolet, eoq́; promouet, ut habitum religionis tantum, inſtar ſtatuæ, circunferamus, illi nullo pacto uirtutum ſtudio correſpondentes. Accidit autem ſæpenumero, ut propter cogitationes curandis cognatis addictas, auſit religioſus & ſacrilegium committere, ut cognatorum egeſtati medeatur. Nam quæ in ſuſtentationem ſanctorum, qui Deo ſe conſecrârunt, reponuntur, ſacra & uerè anathemata æſtimantur, & prophano uſui eximuntur. Qui ergo aliquid ex illis ſuffuratur, ex eorum numero eſt, qui ſacrilegia committere non uerentur. Scientes itaque intolerabile detrimentum huius erga cognatos affectus, fugiamus illorum curam tanquam diabolicam ad impugnādum nos armaturam habentem. Et ipſe nanque Dominus talem animi habitum & conſuetudinem prohibuit, cum uni diſcipulorum nō permiſit, uel diſponere tantum domeſticis ſuis: alteri uerò ne paterno quidem corpori iam mortuo ſepeliendi munus impendere. Nam ei qui domeſticis ſuis diſponere uolebat, reſpondit: Nemo miſſa manu ad aratrum, poſt tergum reſpiciens, appoſitus eſt ad regnum cœlorum: ei uerò qui patrem ſepelire cupiebat: Sequere me, inquit, & ſine ut mortui ſepeliant mortuos ſuos. Quanquam uidebantur utique honeſtiſſima & iuſtiſſima petere, non tamen ea approbauit ſeruator, neque uel ad momentum aliquod à ſe dimiſit abire regni cœlorum alumnos, ne quid ſublimi ac cœleſti ſenſu humilius aliquid ad terrenos & carnales affectus declinantes uel facerent, uel cogitarent. Non licet itaq́; cœleſtia ſapientibus, eorum aliquam quæ in terra ſunt habere rationem, tanquā iam tranſlatos, & rebus mūdanis ſublimiores animo factos. Quòd ſi quis obijciat, quomodo lex Dei iubeat curam habere cognatorum, dicens: Et cognatos

ſeminis tui ne deſpicias? Similiter & Apoſtolus: Si uerò quis ſuorum, maximè domeſticorum, curam non habuerit, fidem abnegauit, & eſt infideli deterior: breue reſponſum dabimus, uidelicet, quòd Apoſtolus loquutus ſit ad ſeculares, ad eos, qui diuitias illas externas & craſſas habent, poſſuntq; cognatorum egeſtatem ſolari. Hoc modo & quæ lex dicit intelligenda ſunt, & ut adhuc breuius dicam, ad uiuẽtes pertinent, non ad mortuos. Sunt enim mortui liberi ab uniuerſo iſto debito. Tu uerò mortuus es & crucifixus toti mundo. Renuntians enim terrenis diuitijs, paupertatem amplexus es, teq; ipſum deo offerens, illius factus es peculium. Vt mortuus igitur liber es ab omni collatione in cognatos, ut pauper, nihil habes etiam quod ſuppedites. Et ipſum quoq; corpus, quod ex omnibus lucrifeciſti, nec ipſum in tua eſt poteſtate ſitũ, tanquam deo oblatũ, ad humanos uſus transferri fas non eſt, ſed cum his tantũ, qui eiuſdem ſunt inſtituti, ut qui & ipſi deo toti ſunt cõſecrati, conuerſari debet. Vnde igitur tibi cõmemorata ſacræ ſcripturæ uerba cõpetent? Aut quo modo non peccabis, ſi profeſſionem tuam circa religionem infregeris?

Non eſſe deſerendam ſpiritalem fraternitatem.

CAPVT XXII. OPORTET autẽ & hoc conſpicuè perſuaſum habere, quòd qui ſemel ad ſpiritalis fraternitatis coniunctionẽ & connexionem uenit, poteſtatẽ amplius nõ habeat ſecedere ac ſeparari ab illis quibus in illa conglutinatus eſt. Si enim homines plerũque in uitæ huius corporalis ſocietate coniuncti ab ijs licitè nequeunt ſecedere, quibus coadunati ſunt, ut qui hoc tentat, obnoxius ſit certis pœnis: quanto magis qui ad ſpiritalis conuictus ſocietatẽ uenit, cuius inſolubilis eſt & æterna coniunctio, liberè non poterit ſeipſum ab illis diuidere & auellere, quibus cõiunctus eſt? Aut ſi hoc fecerit, grauiſſimis ſe, cœleſtibus uidelicet, pœnis ſubijciet. Si nanq; uxor ad uiri ſo D cietatem admiſſa, carnaliq; illi copula coniuncta diſceſſionẽ inſidioſe moliri deprehenſa morte cõdemnatur: quanto magis qui ſpiritali ſocietate ſub ipſo ſpiritu teſte & mediatore coadunatus eſt, ſeceſſus reus erit? Quemadmodũ itaq; membra corporis naturæ uinculo colligata à corpore auelli nequeunt, aut ſi auellatur illorũ aliquod, emortuũ redditur quod auulſum eſt: ita & religioſus fratrũ cõturbernio coniunctus, & robuſtiori uinculo, ſpiritus ſcilicet coaptatione, religatus, poteſtatem nõ habet, ut ſeſe ab illis auellat, quibus coadunatus eſt: aut ſi id fecerit, mortuus redditur anima, & priuatus ſpiritus ſancti gratia, utpote, cuius conſpirationẽ cõtempſit. Si uerò dicat quis, quòd reprobi ſint nõnulli ex fratribus (Non enim omnes culpabit, neq; malitiæ totam ſocietatẽ inuoluet, quaſi cõcorditer in omnibus prauã) Si dicat, inquã, aliquos ex fratribus eſſe reprobos, & negligenter bonũ inſtitutum corrũpere, neglectaq; honeſtate competentẽ religioſis diligentiã cõtemnere, atq; hac ratione conuenit, ut à talibus ſeparer, non excogitauit ſufficientẽ cauſam. Neq; enim Petrus, aut Andreas, aut Ioannes propter Iudæ malitiã à reliquo Apoſtolorũ choro auulſi ſunt: neq; alius Apoſtolorũ quiſq; hanc diſceſſus cauſam fecit, nec aliqua in re propter illius prauitatẽ ab obedientia Chriſti impeditus eſt, ſed Domini doctrinæ obtemperantes, non ad illius malitiã auerſi, ſed pietatem & uirtutẽ æmulati ſunt. Ita qui dicit propter reprobos à ſpiritali ſocietate ſecedere cogor, non rationabilem adinuenit inconſtantiæ ſuæ cauſam, ſed eſt ipſe terra illa petroſa, ueritatis ſermonem propter animi inſtabilitatem enutrire non ualens, & propter modicæ tentationis incurſum, aut affectionũ incontinentiam ſobriã conuerſationem non ſuſtinens, ut

A nens ut ſtatim per affectionum ardorem tenera doctrinæ ſanę plantula areſcat: ueriſimiles quidem, ſed non ſufficientes ad apologiam, coram tribunali Chriſti prætextus, ut perſuaſus eſſe uidetur, excogitans, ſibiq; ipſi facilè imponēs. Nihil enim facilius eſt, quàm ſeipſum fallere, quandoquidem quiſque ſibiįpſi indulgentior iudex eſt, res proprias utiles eſſe iudicans. Sit igitur, qui talis eſt, ab ipſa ueritate iudice cōdemnatus, tanquam occaſio plurium offendiculorum factus, malo exemplo ad æmulationem prauorum ſuorum conatuum nunquam non & alios prouocās, & maledictioni obnoxius, ut profit illi, ſi ſuſpenſa in collo mola aſinaria ſubmergatur in profundo maris. Poſtquàm enim anima defectioni aſſueta eſt, multa occupatur incontinentia, auaritia, gula, mendacio, & omnis generis moroſitate: tandēq; in ipſum malitiæ fundum præcipitata, extrema mala experitur. Qui itaq; taliū autor conſtituitur, conſideret quàm multarum animarum pereuntium reus fiat, cum non ſufficiat de ſua ipſius anima reddere rationem. Quamobrem qui talis eſt, non magis imitatur magnum Petrum, & exemplum firmæ fidei, & circa perſequenda bona conſtantiæ reliquis proponit, ut uirtutum ipſius luce ſplendente, qui in tenebris agunt, ad meliora inducantur? Quandoquidem & Noë, cum iuſtus eſſet, nō dixit ad deum: Oportet me prorſus exire ex hoc mūdo, quoniam omnes mali ſunt: ſed magis dextrè ac fortiter perdurauit, atque in ipſa malitiæ abyſſo conſtitutus ſerenam ac tranquillam pietatem ſeruauit, nec ullo pacto aduerſus Dominum rebellauit, ſed patientia & conſtantia inter impietatis fluctus pietatis curam cuſtodiuit. Et Loth in Sodomis apud tantam impietatē, iniquitatem, & improbitatem agēs, uirtutis ſtudium incorruptum retinuit nuſquam prauis conſilijs irretitum, ſed in
B ter cæſores hoſpitū, & multa contumelia, petulantiaq; cōtra naturæ leges inſanientes, ſanctimoniam uitæ & ipſe ſeruauit impollutam, & reliquis, quantū licuit, expoſuit, prius actibus quàm uerbis honeſtatē docens. Tu uerò cauſaris fratrum negligentias, uel uerè exiſtentes, uel abs te fictas, defectionem meditans, & propriæ malitiæ ignauiæq; erga uirtutis labores operculum, fratrum accuſationem cōſtituens. Refrenatus itaq;, qui talis eſt, iſtis exemplis harmoniā ſpiritus colat, qua circa prima cunabula ſpiritalis partus ſeipſum quaſi quadam faſcia inuoluit & compoſuit. Neq; enim ſi cōtingat in manu unū ex digitis incurabiliter laborare, ſtatim & alius excidendus eſt, ſed detrectatur quidem primum ſectionis dolor: poſtea uerò conſtanter toleratur, quòd periculum ſit corpori ex periclitante digito, ne tota manus naturalibus ueluti ramis priuata, proprio & agnato ſpolietur ornatu. Applicet igitur id exempli religioſo, & conſideret quantum doloris ac turpitudinis ſenſatis animis amputatione ſui inferat, & quomodo ſeipſum mortuū uitæq; expertem conſtituat. Quòd autē præceptor ipſe & Præpoſitus fratrum nolit utique diſcipulū ſuum peruerſe inſtituere, ut praua inductio præceptoris diſcipulo fiat diſceſſus cauſa: ad hunc modū, ſi uidetur, diſcutiamus, quid pater ſit, quid præceptor pædotriba: uterque, hic filio, iſte diſcipulo, quæ ſunt optima & precari & uelle ſolet. Natura nanq; patres hoc filijs ſuis optant, ut optimi, & prudentiſſimi, honeſtiſſimiq; & modeſtiſſimi euadant: ut & filij celebres, ipſi uerò patres illuſtriores quoq; fiant, ob id quòd honor filij redundat ad parentem. Et pædotribæ quoq; hoc ſtudēt, ut quos ſub ſe habent diſcipulos, dexterrimi & artificioſiſſimi reddantur, ut & robore & experientia dextrè certantes ſplendidi declarentur aduerſariorum uictores. Et ubi illi legitimè certant

mè certant, conſpicua laus ad præceptores redit. Habet autem hoc ex natura quiſ- C
quis præceptorem agere propoſuit, ut cupiat diſcipulos ſuos exactiſſimam aſſequi diſciplinarum cognitionem. Cum itaque patrum natura ad hunc modum ſit comparata, quomodo qui ſanctimoniæ preceptor eſt, non optabit diſcipulum ſuum & innocentiſſimum, & modeſtiſſimum iuxta ſpiritalem ſapientiam declarari, cum certò ſciat, ſi talis fuerit diſcipulus, & celebrem ſe fore apud homines, & à Chriſto ſplẽdidas accepturum coronas, quòd domeſticos ipſius, imò magis fratres, quandoquidem & hoc Chriſtus uoluit, dignos ipſius familiaritate ſua cura & diligẽtia reddiderit. Cõſideremus & aliud, quòd uidelicet, ſi reprobus fuerit diſcipulus per præceptoris educationem, incõſolabilem turpitudinem in uniuerſali illa panegyri, quæ iudicij tempore futura eſt, habebit præceptor coram frequentiſſima cœleſtium cõgregatione, nec pudefiet tantum, ſed & punietur. Vnde igitur id ſocordiæ hauriet preceptor, ut nolit & honeſtum, & manſuetum euadere ſuumipſius diſcipulum? Et alioqui nihil utilitatis accedit præceptori ex diſcipuli malitia. Quoniam enim mutuum uterque conuictum elegit, ſi quam malitiam contraxerit diſcipulus, primos illius fructus ad præceptorem refundit, perinde atque uenenata ſerpentia ijs primum, à quibus fouentur, uenenum ſuum immittunt. Quapropter undiq; manifeſtum eſt, cum ex ipſa rerum natura, tum ex præceptoris utilitate, quod optat, & omnibus modis ſatagit præceptor, ut manſuetum & honeſtum ſua diligentia conſtituat diſcipulum. Nam ſi eſſet malitiæ & improbitatis magiſter, ad eum omninò finem diſcipulos ſuos inſtitueret. Vbi uerò uirtutis & iuſtitiæ doctor eſt, nolet utique, opinor, ad contrarium ſtudiorum ſuorum finem in inſtituendo diſcipulo exorbitare. Adempta eſt igitur omnis rationabilis cauſa cupienti ſpiritalem deſerere cõ- D
gregationem. Demonſtrata quoque cauſa eſt huiuſmodi ſententię, nempe affectionum incontinentia, & negligentia laborum, denique & iudicij corruptio & inſtabilitas. Non enim qui talis eſt à Propheta Dauide audiuit: Beati qui cuſtodiunt iudicium: qui cuſtodiunt, inquit, non qui diſſipant. Tales ſimiles ſunt ſtultis illis, qui ſupra arenam, animi uidelicet inſtabilitatem, ſpiritalis ædificij fundamentum collocant, quòd uel modicæ tentationũ ſtillulæ & exiguus aliquis mali illius torrens deturbantes diſſipant & demoliuntur.

De obedientia plenius.

CAPVT XXIII. QVEMADMODUM igitur conueniat ſemel ſpiritali congregationi unitum, inſolubilem hanc unitatem ſeruare, ut licuit, admonuimus. Nunc uerò iterum de obedientia loquemur. Et primum quidem breuiter illam perſtrinximus: iam autem conſummatius exponemus, oſtendemusq; quantam exacta uitæ huius ratio obedientiam à religioſis Præpoſito præſtandam exigat. Nam ex ſacra ſcriptura menſuram huius declarare conabor. Paulus Apoſtolus Romanis ſcribẽs omnibus poteſtatibus eminentioribus ſubijci iubet. Poteſtatibus, inquam, mundi huius, nõ ſpiritalibus, id quod per ea quæ ſubiungit, patefacit, ubi de tributo & uectigali loquitur, & uel modicè reſiſtentem poteſtati Deo reſiſtere pronuntiat. Si itaque mundi huius principibus, qui principatum iuxta humanas leges acceperunt, tantam ſubiectionem per pios diuina lex tribuit, idq; cum adhuc in impietate uiuerent, quantam obtemperantiam debet religioſus ei, qui à deo cõſtituitur princeps, & ab ipſius legibus poteſtatem accipit? Quomodo non reſiſtit ordinationi dei, qui præpoſito ſuo reſiſtit? At aliâs quoque conſpicuè Apoſtolus & nominatim iubet ſpiritali-

bus Præ-

A bus Præpoſitis morem gerere in omnibus. Obedite, inquit, Præpoſitis ueſtris, & ſubditi eſtote. Ipſi enim uigilant pro animabus ueſtris, tanquam rationem reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, nec ingemiſcant. Eſt enim hoc uobis inutile. Si igitur non exactè obtemperare inutile eſt, addecet nos quod utile eſt perſequi. Inutile autem, opinor, magni detrimenti, & pœnitentiæ, & correctionis emphaſim ſecum adfert. Æmulanda proinde eſt ſanctorum potiſſimum obedientia, quam erga deum oſtenderunt, ſiquidem ſufficienti exemplo in hac cauſa rectè tractabitur & abſoluetur obedientia. Nec putet me quiſquam hoc animo obedientiam ullam quæ principibus debetur, & ſuperba illius exempla inducere, quòd cupiã imperiũ aliquod ſtatuere, & contumaciter eam obedientiam, quæ hominibus præſtatur, illi aſſimilare, quæ deo exhibetur. Non enim propriò auſu, ſed ex ipſis diuinis ſcripturis motus iſtam ſimilitudinem adduxi. Obſerua nanque quid & Dominus in Euangelio obedientiã quæ ſeruis ipſius debetur ſtatuens, dicat: Qui uos recipit, inquit, me recipit. Et iterũ alibi: Qui uos audit, me audit. Et qui uos ſpernit, me ſpernit. Quod autem quæ Apoſtolis dixit, & omnibus poſt ipſos doctoribus deputauerit & ſanciuerit, ex multis & indubitatis diuinæ ſcripturæ teſtimonijs, tanquã apertiſſimis indicijs, probare licet. Itaque conuenienter hac de re & nos ſecundum diuina oracula loquuti ſumus, ubi diximus oportere nos ſanctorum obedientiam, quam deo præſtiterunt, exemplum nobis ipſis proponere, eius, quæ Præpoſitis eſt exhibenda. Quomodo ergo ſancti Domino obtemperârunt? Conſidera mihi Abrahamum iuſſum relinquere domum, patriam, ſubſtantiam, poſſeſſiones, cognatos, amicos, atque illis contraria perſequi, peregrinationem, nominis obſcuritatem, errorem, τὸ ἀνεπίληπτον.
B paupertatem, metus, pericula, & quæcunq; peregrinantes comitantur moleſtiæ, ac promptè obedientem, relinquentemq́; domeſticam facultatem & quietem, & illius loco tollentem alienæ regionis miſeriam & errorem. Vides religioſum exactiſſimũ uniuerſæ mundanæ proſperitatis propter Deum contemptorem? Sed tractemus ſequentia. Accepit quidem Palæſtinam, locum à Deo ad peregrinandum demonſtratum: uerùm ubi eandem regionem occupauit fames, in Ægyptum migrauit, in qua tamen cum uxore ſpoliaretur, animum nõ deſpondit, nec de diſpenſationibus Dei querulatus eſt, quòd talia reciperet obedientiæ præmia, ſed placidè & hanc omnium iniuriarum grauiſſimam iniquitatem tulit, & hoc non ſemel tantum, ſed iterum & à rege Geratorũ accidit. Cum enim ſemel iudicâſſet obediendum eſſe deo, non cogitauit quid de ſe ſtatuerit deus, ſed quomodo ipſe illi quàm pleniſſimè & irreprehenſibiliter obediret. Quapropter & filium tandem Iſaac accepit prolixę precationis ac fidei donũ. Poſtq; uerò hic ad maturã promouiſſet ætatem, & ſpem bonam poſteritatis & generis ſucceſſionis exhiberet genitoribus, poſt tãtas ſpes iubetur à deo illũ ſubducere in montẽ excelſum, & mactare ad ſacrificiũ ei, à quo ipſum acceperat. Accepta autẽ dura illa uoce, ac ſeruitute horrenda, deniq; nõ ſolum mandato, ſed & auditu quoq; ipſo naturã ſuperante, q̃ manſuetè tulit, quàm mente nõ eſt ſtupefactus, q̃ animo nõ cõcidit, ſed quaſi agnos quoſdã immolaturus, placido & quieto animo obediẽtię iugũ ſubiens, cum filio quod mandatũ erat impleturus, profectus eſt, nihil ne hic quidẽ curioſè iudicium dei inueſtigans, nec quicq̃ obmurmurans, ſed quod ſuũ erat ſpectãs, ſolicitus ne quo pacto obedientiã nõ plenè pręſtaret, & hoc modo illuſtrẽ tulit coronã columna fidei & obedientię toti orbi præfixus.

xus. Poteram & aliorum ſanctorum iuxta ueteris inſtrumēti hiſtoriam illuſtrium c tractare obedientiam, ad inſtructionem eorum, qui ad indubitatam obedientiam ſunt imbuendi: uerum ne prolixiores ſimus, unumquenque erudiri cupientium ad lectionem & auſcultationem ſacrarum ſcripturarum remittimus, ipſi ad diſcipulos ſeruatoris conuerſi, ut oſtendamus quomodo illi obedierint, & quomodo ſubiecti fuerint. Dixit illis Ieſus, cum adhuc eſſent diſciplinæ rudes, & iam iam regnaturum Dominum expectarent, putarentq́ꝫ quòd & ipſi nihil eſſent habituri moleſtiæ, nihil periculi, nihil laboris, ſed regnaturi eſſent unà cum Chriſto, gloriaq́ꝫ & honore regni ſimul cum illo potituri. Et hoc indicabat Petrus increpans Ieſum, cum de paſſione ſua ipſis loqueretur. Acceptum enim ad ſe, inquit, Petrus, cepit increpare illum, dicens: Propitius ſis tibi Domine, nō erit tibi hoc, oſtendens his uerbis quàm nihil prorſus aduerſi expectârit. Declarârunt idem & filij Zebedæi, matrem ad Dominum adducentes, quæ rogaret ut ad dexteram ſuam & ſiniſtram datis ſedibus cohoneſtaret utroſq́ꝫ. Niſi enim cōfeſtim ipſum regnaturum ſuſpicati fuiſſent, hoc utique petere non ſuſtinuiſſent, cathedram ad dexteram patris ipſius eſſe ſeruatoris intelligentes. Quid, inquam, iſtis hæc expectantibus & ſperantibus dixit? Ecce, inquit, ego mitto uos, ſicut oues in medio luporum. Et cum rem audirent tam ſpei ſuæ contrariam, non dicebant, aliud ſperauimus, & aliud nobis, nempe contrarium præcipis? Requiē expectauimus, & ad pericula nos emittis? Honores ſperàuimus, & ignominijs nos inuoluis? Regnum præſtolati ſumus, & agitari, & omniū eſſe ſeruos iubes? Nihil horum prorſus dixerunt, etiam cum iſtis plura & grauiora audirent, utpote: Tradent uos in tribulationes, & occident uos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomē meum. Et ad præſides ac reges ducemini propter me. Cum igitur hæc omnia præter opinionem audirent, ſubmiſſa ceruice mentis, iugum ſubierunt, & alacri animo pericula, fora, contumelias, lapidationes, ignominias, cruces, & innumeras mortes acceſſerunt, cumq́ꝫ tanta alacritate pertulerunt, ut gauderent, ac tripudiarent, ubi Chriſti paſſionibus communicare dabatur. Gaudebant enim, inquit, quòd digni habiti eſſent pro nomine ipſius contumeliam pati. Hanc itaque obedientiam exigitur iuxta deum religioſus exhibere Prępoſito ſuo. Voluit enim Chriſtus, ut ad hanc uitam homines diſcipulos æmularentur. Præceptor enim nihil aliud agit, quàm quòd ſeruatoris perſonā ſuſtinet, mediator inter deum & homines factus, & ſacrificans deo obedientium ſibi ſalutem. Atq́ꝫ hoc ab ipſo Chriſto docemur, qui Petrum poſt ſe eccleſiæ ſuæ paſtorem conſtituit. Petre enim, inquit, amas me plus his? Paſce oues meas. Et conſequenter omnibus paſtoribus & doctoribus eandem poteſtatem tribuit, cuius ſignum eſt, quòd omnes ex æquo & ligant, & abſoluunt, quemadmodum & ille. Quemadmodum igitur oues paſtori obediunt, eò incedentes, quò ab illo minantur: ita cōuenit religioſos ſecundum Deum obedire præceptoribus ſuis, non curioſè ſcrutantes illorum mandata, ſi peccato uacent, ſed quæ iubentur cum omni alacritate & ſtudio adimplentes. Sicut enim faber aut ædificator unoquoq́ꝫ artis ſuæ inſtrumento pro ſuo utitur arbitrio, nec dicit inſtrumentū, quod nolit implere uſum, ad quē ab artifice uſurpatur, ſed obſequitur manui ducentis: ita addecet religioſum, ueluti inſtrumentū ſuo artifici ad cōſummationē ſpiritalis ædificij in omnibus obedire, quæ uidelicet pręceptor bene ab ipſo adminiſtrari poſſe arbitrabitur, ne quid operis ſpiritalis perfectioni

decedat,

A decedat, ſi operam ſuam ad illam non conferat. Et ſicut inſtrumentum nõ ſibi ipſi quod ad iuuandam artem operetur, eligit: ſic nec religioſum decet ſibi ipſi opera deligere, ſed ſapientiæ ac diſpoſitioni artificis ſuam ipſius inſtitutionem permittere. Nouit enim præceptor intelligens uniuſcuiuſuis & mores, & affectus, & animi motus exactè examinare, & ad illorum rationem ſuam unicuique diſpenſationem adaptare. Quapropter cõuenit nullo pacto ordinationibus ipſius reſiſtere, ſed perſuaſum eſſe, quàm ſit omnium difficilimum ſeipſum cognoſcere & curare: propterea quòd philautia hominibus agnata eſt, & quiſque ueritatis iudicium per affectum proprij amoris corrumpit: ab alio uerò cognoſci & curari facilius, ob id quòd philautiæ affectus non ita perturbat ueritatis diſcuſſionẽ & cognitionem in illis, qui alios iudicant. Cum enim iſta in religioſorum congregatione obtineat concordia, facilè inter ipſos & pax conuerſabitur, & ſalus cum dilectione & unanimitate omnium acquiretur.

Et uilia opera cum multa animi promptitudine obeunda eſſe religioſo.

DECET autem religioſum, etiam uiliora opera cum multa diligentia & animi promptitudine amplecti, ſcientem non eſſe exigui, ſed magni momenti, & ſpiritale, cœloq; dignum, & cœleſtem mercedem nobis adferre quicquid propter Deum geritur. Proinde etiam ſi ſequenda ſint iumenta oneraria communi neceſſitati ſeruientia, contradicere non debet: ſi cogitet quàm alacriter Domino obedierint Apoſtoli pullum adducere iubenti, ac reputet fratres eſſe Domini, quorũ gratia nos curam iumentorum ſuſcipimus: & ſi quid illis beneuolentiæ ac diligentię impenditur, ad Dominum ipſum referri, qui dixit: Quatenus feciſtis uni ex his minimis fratribus meis, mihi feciſtis. Si uerò ille quæ minorum ſunt, ita agnoſcit pro ſuis, multò magis quæ ſunt electorum ſibijpſi deputabit. Tantum religioſus huiuſmodi miniſterium cauſam non faciat negligentiæ, ſed in omni diligentia ſeipſum cuſtodiat, ut & ſibijpſi, & cum quibus agit, proſit. Vbi uerò uiliorũ operum aliquid obeũdum eſt, ſcire oportet, & ſeruatorẽ miniſtrâſſe diſcipulis, nec humilia opera dedignatum eſſe, denique magni eſſe momenti, ſi homo fiat imitator Dei, perq; humilia illa ad ſublimitatem imitationis huius aſcendat. Quis autem dixerit etiam humile eſſe, cuius operationem deus ipſe uſurpauit? CAPVT XXIIII.

Religioſum non debere dignitates & munera obeunda affectare.

DIGNITATES uerò planè nõ conuenit appetere religioſum. Si nanq; in hac uita laborum ac uirtutũ præmia requirit, miſeram ſciat eſſe mercedẽ, ubi æterna temporarijs cõmutata amittit. Si uerò maluerit hic quidem certare, in cœlo uerò coronas reportare, debet nõ ſolũ nõ affectare dignitates, ſed oblatas quoq; recuſare ac ſpernere, ne dignitas huius uitæ futurã gloriã imminuat. Præſens eñ uita laborũ & certaminũ eſt uniuerſa: futura uerò coronarũ ac prẽmiorũ, quemadmodũ & Magnus ille Paulus, cũ eſſet præſentẽ uitã cõſummaturus, & ad futurã migraturus, dicebat: Bonũ certamen certaui, curſum cõſummaui, fidẽ ſeruaui: quod reliquũ eſt, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus, non hic, ſed in illo, inquit, die iuſtus iudex. Et iterũ ſeruator ipſe dicit: In mundo hoc preſſurã habebitis. Rurſus Apoſt. Per multas, inquit, tribulationes oportet nos intrare in regnũ cœlorũ. Proinde ſi uoles in futuro regnare, ne quæras in hoc ſeculo requiẽ, ne quæras honorẽ, ſed ſi fueris adflictus propter ſermonẽ, uidelicet ueritatis, ſcias te tandẽ regnaturũ. CAPVT XXV.

Nam

Nam præſentis uitæ pro bono adflictioni ea deputata eſt merces. Si uerò adfli- C
ctus non fueris, ne ſperes futuras coronas, quoniam non præmiſiſti in hac uita la-
bores ac certamina, quibus deputatæ ſunt coronæ. Nullo itaque pacto quærat ho
nores religioſus, neque reliquis anteferatur. Nam quiſquis ſeipſum exaltat, humi-
liabitur: qui uerò ſeipſum humiliat, exaltabitur. Si ſeipſum exaltauerit religioſus,
grauem habet ac potentem depreſſorem, & qui ad inferos uſq; deturbare poteſt.
Si uerò ſeſe humiliauerit, ſplendidè & magnificentiſſimè exaltabitur, Deo ipſo per
ſuam potentiam exaltante humiliatum. Expecta igitur eum, ô religioſe, qui rectè
exaltat, nec ullo modo animo ſis erga præſentia puſillo. Athleta nanque es & ope-
rarius Chriſti, totam diem ad operandum, & ad ferendum totius diei æſtum facta
conuentione conductus. Cur requiē perſequeris, cum nondū ſit conſummata diei
menſura. Perdura uſque ad ueſperam, finem ſcilicet huius uitæ, ut ueniens Domi-
nus mercedem tibi adnumeret. Cum enim ueſpera, inquit, facta eſſet, dixit Domi-
nus uineæ procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mercedem. Non dicit, cū
meridies eſſet, neque ſtatim initio conductionis. Expecta igitur finem uitæ, & tunc
reuerſus mercedem reportabis. Nunc uerò poſtremum locum obtine, ut in futuro
accipias primum.

De humilitate & ſimplicitate ſeruanda circa eſcas.

CAPVT XXVI. ESCARVM AVtem differentiam aut prætextu abſtinentiæ eduliorum uaria
tionem nequaquam requirere debet religioſus. Nam hoc cederet in communis or
dinis ſubuerſionem, & occaſionem ſcandalorum, redderetq; maledictioni obno-
xium eum, qui in religioſorum congregatione eiuſmodi induceret confuſionis cau-
ſas. Sed etiam ſi ſalſamentum illud, quod à ſanctis patribus ordinatum eſt, ut pro
alio quopiam condimento minima portione aliquis cibus adijciatur, iuſculo fuerit D
uel holeribus immixtum, non debet religioſus per inanis gloriæ ſtudium prætex-
tu cuiuſdam ſpontaneæ religionis, ſpreto illo, pretioſiora & iucūdiora edulia requi-
rere, ſed minimum hoc ſalſamenti fruſtum decocto ac liquido intinctum ſimplici-
ter cum omni gratiarum actione ſumere. Minima enim illa particula in tantam iu-
ſculi, uel leguminum, ſi adfuerint, copiam, iniecta non habet delitiarum notam, ſed
exactiſſimam & uerè miſerabilem religioſorum abſtinentiam. Non debet igitur ta
lia captare religioſus. Non enim ab eiuſmodi cibis Iudæorum more, ſed ut delitia-
rum ſatietatem fugiamus, abſtinemus.

προσέψημα ταρίχευτον, ſalſamētū eſt, quod cibo cocto uel lixato adijcitur.

Eum qui ad perfectionem aſpirat, nihil poſſe lædi, ſi progrediundum ſit.

CAPVT XXVII. SI VERO religioſus noxium ſibi eſſe dixerit, ſi debeat egredi, aut propter com
munes fratrū neceſſitates aliquo proficiſci, atq; eius gratia detrectauerit egreſſum,
nondum obedientię perfectionē intellexit, nec cognouit eam uirtutem non impleri
tali pigritie. Reſpiciat igitur ad exempla ſanctorum, quomodo illi obedientiā præ-
ſtiterint, nullū adeò difficilium præceptorū iuſſum uel modicè recuſantes, diſcatq;
obedientiæ perfectionem. Si uerò quiſquā reuera etiā egrediundo lædatur, roget
fratres, ut deo pro ſe ſupplicent, & ipſe quoque ſpe firma hoc à deo petat, ut inſtru
mentum eſſe poſſit omnibus, cum ſpiritalibus, tum corporalibus bonorum operū
ac uirtutum miniſterijs accommodum & operoſum, & omnino qui alacritatem e-
orum qui quod bonum eſt ſectantur, probat, facultatem perficiendę profectionis
dabit, cum ipſe ad petendum nos prouocauerit ac dixerit. Petite, & dabitur uobis:
pulſate, & aperietur uobis. Quiſquis enim petit, accipit: & qui querit, inuenit: & pul

ſanti ape-

A ſanti aperietur. Et iterum alibi: Si uero quiſquã ueſtrũ opus habuerit ſapiẽtia petat à Deo, qui dat omnibus abundè, nec opprobrat, & dabitur illi. Petat autem in fide, nihil hæſitans, & omnia prorſus, in quibus animus circa perfectam obedientiam labitur, aut obediendi alacritas impeditur, retundens & amputans. Hoc autẽ auxilio uſi, Deo ſupplicabimus, uirtutum ac rectè factorum ab illo facilitatem & ſucceſſum petentes, & ut caro noſtra timore Dei transfigatur, animusq; firmus ac conſtans reddatur, nequaquam carnalibus deſiderijs ac uoluptatibus occupatus. Nam ubi animus inconſtans euagatur, nunquam non mundana deſideria, animę inſinuata, uarias perturbationes cogitationibus noſtris pariunt, torpidosq; ad bona opera reddunt. Ne detrectemus igitur quo minus quiſq; communibus corporum neceſſitatibus de ſuo cooperetur: ſed Deum precemur, ut det cooperandi uirtutem. Alioqui ſi omnes, ad exemplum eorum qui primi talia detrectant, iſta recuſauerint, quis adimplebit quæ neceſſaria ſunt? Præterea & exemplo hoc diſcẽdum eſt. Qui enim in ordinem militarem recens allectus eſt, nõ conatur alios qui in eiuſdem ſunt ordinis catalogo ad ſuum ipſius habitũ immutare, ſed ipſe ad ordinis morem ac conſuetudinẽ componitur. Addecet igitur & eũ qui in ſpiritalem congregationẽ allegitur nõ hoc uelle, ut alios ad ſuos mores cõponat, ſed ut ſuũ ipſe ingeniũ cõgregationis ipſius moribus ac formulis uiuendi conformet.

Non debere religioſum propria quædã habere negotia.

POTESTATEM uero ſuijpſius ne in minimo quidem habeat religioſus, ut proprijs ſeſe dedat negotijs. Neq; enim inſtrumentum ſanè abſq; artifice mouetur, neq; membrum à toto corpore uel breui ſeparari, aut præter placitum interni B artificis ac præſidis totius corporis moueri poteſt, nec religioſo præter arbitrium præpoſiti aliquid conari uel operari conceditur. Si uero ſe propter corporis infirmitatem ad obeunda iuſſa inefficacem eſſe dicat, præpoſito iudicium de ſua infirmitate permittat. At ſi ſcripturã expendat, ſeipſum ad mandatorũ impletionẽ impellet, audiens ſcripturã dicentẽ, nondũ uſq; ad ſanguinẽ aduerſus peccatũ certantes reſtitiſtis. Et alibi. Quapropter manus remiſſas, & genua ſoluta reſtituite. CAPVT XXVIII

Præpoſito competere, ut ſpiritali beneuolentia obedientiã fratrũ diſpenſet. CAPVT XXIX.

ET ipſe autem præceptor, uelut pater de liberis germanè ſolicitus, uniuſcuiuſque fratris neceſſitatem expendet, & conuenientem quoad licebit, curam ac diligẽtiam adhibebit, membrumq; uerè ſiue ſpiritaliter ſiue corporaliter infirmum cum dilectione, & patri congrua beneuolentia portabit.

Societates duorum uel trium fratrum in congregatione religioſorum non eſſe faciendas.

DEBENT quidẽ fratres inuicẽ alius aliũ diligere, attamen non cõuenit ut duo uel tres in unũ conſpirantes ſocietates inſtituant. Non eñi hac in re dilectio fratrũ eſt, ſed ſeditio & diuiſio, malitiæq; ad hunc modum conſpirantiũ argumentum. Si nanq; ordinis communem profectum diligerent qui hoc faciunt, communem utiq; & parem erga omnes fratres dilectionẽ haberent. Si uero ſeipſos à reliquis auellentes ac diuidentes congregationem in congregatione inſtituunt, mala eſt talis amicitiæ conſpiratio, & ſeparatum aliquod à communi ordine negotium tales coniungit, id quod inſolens & alienum eſt, contra commuuem & ſolidum ordinis ſtatum. Conuenit igitur, neq; tales in congregatione fratrum ſocietates admitte- CAPVT XXX.

re necꝫ charitatis obſeruantiam ad fratris alicuius ſocietatem uſurpari, qui maligne agere,& cõmunis ordinis mores inuertere cupiat, ſed donec omnes in ſtudio & exercitio honeſti manſerint, ſeruari à ſingulis erga omnes communem ſocietatem & unitatem. Quod ſi quis communi ordinis ſtatui aduerſari uolens, aliquem ex fratribus attraxerit, hunc principio tanquam ægrotum animo, à ſaniore quopiam ſecreto admonere. Si uero emendari ſeorſum noluerit,& alios fratres prudentiores ad emendationem illius aſſumere oportet, iuxta ſacrum Euangelium, quod ita iubet. Si te non audierit, aſſume adhuc unum aut duos: Si uero necꝫ illis morẽ geſſerit, præpoſito morbus animæ illius ſignificetur. Quod ſi necꝫ præpoſito obtemperauerit, uelut ethnicus & publicanus reputetur, & ſicut ouis peſte infecta à reliquo grege ſecludatur, ne & reliquos eodem morbo inficiat. Si autẽ nemo malo illius exẽplo læſus fuerit, tũ ſolum patiẽtia in illo etiã poſt prædicta, locũ habebit, propter emendationis ſpem. Patientiã aũt dico ne amputetur prorſus à corpore fratrum, non ut legitimis admonitionibus & pœnis ad correctionem facientibus deſtituatur.

Religioſo nõ eſſe ſectandũ indumentorũ aut calciamentorũ delectum.

CAPVT XXXI. NON debet religioſus ſelecta indumenta uel calciamenta requirere, ſed eligere uiliora, ut & hac in re humilitatem oſtendamus, ne comptorum, philautorum,& fraterna charitate deſtitutorum opinionem reportemus. Qui nancꝫ potiora affectat à charitate & humilitate alienus eſt.

Præpoſito curandum eſſe, ut iuxta corporum facultatem iuſſa ſua attemperet, deꝗ; illis, qui uires ſuas abſcondunt.

CAPVT XXXII SPECTANDUM autem eſt præpoſito, ne maiora præcipiens quàm corporis uires ferre ualeant, debilem ac languidum ad contradictionem prouocet, ſed ut pater, erga omnes ex æquo beneuolus ac ſyncerus, cuiuſcꝫ corporis uires conſiderans, cum iudicio iuſſa ſua diſpenſet ac partiatur. Culpam uero maximam habẽt, qui quam habent corporis facultatem, à Deo acceptam, pernegantes, impudenter præpoſitis reſiſtunt,& iuſſis nõ obtẽperant. Si nancꝫ præpoſito magnũ & intolerabile periculũ adfert, ſi ſermonis talentũ abſconderit, nec unicuicꝫ uenientẽ ſuper peccato romphæam prædixerit, multo magis periculoſum erit, ſi quis acceptas à Deo ad cõmunem utilitatẽ corporis uires ignauas reddiderit & abſconderit.

CAPVT XXXIII. Non debere contriſtari fratres, ſi uiderint infirmioribus parci.

NON autem conuenit fratres contriſtari aut moleſtè ferre, ſi quando infirmioribus præpoſitus congrua iniungit miniſteria, peperceritcꝫ, conſulente hoc ipſa neceſſitate, ſed qui ualentiores ſunt, tanquam robuſtiora membra, parcere debent illis, quorum hoc imbecillitas expoſcit, atcꝫ hãc illis præſtare ſpiritalem dilectionẽ. Necꝫ enim pes in corpore aduerſus manum inſurgit, aut illam ad ſuum miniſterium cogit, neque manus tota minimo digitulo operationis ſuæ onus imponit, ſed unumquodcꝫ membrum quam accepit à natura facultatem, per illam operatur, ſupportans infirmiora. Si hic ordo in ſpiritali congregatione ſeruatus fuerit, declarabimur uerum eſſe corpus Chriſti,& membra ex parte, harmoniam coniunctionis,& mutuam inter nos unitatem perpetuò cõſtantem ſeruantes.

Nõ debere præpoſitos religioſis illis, qui à propria congregatione deficiũt, liberã dare copiã quiduis tentandi, nec uitæ ſocietatẽ admittere.

OPOR

A OPORTET autem ſpiritalium congregationum præceptores mutuam inter ſe beneuolentiam colentes, & curam ſui uiciſſim gerentes, non alios aliorū conatus ac ſtudia demoliri, neq; temere & ſine iudicio deficientes alterius congregationis fratres ſuſcipere. Hoc enim ad omnimodam ſpiritalis ædificij confuſionem, diſſolutionem, imò & deſtructionem uergit. Nam intelligentiores quidem fratres timore Dei cohibiti, conſtantes in bono perſeuerant. Socordes uero & ignauiores, humano pudore, & inflicta ab hominibus neceſſitate ad ea quę bona ſunt erudiūtur ac diriguntur. Quocirca ſi ignauior uiderit ſibi liberum eſſe ut ſemel electæ cōgregationis labores fugiat, & ad aliam fratrum manſionē diuertat, uiuatq; abſq; ulla cuſtodia, pro ingenij ſui licentia, facilè auellitur à contubernio fratrum, & perditionis ipſius reus erit, qui illum promptè ſuſcipit, & malum hoc ſi progrediatur plerunq; & rectè ambulantes à recta & iuſta uia ſeducit, atque ita omnium perditio in eum cumulatè recidit, qui huiuſmodi lapſibus cauſas dedit. Proinde ne hoc accidat, deficientes fratres uel admoneamus, & ad eos à quibus defecerunt reducamus: aut ſi nolint obtemperare, caueamus & auerſemur, conuictumq; illorum recuſemus, idemq; fratribus omnibus denuntiemus, ut tali auerſione caſtigati ad ſuam ipſorū caulam redeant, & ſub eo grege in quē primū collecti ſunt paſcantur, uel ſi ipſi ſpiritalem ſocietatem pertinaciter contempſerint, reliqui ſaltem animaduertentes quàm iſti habeantur abominabiles, ipſorū exemplo admoniti, nolint imitari, quorum turpitudinem abhorrent. Quod autem iſta non de meo dicam, ſed promanent conſpicuè ex lege ſpiritus, ipſa Pauli uerba proponam, quibus licenter uiuentes caſtigauit cum alijs, & temulentos & conuiciatores pœnis ſubijciens. Nam ſi quis frater, inquit, aut fornicator fuerit, aut conuitiator, aut temulentus, cum eiuſmodi ne cibum quidem ſumite. Et iterum alibi de ijs qui non operantur, ſed curioſè agunt dixit. Hunc ſignificate, nec commiſceamini illi. Quod autem qui ſe à ſpiritali congregatione auellit peius peccet quàm conuiciatores uel temulenti, uel qui in otio degunt, omnino conſpicuum eſt. Proinde conſentaneum eſt rationi, quòd eos qui ſpiritalem eutaxiam diſſoluunt, à conuictu cuſtodientiū eam arceri & prohiberi ſermo diuinus præcipit. Tunc autem ſolum irreprehenſibilem manere conuenit fratris ſeparationem, quando præpoſiti iudicio per aliquam œconomiam adminiſtratur. CAPVT XXXIIII.

B

Non licere religioſo in fratrum contubernio cōuerſanti proprij quicquā rerum externarum poſſidere.

PERTINET autem ad religioſum, qui ſuprà expoſitam ſocietatem elegit, ut ab omni rerum corporalium propria poſſeſſione liber ſit. Niſi enim hoc fecerit, primum quidem ſocietatis huius perfectionem poſſeſſionis propietate corrupit, deinde uero & diffidentiæ magna contra ſeipſum indicia protulit, tanquam diffidens Deo, quaſi ille in nomine ſuo congregatos non paſcat, nec audiuit Prophetam Dauidē dicentē, Iunior fui, etenim ſenui, nec uidi iuſtū derelictū, nec ſemē illius quærens panes, ſiue ſpiritales, prudentiæ ſcilicet, ſiue ſenſibiles illos quibus corpus alitur. Si em̄ ubi duo uel tres cōgregati ſunt in nomine Chriſti, in medio ipſorum eſt Chriſtus: multo magis ubi plures, & ubi multorum eſt hominum congretio? Aut igitur nihil nobis neceſſariorum præſente Chriſto deerit, quandoquidē neq; Iſraëlitis in ſolitudine neceſſaria defuerunt, aut ſi defuerit ad noſtri probatio CAPVT XXXV.

nem, ſatius erit egere & eſſe cum Chriſto, quàm ſine illius ſocietate omnibus hu C
ius uitæ bonis abundare. Non autem hactenus pedem figit propriæ poſſeſſionis malum, ſed ultra progreditur. Qui nanque proprij aliquid habere ſtudet, nihil aliud meditatur quàm ſeparationem ac defectionem. Qui enim huc non reſpicit, ad quid proprij quicquam poſſideret? Sciens ſeruos Chriſti per gratiã ipſius omnium perpetuò neceſſariorum habere copiam. Liquet igitur talem auulſionem animæ ſuæ à reliquo corpore adeoque & extinctionem meditari, & pro modicis obolis ſuam ipſius prodere ſalutem (Quin date ut nonnihil confidentius dicam) & alterum Iudam factum, à furto ordiri (furtum nanque eſt quicquid propriè poſſidetur) & ad proditionem deſinere. Nam & ipſe ueritatis ſermonem prodit, quemadmodum ille Dominum. Cum enim uitæ huius & inſtituti canon hoc habeat, ut neque à congregatione ſeparemur, cui adunati ſumus, neque propriam aliquam poſſeſſionem affectemus, nec prorſus occulti quicquam moliamur, aut quòd per malum exemplum conuictoribus obiectum, offendiculo ſit fratribus, ſi quis contempto timore Dei, ac conſtitutionibus ſancti ſpiritus neglectis, primum quidem defraudationem (defraudatio nanque eſt, quomodocunque & undecunque acquiſita alicuius rei propria poſſeſſio) deinde uero & defectionem ac ſeparationem meditetur, quo modo non proditor eſt doctrinæ ueritatis, alter Iudas factus quantum in ſe eſt, prodens ueritatem? Cauendum itaque omnino eſt, ne ſeorſum aliquid poſſideamus, extra ea quæ omnibus communiter ſuppeditantur, & non ſolum ab hoc uitio immaculata ſeruanda mens eſt, ſed & internus homo ab omnibus pollutionibus repurgandus, partim à cogitationibus immundis ac prauis, internum ſpiritus ſancti habitaculum perturbantibus, partim à dolo & hypocriſi, inuidentia & cõ D
tentione charitatem radicitus extirpantibus, ac Deum ab iſtorum hominum animabus abigentibus (Si enim Deus eſt charitas, qui charitatem non habet, diuina gratia priuatus eſt) uidendumque, ut quiſque noſtrum in omni humilitate & ſanctimonia, animique ad quoſuis bonos actus alacritate, animam ſuam cuſtodiat, & cõtra præſentia bona mentem claudat, hoc ſpectans, ne quo pacto in hoc ſeculo aliqua in re à placitis Dei aberret, & conſtantiam ac uigorem huius conuerſationis uellicet & eluxet. Si nanque talis fuerit animæ ſtatus, ab omni nos euagatione mentis liberabit, & in pietatis ſtudio firmato propoſito ad quæcunque bona ſectanda inſtituet, hoc ante omnia animæ noſtræ infixum habentes, quòd Deus bonus ſit & omnium bonorũ cauſa: mali uero cuiuſcunque tandem, nequaquam, etiam ſi guſtui noſtro acerbiores propter noſtri correctionem, uideantur illius medelæ. Medicus enim cum ſit Deus animarum noſtrarum, iuxta naturam morborum, pharmacorum uim ſufficienter temperat, profundiſſimam malitiam expurgans, ubi id neceſſitas popoſcerit. Hoc itaque manifeſtè ſcientes, gratias illi perpetuas agamus, etiam ſi uehementiora ſentiamus illius remedia, ut a torpore & negligentia liberemur. Verum propter tentationem & probationem aduerſi quicquam ſufferre, ualde paucorũ & manſuetorum hominum eſt. Hæc itaque ſunt quæ gratia Dei mẽtis noſtræ humilitati ad ſolatium noſtrum qui iſtam uitæ ſocietatem amplexi ſumus, qua quemadmodum & diximus & mens noſtra conſiderauit, nec illuſtrior aliqua nec iucundior, neque ſublimior inter homines uitæ conuerſatio reperiri poterit. Quoniam uero & illius qui monaſticam uitam ſectantur adhortationis ſermonem

A nem cõmunicauimus,& unus & idẽ utriſq; ſcopus eſt,ut Chriſto placeant,cognatæq; ſunt illorũ diſciplinæ,& de illis dicemus: forſan enĩ & inde nõnihil utilitatis iſti ſermoni accedet,ut plenius hanc conuerſationẽ illuſtremus & ornemus.

EPISTOLA AD CHILONEM DISCIPVLVM ipſius [redacted]

SALVTARIS tibi rei, germane frater, autor fuero,ſi conſilium noſtrum de ijs quæ facienda ſunt libenter amplexus fueris,præſertim de quibus ipſe nos,ut tibi conſuleremus, rogaſti. Vitam nanq; ſolitariã auſpicari quidem,multi forſan auſi ſunt: a paucis uero,ut condignè ad finem uſq; perduceretur,elaboratum eſt. Iam planè conſummatio operis non eſt in illius propoſito tantũ,ſed in conſummatione eſt operis fructus. Nihil itaq; utilitatis capient,qui non ad propoſiti finem pertingunt, ſed in monaſticæ uitæ initio ſubſiſtunt. Imò irriſioni profeſſionem ſuam exponunt, ut ignauiæ & temeritatis ab extraneis arguantur. Nam & Dominus de talibus dicit. Quis eſt, qui cum domum ædificare conſtituerit, non prius ſedens, computet ſumptus, an habeat quæ ad operis perfectionem neceſſaria ſunt, ne quando ſi fundamentum poſuerit, perficere autem nequeat, incipiant illi qui prætergrediuntur illudere dicentes, hic homo fundamentum iecit,& perficere nequit. Accedat itaq; auſpicationi operis alacris ad illius conſummationem uſque profectus. Et generoſiſſimus athleta Paulus,nolens nos de bonorum progreſſu ſecuros eſſe, ſed quotidie ad anteriora promouere,dicit:Quæ à tergo ſunt adeptus,ad ea quæ ſunt à fronte enitor,iuxta
B ſcopum præfixum perſequor brauium ſupernæ uocationis. Talis enim eſt hominum uita,ut præteritis non ſit contenta,ſed non minus futuris alatur quàm præteritis. Quid enim prodeſt homini heſterna uentris ſatietas, ſi hodie inſitæ famis ſolatium ex cibo non inueniat? Ita & animam nihil iuuerit quòd heri rectè uixit, ſi hodie quod iuſtum eſt non fecerit. Qualem enim,inquit,inuenio te, talem te iudico. Inanis itaque eſt iuſti labor, & irreprehenſibiles peccatoris mores,ſi accedat immutatio, illo quidem de meliori ad id quod peius eſt: iſto uero de peiori ad id quod melius eſt immutato. Eadem & Ezechielem ex perſona Domini decernentem audire licet. Si enim,inquit, à bono defecerit iuſtus & peccauerit,iuſtificationum illius,quas antea fecit,non recordabor:ſed in peccato ſuo morietur. Idem & de peccatore dicit. Si conuerſus fecerit iuſtitiam, uita uiuet in ea. Quid enim Moſi miniſtro Dei profuere tot labores, ubi propter contradictionem confeſtim ab ingreſſu terræ promiſſæ excludebatur? Quid utilitatis Giezi ex eo cœpit, quòd cum Elia conuerſatus eſt, ubi auaritiæ gratia lepram contraxit? Quid lucri & Salomoni tanta ſapientiæ copia & talis intellectus & affectus erga Deum, quo primum erat præditus attulit, ubi tandem in mulierem inſaniens in ſimulacrorum cultum incidit? Quin & beatum Dauidem inconſtantia culpabilem reddidit, propter peccatum in Vriam commiſſum. Poteſt & Iudæ de melioribus ad peiora caſus cautum reddere eum qui ſecundum Deum conuerſatur, qui cum tanto tempore diſcipulus Chriſti fuiſſet, pro modico tandem quæſtu præceptore uenundato, ſibi ipſi laqueum adſtruxit. Hoc itaque notum tibi ſit frater, quòd non qui bene cœpit perfectus eſt, ſed qui bene definit Deo probat. Ne des igitur ſomnũ

τῶν ὄπισθεν ἐπιλαμβανόμενος.

ooo 3 ocu

oculis tuis, neque dormitationem palpebris tuis, ut libereris uelut hinnulus è reti, C
& inſtar auiculæ è laqueo. Cautus eſto, nam in medio laqueorum incedis, & mu
to ſublimi inambulas, unde corpori multum periculi eſt ſi deciderit. Noli itaq; cõ
feſtim religionis aſcendere uerticem, & potiſſimum caue ne in te ipſo fiduciam ha
beas, ne per imperitiam de religionis culmine decidas. Satius enim eſt paulatim
promouere. Proinde ſenſim uitæ uoluptates falle, conſuetudinem illarum tibi ipſi
amputans, ne uno quandoque impetu omnes aduerſum te uoluptates iritans tur
bam tibi tentationum inducas. Sed ubi unam uoluptatis affectionem prorſus de
uiciſti, aduerſus aliam, aciem inſtrue, atq; ita opportunè & commodè omnium uo
luptatum uictor euades. Voluptatis enim nomen quidem unum eſt, res autem di
uerſæ. Quocirca frater, primum erit, ut erga quamuis tẽtationem tolerantiam ſer
ues. Varijs autem tentationibus probatur fidelis, dum pœnis ſecularibus, accuſa
tionibus, falſis teſtimonijs, diffidentiæ, obtrectationibus & perſequutionibus ob
noxius eſt. In iſtis & conſimilibus probatur fidelis. Deinde & ſilentij ſeruans eris,
non temerè ad loquendum prorumpens, nõ litigator, non contentioſus, non ina
nis gloriæ cupidus, nõ pręceptorij muneris auidus, ſed † amans fidelium, in ſermo
ne non multus, ſed perpetuò non ad docendum ſed ad diſcendum paratus eſto.
Secularium hominum uitam noli curioſius inueſtigare, unde tibi nihil accedit e
molumenti. Dicit enim, ut non loquatur os meũ opera hominũ. Qui enim liben
ter de ijs quæ à peccatoribus committuntur loquitur, breui contra ſeipſum uolu
ptates excitat. Quin potiùs inquire quæ ſit uita iuſtorũ. Nam hinc inuenies quod
lucrifacias. Nolis oſtentatorem agere uicos aut domos circueundo, ſed fuge iſtum
circuitum, tanquam animarum laqueum. Quòd ſi te quiſquam in ædes ſuas præ D
cipuo religionis ſtudio, multis de cauſis aduocauerit, diſcat qui eiuſmodi eſt Cen
turionis imitari fidem, qui cum ad ſe Ieſus ſanandi pueri gratia proficiſci uellet re
cuſabat dicens, Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, ſed tantum
dic uerbũ, & ſanabitur puer meus, cui Ieſus reſpondebat, uade: ſicut credidiſti, fiat
tibi: & ſanatus eſt puer illius illa hora. Hoc ergo ſcias frater, quòd nõ Chriſti præ
ſentia, ſed fides petentis infirmum liberauerit. Ita & nunc, ſi tu, quocunq; loco fue
ris, oraueris, & infirmus crediderit, quòd precibus ſit adiuuandus, omnia illi ex a
nimi ſententia cedent. Cognatos autẽ tuos nõ plus diliges quã ipſum Dominum.
Qui enim, inquit, patrẽ aut matrẽ, aut fratres plus diligit quàm me, non eſt me di
gnus. Quid autẽ ſibi uult mandatũ illud Domini? Si quis, inquit, non tulerit crucẽ
ſuam, & ſequutus me fuerit, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Si unà cũ Chriſto, co
gnatis tuis ſecundum carnẽ mortuus es, quid iterum inter illos conuerſari deſide
ras? Si uero quæ Chriſti gratia deſtruxiſti, eadem denuò propter cognatos tuos
ædificas, transgreſſorẽ teipſum conſtituis. Noli igitur propter cognatorũ tuorum
debitum, de loco tuo decedere: ubi enim de loco tuo deceſſeris, forſan & ab animi
ſentẽtia & propoſito recedes. Ne ſis uel turbarũ uel regionis circueundæ, uel ciui
tatum ſed ſolitudinis amans, ſemper apud teipſum permanens, & conſtans. Dein
de & precationẽ & pſalmodiam lucrũ putabis, nec lectionis ſedulitatẽ contemnes,
præſertim noui teſtamenti, propterea quòd ex ueteri ſępenumero nonnihil cõtra
hatur noxæ, non quòd noxia ſint quæ in illo ſunt ſcripta, ſed quòd infirmus ſit eo
rum qui læduntur intellectus. Nam omnis quidem panis nutriendi uim habet,
infir

† φιλόπιστος forſan eſt φιλόπυστος, id eſt ſciſcitabundus.

A infirmis uero noxius eſt. Ita & omnis ſcriptura diuinitus inſpirata & utilis eſt, nec quicquam per illam eſt commune, niſi ei qui commune duxerit, illi demum eſt cõmune. Omnia autem proba, quod bonum eſt retine. Ab omni ſpecie mala abſtine. Nam omnia quidem licent, at nõ omnia conducunt. Eris igitur omnibus, quibus quicquam tecum negotij eſt, inoffenſus, gratus, fratrum amator, ſuauis, humilis, ab hoſpitalitatis propoſito ſumptuum gratia non recedens, ſed contentus ijs quæ ad quotidianam monaſticæ uitæ neceſſitatem præſentia ſunt. Nihil amplius à quoquam accipias. Et aurum præſertim, uelut animæ inimicum & peccati parentem, miniſtrum uero Diaboli fuge. Ne te prætextu iuuandorum pauperum auaritiæ conſtituas obnoxiũ. Quòd ſi tibi pecunias quiſquam pauperibus erogandas attulerit, tu ſi noueris egenos quoſdam, illi ipſi qui pecunias habet, conſule ut auferat eas, detq; fratribus inopia preſſis, ne quo pacto conſcientiam tuã accepta pecunia polluat: uoluptates fuge, abſtinentiã perſequere, & corpus laboribus exerce, animam uero tentationibus aſſuefacito. Corporis & animæ reſolutionem, omnis mali finẽ arbitratus, æternorũ bonorum fruitionẽ expecta, cuius participes facti ſunt omnes ſancti. Teipſum indeſinenter expende, & diabolicæ cogitationi, piam oppone meditationẽ, inq; hanc uelut in trutina quadã lancis momẽto inclina, præſertim ſi quando praua cogitatio inſurgẽs dicat. Quid utilitatis inde colligis quòd iſto in loco uerſaris? Quid lucri ex eo habes, quòd ab hominũ conuictu ſeceſſiſti? An ignoras Epiſcopos à Deo ordinatos, uiros Eccleſiarũ Dei familiariter congregare, & ſpiritales frequenter panegyres celebrare, in quibus potiſſima utilitas præſentibus accedit? In illis enim parœmiaca ænigmata referantur, ſenſus Euangelici
B exponuntur, theologia auditur, fratres ſpiritales cõiunguntur, multũ utilitatis præſentibus ex ipſo conferentes aſpectu. Tu uero teipſum à tantis bonis alienũ conſtituens, hic deſide more beſtiarũ efferatus. Vides enim quã multa ſit hic ſolitudo, quàm parũ humani conuictus, quanta doctrinæ penuria, fratrumq; abalienatio, & animus plurimũ circa mandati diuini ſtudiũ otioſus & ignauus. Quando igitur praua inſurgens cogitatio tantarũ ac taliũ rationabilium rerũ prætextu cœpto te deijcere conatur, ipſam illi rerũ experientiã pia cogitatione inſtructus oppone, dicens. Quoniã tu mihi quæ in mundo ſunt, bona eſſe dicis, ob eam ego rationem in ſolitudinem hanc migraui, quòd indignum meipſum arbitratus ſim qui mundi bonis potirer. Sunt enim mundi bonis immixta mala. Imò ſuperant mala. Nam cum aliquando ſpiritalibus conuentuum celebritatibus intereſſem, uix uno fratre potitus ſum, qui quidem timore Domini præditus uidebatur, uerum à Diabolo detinebatur, à quo uerba audiui uerſuta, & fabulas ad decipiendum congredientes compoſitas: poſt illum uero in multos incidi fures, raptores, tyrannos. Vidi ebrioſorum mores inhoneſtos, ſanguinẽ oppreſſorum: uidi & mulierum uenuſtatem, † lętitiã meam explorantem. Et opus quidẽ fornicationis effugi, uirginitatem uero meã cogitatione cordis conſpurcaui. Multa quidẽ audiui, quæ animæ conducant, uerũ apud nullũ doctorẽ eã reperi uitæ uirtutẽ, quæ uerbis condignè reſponderet. Rurſus uero innumeras audiui tragœdias delicato ſeſe cõcentu inſinuãtes, citharas itẽ ſuauiter reſonantes, plauſum ſaltantiũ, uocẽ ridentium, multã ſtultitiã & ſcurrilẽ urbanitatẽ & ignauæ turbæ clamorẽ. Vidi lacrymas ſpoliatorũ, luctus eorum qui tyrannide premuntur, fletũ quæſtione tortorũ. Vidi, & ecce, nõ erat pa-

Μεθυόντων χῦμα ἄχυμον.
† Loquitur de gaudio panegyrico.

negyris ſpiritalis, ſed mare uentoſum ac turbulentum, omnes ſimul fluctibus ſuis operire ſatagens. Dic mihi ô praua cogitatio, & tu uoluptatis & inanis gloriæ dæmon, quid mihi proderit ſi iſta ſpectem & audiam, cum nemini oppreſſorum opẽ aliquam adferre queam, nec impotentes defendere aut errantes corrigere permittar, imò forſan & meipſum unà ſim perditurus. Perinde enim atq; modica aqua limpida & pura exiſtens, uento & puluere magnæ tempeſtatis ui turbulenta redditur: ita quæ putamus nos in mundo bona exequi, multitudine malorum opprimuntur. Tragœdiæ nanq; uelut pali quidam, cordibus eorum qui in ſeculo uiuunt, per hilaritatis & gaudij inſinnuationem infiguntur, ut pſalmodię puritatem obſcurent. Fletus uero & luctus eorum inducuntur, qui à contribulibus iniuria afficiuntur, ut oſtendatur quid pauperes patiantur. Quid inde lucri capiam? An non manifeſtum eſt quòd magis animam ſim læſurus? Hac itaque ratione transmigro in montes ſicut paſſerculus. Sicut enim paſſerculus liberatus ſum è laqueo uenantium. In ea nanque ſolitudine ago, o malitioſa cogitatio, in qua Dominus cõuerſatus eſt. Hic eſt quercetus Mambræ, hic ſcala ad cœlum ferens, & angelorũ caſtra Iacobo uiſa. Hic ſolitudo in qua populus purificatus legem Dei accepit, atque ita demum in terram promiſſam inductus Deum uidit. Hic mons Carmelus, in quo Elias conuerſatus Deo placuit. Hic campus in quem ſecedens Eſdras omnes diuinos libros iuſſu Dei † deprompſit. Hic ſolitudo in qua beatus Ioannes locuſtis ueſcens pœnitentiam hominibus prædicauit. Hic mons oliuarum in quẽ Chriſtus ad orandum ſeceſſit, noſq; orare docuit. Hic Chriſtus eſt ſolitudinis amator. Dicit enim, ubi duo uel tres congregati ſunt in nomine meo ibi ſum in medio eorum. Hic eſt anguſta & arcta uia, ducens ad uitam. Hic doctores ſunt & Prophetæ, in ſolitudinibus errantes & montibus & ſpeluncis, & cauernis terræ. Hic Apoſtoli & Euangeliſtæ, & monachorũ † ſolitariæ uitę conuerſatio. Iſta itaq; animo prompto amplexus ſum, ut quæ Chriſti martyribus, & alijs ſanctis omnibus promiſſa ſunt acquiram, & uerè dicam, propter ſermones labiorum tuorum, ego cuſtodiui uias duras. Cognoui enim Abrahamum Deo dilectum, uoci Dei obtemperantem, ſolitudinem inhabitaſſe, Iſaac item tyrannica ui preſſum, & Patriarcham Iacob peregrinatum, Ioſeph pudicum uenditum, tres pueros abſtinentiæ inuentores cum igne certaſſe, Danielem in lacum leonũ ſecundò miſſum, Eſaiam confidentem, arcanorum contemplatorem, diſſectum: Ioannem adulterij reprehenſorem capite truncatum, Chriſti martyres necatos. Et quid multis ago? Cum & ipſe Seruator cruci ſit pro nobis affixus, ut ſua nos morte uiuificaret, & omnes ad patientiam inſtitueret & traheret. Ad hunc propero, & ad patrem & ſpiritum ſanctum, & ut ſyncerus deprehendar cõtendo, indignum me mundi bonis iudicans, quanquam non ego propter mundum factus ſum, ſed mundus propter me. Hæc igitur in teipſo ratiocinando expendens, & diligenter, ut dictum eſt, adimplens, pro ueritate ad mortẽ uſq; decerta. Et Chriſtus enim ad mortẽ uſque obediens fuit. Sed & Apoſtolus dicit: Videte ne quando in aliquo ueſtrũ ſit cor prauũ, ut à Deo uiuẽte deficiat, ſed uos inuicẽ adhortemini, & alius aliũ ædificet, donec hodie dicitur. Illud enim hodie totũ uitæ noſtræ tempus ſignificat. Ad hũc itaq; modũ frater ſi conuerſatus fueris, & teipſum ſeruabis, & nos exhilarabis, ac Deum glorificabis, in ſecula ſeculorum. Amen.

C

D

† ἐξηρεύξατο.

† ἐρημοπολύτης βίος.

A EIVSDEM AD MONACHVM QVI EXCIDE-rat,

SALVTIS gaudium non dicimus, quoniam in rebus impijs gaude-re non licet. Adhuc enim adduci nequeo ut credam, & in cor meum ad mittam, abſurdum illud & uehementer audax facinus, quod deſignaſ ſe diceris, licet iam omnibus ita habere uideatur. Admiror enim, quo-modo tanta interierit ſapientia, quomodo tanta uitæ diligentia peſſundata ſit, unde tanta offuſa cæcitas, quomodo reiecta omni conſideratione talem ac tantam animarum perditionem induxeris. Si enim hoc uerè patrâſti, & animam tuam in-ferni profundo tradidiſti, & omnium eorum qui impium hoc facinus audient, fir mitatem diſſoluiſti, fidem fruſtrâſti, boni propoſiti certamen à ſcopo auertiſti. χαίρειν.

Quapropter tui gratia doleo. Quis enim ſacerdos cum audierit non tuo nomi ne plorabit? Quis Eccleſiaſticus non lamentabitur? Quis laicus non mœrebit? Quis religioſus non lugebit? forſan & Sol obſcurus fuit cum delinqueres & cade res, & uirtutes cœli in perditione tua cõmotæ ſunt. Et inſenſati lapides inſaniam tu am deflêrunt. Plorârunt & inimici propter iniquitatis tuæ excellentiam. O grauẽ cæcitatẽ. O grauem crudelitatẽ. Deũ non timuiſti, homines non es reueritus, nullã amicorũ rationẽ habuiſti, ſed ſimul omnia facto naufragio perdidiſti, ſimul omni bus ſpoliatus es. Quocirca iterũ miſer tui gratia doleo. Qui omnibus regni Dei ui gorem annunciabas, regno Dei excidiſti. Qui doctrinæ timorẽ omnibus incutie bas, non habuiſti timorẽ Dei ante oculos tuos. Qui uitę ſanctimoniã prędicabas, ſceleſtus deprehẽderis. Qui paupertatis gratia cohoneſtabaris, pecuniarũ raptor

B inuctus es. Qui ſuppliciũ Dei per doctrinã oſtẽdebas, ſuppliciũ ipſe tibi accerſiui ſti. Quomodo te deplorabo? Quomodo ſuper te dolebo? Quomodo cecidit Luci fer qui mane oriebaẽ, quomodo ſuper terrã cõtritus eſt? Ambæ prorſus aures tin nient cuicunq; audituro. Quomodo Nazaræus auro ſplendidior, fuligine factus eſt obſcurior? Quomodo filius Sion prędarus, factus eſt uas inutile? Cuius diui narũ ſcripturarũ cõmentationem omnes cõmemorabant, illius hodie memoria cũ ſonitu perijt. Qui acri erat & ueloci ingenio, uelociter & perijt. Qui multę erat intel ligentiæ, multifariã etiã deliquit. Qui nanq; per doctrinã tuã adiuti fuerant, è per ditione tua damnum acceperunt. Qui aures cũ doceres arrexerũt, ad rumorẽ per ditionis tuæ aures obturârunt. Ego uero lamentans & triſtis incedens, undiq; cõ ſternatus, ac cinerem tanquã panẽ manducans, & ſaccũ ſuper plagam meã indu ens, huiuſmodi tibi encomia recenſeo, imò magis funeralem ſermonẽ adornans, abſq; ulla conſolatione aut recreatione perſoluo. Aufugit eñ ab occulis meis con ſolatio, nec eſt fomentum quod uulneri adhibeatur, nec oleum, nec obligatio. Eſt enim plaga mea doloroſa unde ſanabor? Si qua ſpes igitur ſalutis tibi reliqua eſt, Si qua uel modica Dei recordatio, Si quod futurorũ bonorũ deſiderium, Si quis metus ſuppliciorũ quę impœnitẽtibus coaceruanẽ, reſipiſce uelociter. Leua oculos tuos ad cœlũ. Redi ad mali conſcientiã. Ceſſa à malitia tua. Excute qua adobrutus es ebrietate, Reſiſte illi à quo proſtratus es. Erigere fortiter ex humo. Recordare boni paſtoris. Ille nanq; te inſequiẽ, ut uelut è lupi faucibus eruat, etiam ſi duo tan tũ crura, aut auriculæ portio, ſuperſint. Reſili ab eo qui te uulnerauit. Memor eſto miſerationũ Dei, quòd ille oleo & uino medeatur. Ne deſperes ſalutẽ. Reſume me moriam eorũ quæ ſcripta ſunt. Quoniã qui cecidit, inquit, reſurget, & qui auerſus

eſt

eſt,reuertetur, qui percuſſus eſt curabitur , qui captus eſt à beſtia, uictor euadet: C
Qui commiſſum fatetur,non abijcitur.Non uult enim ita Deus mortem peccato-ris,quemadmodum ut conuertatur & uiuat. Ne tanquam in malorum profundũ delapſus contemnas. Tempus adhuc eſt patientiæ diuinæ, tempus lenitatis,tempus curationis,tẽpus correctionis.Lapſus es? Exurge.Peccaſti? Quieſce. Ne ſtes in uia peccatorum,ſed reſili. Quamprimum enim conuerſus ingemueris,ſeruaberis.Eſt enim ſanitas ex laboribus,& ex ſudoribus ſalus. Vide igitur, ne ſi quod quibuſdam pactus es cuſtodire uolueris,quę Deo ſub multis teſtibus pactus es,uioles.Noli rationibus humanis impeditus,reditum ad me detrectare. Ego enim recepto mortuo meo lamentabor, ego curabo, ego amarè flebo ſuper contritione filiæ generis mei. Omnes te expectant. Omnes tibi collaborabunt. Ne diffidas. Recogita dies antiquos:Eſt adhuc ſalus,eſt correctio:confide,ne deſpera.Non eſt lex quæ ſine miſericordia morte cõdemnet,ſed gratia excellens iudiciũ, expectans emendationem.Nondũ occluſæ ſunt ianuæ:Audit ſponſus. Ne dominetur peccatũ. Ad pugnam redi: Ne morã nectas.Et tui miſerere & noſtri omniũ.

ADMONITIO EIVSDEM AD IVNIORES.

PERCIPE, ô monache, fidelis homo, & pietatis ſtudioſe,ac diſce Euangelicam conuerſationem, corporis in ſeruitutem redactionem, animi humilitatem,mentis puritatem, & iræ extinctionẽ,uim paſſus plus etiam quàm exigitur propter Dominum adijce,ſpoliatus ne iudicio contende, odio habitus dilige, perſequutione iactatus tolera, maledictis laceſſitus obſecra, mortificare peccato,crucifigere Deo: Omnem curam transfer in Dominum,ut ibi olim inueniaris ubi ſunt angelorum myriades, primogenitorũ D
panegyres,Apoſtolorum ſedes, Prophetarum prima ſubſellia, patriarcharũ ſceptra, martyrum coronæ, iuſtorum præconia. Iuſtis illis connumerari deſidera in Chriſto Ieſu Domino noſtro,cui ſit gloria in ſecula ſeculorum Amen.

[illegible]

ANNO M. D. XL.

1540.
Baſileae

Digitized by Google